


INSCRIPTIONVM

LATINARVM SELECTARVM

AMPLISSIMA COLLECTIO.

VOL. I.



INSCRIPTIONVM
LATINARVM SELECTARVM
AMPLISSIMA COLLECTIO

AD ILLVSTRANDAM

ROMANAE ANTIQVITATIS

DISCIPLINAM ACCOMMODATA

AC

MAGNARVM COLLECTIONVM SVPPLEMENTA

COMPLVRA EMENDATIONESQVE EXHIBENS.



CVM INEDITIS

IO. CASP. HAGENBVCHII

SVISQVE ADNOTATIONIBVS EDIDIT

IO. CASP. ORELLIVS.

INSVNT LAPIDES HELVETIAE OMNES.

ACCEDVNT

PRAETER FOGGINII KALENDARIA ANTIQVA, HAGENBVCHII, MAFFEII, ERNESTII, REISKII, SEGVIERII, STEINBRVECHELII EPISTOLAE ALIQVOT EPIGRAPHICAE NVNC PRIMVM EDITAE.



VOLVMEN PRIMVM.

TVRICI

TYPIS ORELLII, FVESSLINI ET SOCIORVM.

MDCCCXXVIII.

GODOFREDO HERMANNO

DECENNALIBVS TVRICENSIBVS

FELICITER PERACTIS

V I C E N N A L I A

AEQVE LAETA

OPTAT

IO. CASP. ORELLIVS.



PRAEFATIO.

AMPLIORA. FACIAS. MELIORA. DEDICES. FELICITER.

Donarii inscriptio. v. Giornale Arcadico 1825. Dicembre p. 366.

Hodie quidem a philologis, infinita illa atque in dies crescente et rerum, et verborum, et omnis generis praeceptorum copia paene obrutis, postulari quum vix queat, ut tot negotiis distenti integros annos insumamus in inscriptionum quoque corpora sedulo pertractanda, excerpenda, digerenda, et, ubicunque opus est, ad usum vocanda, optabile sane videbatur, ut compendiaria quaedam via tandem communiretur, quam ingressi et molestia illa aliquatenus sublevaremur, neque tamen maximo cum nostrae disciplinae detrimento inscriptionibus veluti abstinere cogeremur. Quotus enim quisque nunc est mythologorum, historicorum, iureconsultorum, grammaticorum maxime Latinorum, quorum in scriptis probabilis saltem huius generis eluceat scientia? Ac sicubi aliqua eius species nobis offertur, indices potius Scaligeranos et Muratorianos, quam titulos ipsos strenue consultos, paucissimos utique ultra Gruterum Muratoriumque sapere pervideo. Neque tamen propterea quemquam reprehendo; neque nostros philologos hoc in genere nunc cum Lipsiis, Scaligeris, Fabrettis, Maffeiis, Hagenbuchiis, Mariniis committi aequum censuerim, ipse diuturna experientia quum didicerim, quam laboriosum opus quantaeque sit patientiae, huius in disciplinae tamquam recessus penetrare. Etenim fatigamur ubique incredibili titulorum multitudine, e quibus nihil omnino proficias, nisi si sterilem nominum plebeiorum ac servilium notitiam adeptus operae pretium te fecisse putes. Eludimur porro, misereque saepe

decipimur interpolatis, commenticiis, corruptis, mutilis; quam plurimas denique per itinera peregrinantium, ac per libellos praesertim Italicos, quorum raro fit copia homini Germano, subinde sparsas prorsus ignoremus necesse est. Sed eos potissimum, qui a copiosis bibliothecis longius remoti per Gymnasia adolescentibus instituendis operam dant, aegerrime carere, ne Grutero dicam, Fleetwoodio etiam, et Polcastro, et, qui inter compendiorum epigraphicorum scriptores primarium obtinet locum, Morcellio, saepenumero vidi, ac vehementer dolui. Quorum quidem commodis quum esset subveniendum, iis quoque ut prospiceretur consentaneum erat, quibus, dummodo suppeteret tempus, largiora subsidia denegata non essent. Quin etiam ipsa disciplina tam neglecta iuvari aliquatenus poterat nova eius epitome haud prorsus inscite adornata, quae philologi Germanici honestae sufficeret curiositati. Hunc enim non tam stilum, quem dicunt, inscriptionum, (de quo praeclare exposuit Morcellius) quam argumentum ipsum varium et multiplex spectare par est; sed, ut habeat doctissimi Itali librum, rariorem apud nos et nimis carum, ex eo paucissimos dumtaxat titulos, quamvis copiose illustratos, pernoscet; neque facile hos paucos suum in usum poterit convertere. Quocirca nihil quum viderem, quod magnas inter collectiones atque epitomas praedictas iustum aliquod medium teneret, diu admodum est, ex quo in animum induxi, simulac post varias fortunae vicissitudines, miras illas, neque tamen ingratas, patriae tandem essem restitutus, hoc in genere aliquando elaborare. Etenim Romae, Lutetiae, Gottingae, Berolini, Vindobonae maior utique librorum multitudo, Nemausi antea, nunc, ut audio, Lutetiae, absolutissimus etiam ille index Seguierianus, ne nunc quidem contemnendus, praesto fuisset, Turici vero, quamvis compluribus libris alibi facilius inveniendis destitutus, id tamen reperiebam, quod nusquam nisi in carissima patria in promptu erat; copiosissimum dico apparatum epigraphicum Io. Casp. Hagenbvchii, viri in hoc genere, ubi diligentiam, assiduitatem, perspicaxque ingenium spectes, facile principis; quo quidem apparatu illius post obitum nemo adhuc esset usus, perpauca illa si excipias, quae concedente Hagenbuchii genero atque herede Steinbrychelio in Museo Turicensi cum eruditis communicavit Hottingerus, venerabilis quondam meus magister. Ergo, simulatque huic negotio licuit vacare, amplissimum inscriptionum Latinarum delectum instituere decrevi, in quo quidem, stilo,

quatenus exemplis doceri potest, fere posthabito, Romanae antiquitatis praecipua ratio haberetur. Digerendi igitur ante omnia erant tituli eum in modum, ut quicunque in istam disciplinam incumberet, facilius quam consultis libris Smetii, Gruteri, Reinesii, Sponii, Donii, Fabretti, Gudii, Muratorii, Maffeii, et Donati, (quorum decem virorum doctorum curas *magnarum collectionum* trito iamiam vocabulo comprehendere soleo) gravioris momenti titulos plerosque ad caput quodvis praecipue spectantes, uno velut conspectu, nec sine quadam delectatione posset perlustrare. Verum hunc propter finem plures mihi *classes* erant instituendae, longeque aliae, ac visum erat prioribus, quibus quam maximum inscriptionum numerum colligere unice propositum fuisset. Qua in re fatendum sane mihi video, unum idemque saxum pari fere iure diversa saepe ad capita potuisse referri, quamvis committendum non esset, ut vel dedita opera, vel supina illa, qua nemo frequentius Muratorio peccavit, negligentia bis terve repeteretur. Attamen huic non levi quidem incommodo quum indicum ope mederi conatus sum, tum subinde lectorem eo amandavi, alia ubi inveniret rem, de qua quum maxime sermo esset, illustratura.

Verum id in primis spectandum erat, ut ex titulorum quadraginta circiter millibus a me perlectis, unusquisque eorum, quos selegissem, tum ipsius ante omnia argumenti gravitate, tum (id quod proximum erat) sententiarum sermonisque elegantia, tum, ubi operae pretium esset, rusticitate quoque sua, Latinae linguae vicissitudines fatalemque tandem interitum demonstrante, studioso se commendaret. Quae sane arbitraria haud raro erat optio; siquidem alius reiecisset persaepe, mihi quae transcribenda videbantur; immo ipse, libere dicam, quattuor per annos hoc in negotio versatus alio tempore aliis alios fortasse praetulissem titulos: (infinita est enim res) nec tamen in nimis multis abissem a praesenti meo iudicio. Etenim affirmare ausim, quemlibet huc collocatum certas propter rationes suum locum tueri, neque ingratum fore lectori.

Erit sane, ubi minus periti censores stomachabuntur, unum et alterum saxum, mirabile sibi visum, praetermissum esse, idque, ut fit, fastidiosae cuidam negligentiae fortasse tribuent. Sed quamquam facillime accidere poterat, ut in tam immensa inscriptionum multitudine, plures dignae utique, quae huc insererentur, sese mihi subducerent, consulto tamen plerasque, quas desideratum iri ego quo-

que suspicor, posthabitas esse certo scio; eiusmodi maxime, quae suspectae aut ficticiae omnino mihi visae, minime tamen fraudis operose redargui mererentur; cuius quidem generis permultas reperire licet in Reinesio, Sponio, Fabretto, Gudio praesertim ac Muratorio, infaustum illud Ligorii nomen, vel schedarum ex huius hominis Thesauris excerptarum nimis ambiguam auctoritatem prae se ferentes. Conferat mihi aliquis, si placet et vacat, Spon *Misc*. p. 90, 1. et 181, 3., quo, quid significem, intelligat. — Incredibile autem est, post tot criticorum curas quantum in arte critica lapidaria perficiendum adhuc remaneat. Mei quidem consilii tametsi haudquaquam erat, ut dedita opera investigarem et suspecta, et manifesto commenticia, tamen, ubicunque opportunum videbatur, sedulo notavi ea, quae his essent adnumeranda; longe utique plura, quam ab aliis ante sunt animadversa, non sine idoneis causis in suspicionem adducens. Sed complura huiusmodi, ut praedixi, praeterire satius duxi. Spurias consulto receptas, asterisco signavi. Neque nunc ut novi et verarum inscriptionum sermonem sincerum iustasque formulas, et Ligorianarum atque similium ab aliis fraudulentis nebulonibus confictarum universam rationem et auctoritates, magnis collectionibus denuo perlustratis de singulis fere pronuntiare desperarim, utrum inter certas, an suspectas, interpolatasne, an prorsus commenticias sint referendae: haec enim quattuor genera constituamus necesse est, nisi aut nimis creduli sumus, aut omnes, quae dubitationem aliquam nobis afferunt, omnino repudiandas praepropere censemus. *Suspectas*, quas ego dico, alius idoneis argumentis usus ubi defenderit, et ipsi et disciplinae epigraphicae ultro congratulabimur; commenticias quas demonstravimus, nunquam nobis ut tamquam verae obtrudantur, patiemur. Abstinui praeterea, quatenus meae sinebant rationes, a lapidibus mutilis nimisque corruptis, etsi propter unum alterumve vocabulum digni essent animadversione.

Sed utcunque ea de re iudicatum fuerit, id saltem contendere liceat, antiquarios grammaticosque, si qui diligentius hunc librum versarint, satis probabilem earum rerum cognitionem fore percepturos, quae ex Latinis inscriptionibus condisci possunt; aut certe uberiore cum fructu magnis collectionibus perlegendis aestimandisque operam postmodum daturos esse.

Quod si nihil aliud praestitissem, vel hoc tamen sufficere

poterat aequo censori: sed duplex praeterea consilium animo obversabatur meo: si quidem ipsam quoque disciplinam epigraphicam aliquatenus adiuvare, librumque meum propria quadam dote commendare studiosis mature decreveram. Primum igitur e largissimo penu Hagenbuchiano, quaecunque commode possent afferri, in usum eruditorum erant depromenda; neque silentio premenda ducebam, quae inter tam diuturnum laborem, gratissimum quidem illum, ipsi mihi venissent in mentem interpretationis et emendationum tentamina. Neque vero minimam huiusce curae utilitatem eam esse reputem, quod duce plerumque Hagenbuchio, titulos a diversis repetitionis fere ignaris exhibitos varioque modo vel lectos vel explicatos inter se contuli: qua quidem diligentia ii, quibus magnas collectiones excutiendi voluntas erit, haud levi saepe molestia liberabuntur. Neque tamen id mei officii duxi, ut singulis in titulis omnia, ubi iidem reperirentur, scripta indicarem. Nemo igitur exsultet atque triumphet, ubi librum investigarit a me praeteritum vel plane ignoratum; potius eos, quibus Turici uti mihi concessum fuerit, ex indice desumat.

Alteram vero praecipuam curam in illud quoque impendendam merito, ut opinor, ratus sum, ut novum aliquod supplementum magnarum pararem collectionum; neque vero aliter id exsequi licebat, nisi studiose undecunque conquisitis, qui post Donatum demum editi essent, lapidibus; in quibus transcribendis, dummodo haud nimis exigui ac tenuis viderentur momenti, largiorem aliquanto me praebui, quam in iis, qui iamdudum essent pervagati et in thesauros conditi; idque praecipue dictum esto de Gruterianis, duarum iam editionum ope omnium maxime pervulgatis ac per cunctos fere antiquariorum libros laudatis, excerptis, recusis. Ex Gruteri igitur thesauro permulta, quae per se haud omnino displicerent, consulto atque scienter praetermisi, quo locum servarem recens effossis, etsi subinde minus forsitan dignis, quae aliis Gruterianis praeferrentur. Sed id peritos iudices haud aegre laturos fore confido, ubi cogitarint, quam difficile, quamque molestum sit philologo in omnis generis ephemeridibus, itinerariis, opusculis antiquariis pervestigare, quae suam disciplinam revera iuvent, neque inanem tantummodo curiositatem pascant. Itaque aliquatenus certe provisum erit, ut quidquid fere hoc in genere post annum circiter MDCCLXXV in lucem venerit, atque ad antiquitatis Romanae scientiam percipiendam vere conferat, in

suam quodque classem relatum magna cum facilitate inveniri queat.

Cuius quidem generis in thesauros nondum illatarum inscriptionum quintam ferme partem meae collectionis fore spondeo; qua de re cuivis constabit, ubi vel indicem librorum post Donati supplementum excusorum et a me excerptorum inspicere dignatus erit. Multa quidem Millino, sed longe plurima debeo Marinio, viro in his studiis versatissimo, et Hagenbuchii aemulo, ideo etiam feliciori, quod ei lapides ipsos oculis usurpare, ingentemque numerum nuper demum erutorum primo publici iuris facere licuit.

Quo vero pro instituti mei summa populi Romani vitam, (Varroniano vocabulo utor) quam maxime fieri posset, inscriptionum auxilio illustrarem, hanc viam mihi ingrediendam ratus sum, ut initio capto ab ipso populi Romani domicilio ac sede, Urbe aeterna, per singulas eius regiones iter velut instituerem, ac memorabilia quaeque lapidea monumenta seligerem per easdem vel olim reperta, vel adhuc exstantia. Ex Urbe dein progressus Italiam a septemtrione meridiem versus cum insulis suis peragravi, ita ut ad ea potissimum animum adverterem, quae situm atque antiqua nomina municipiorum coloniarumque docerent, et, quae praetermissa viderem, aut ignorata a Cluverio, Cellario, Mannerto, nimis fastidioso lapidum contemptore, ac Reichardo, studiose colligerem: etsi plurima, quae aequo sane iure huc potuissent referri, meo ex consilio reservanda erant capiti ad rem municipalem spectanti. Sed in reliquis Orbis Romani partibus provinciisque, Hispania, Britannia, Germania, Gallia, Raetia, Norico, Pannonia, Dalmatia, Dacia, Graecia, Asia minore, Aegypto et Africa specimina tantum danda iudicavi, idem tamen consilium secutus, ut, quae maxime notatu digna essent, vel neglecta a geographis deligerem atque exhiberem. At patriae amore ductus aliam prorsus rationem adhibui in saxis Helveticis conquirendis, periculum simul facturus, quousque iuvaret in Latinam quoque epigraphicen introduci ordinem illum geographicum, qui, etsi ex parte contradicente Koppio, in Graeca merito placuit Boeckhio V. Cl. eiusque sociis eruditissimis. Experientia igitur me docuit, fieri id quidem posse, immo effici debere a singulis viris doctis singulis in provinciis, vicinitatibus, urbibus atque oppidis; sed hoc idem ut tentetur in universo aliquando inscriptionum Latinarum corpore adornando, nemini equidem auctor sum futurus. Vidi enim hic illic

incredibilem paene esse saxorum confusionem, in Museis praesertim Italicis et Britannicis, ubi de plerisque hodie fere nesciretur, undenam quaeque fuerint advecta: maiorem etiam inesse difficultatem in iis, quae post Gruterum ceterosque magnos collectores vel interierint omnino, vel locum mutarint, vel in quibus ab illis aliisque negligentius is esset notatus: — quid tandem quaeso, facies Ligorianis reliquisque misere interpolatis atque spuriis? Quocirca, quamvis classium quoque descriptio, qualem ego institui, suis non levibus laboret incommodis, nihilominus in Latinis erit praeferenda, utpote quae ipsi antiquitatis scientiae magis sit profutura: modo locus ubique quam curatissime fieri poterit, investigetur atque enotetur. Ergo ad Helvetica ut redeam, habes hic omnia mihi nota, inedita etiam aliquot; maxima minima, integra mutila, sincera spuria, ab occidente orientem versus perpetuam in seriem disposita. Quod caput etsi hoc quidem genere cum ceteris discrepat, id tamen praestabit, ut nostrae disciplinae studiosus mature sit intellecturus, quibus cum difficultatibus in ea conflictandum sit, quantumque saepe taedium devorandum in male exscriptis, truncis, commenticiis, nullius denique momenti inscriptionibus pervestigandis ac diiudicandis. Qua in re magnopere me adiuverunt Hagenbuchii Helvetica, accuratiora longe et melius illustrata, quam ante factum erat a Guillimanno, Plantino, et, qui hos et aetate et meritis antecedunt, Aegidio Tschudio et Iosia Simlero, cuius Antiquitatum Helveticarum volumina quinque ipsius manu nitide scripta Turicensium bibliotheca publica adservat. Ex eadem Ottianum volumen inscriptionum Helveticarum, sed nullum fere, post Hagenbuchii curam multo ampliorem, usum mihi praebens, praesto erat; nuper effossa suppeditabant Hallerus, et Levade. Hoc igitur caput, singulari cum diligentia tractatum, speciminis simul loco esto, quomodo geographiam antiquam solis ex lapidibus adornandam existimem.

Geographicis vero absolutis, Historica sum aggressus, ita ut inde a Romulo usque ad Theodoricum regem perpetuam texerem monumentorum seriem, quam haud exiguo usui fore confido iis, qui vel ipsam historiam postmodo sint enarraturi, vel illustraturi et temporum rationem, et nummos. In quo tamen capite ut continerem me, necesse fuit; neque enim omnia licebat amplecti, nisi in his consistere decrevissem; neque, verbi causa, locus hic erat denuo ordinandis Fastis Consularibus, quam utilissimam operam,

mortuo Hauboldo, impatienter exspectamus a Borghesii et Capefiguii sollertia: seriem pariter Praefectorum Urbi intactam reliqui. — Cum civili autem historia intima quadam necessitudine coniuncta erat literaria, cuius specimen satis amplum, historicos, oratores, philosophos, poëtas, ICtos, rhetores et grammaticos in saxis celebratos complectens composui, ita, ut hoc quidem in genere nihil fere desideretur. Quibus pertractatis procedendum erat, opinor, ad religiones resque sacras illustrandas; quod gravissimum caput ita divisi, ut in priore parte enumerarem primo Deos Romanorum patrios, atque a Iove exorsus per gradus ad Eponam Mephitimque descenderem, tum vero Italorum municipales Deos, et peregrinos, id est Asiaticos et Aegyptiacos, cum illis consociarem, tandemque desinerem in Gallicis, Hispanicis, eius generis aliis anquirendis. Qua quidem in re, etsi certum quendam ac facillime cuique percipiendum ordinem servavi, probe tamen scio, haud defuturos, qui eum acriter sint reprehensuri, tamquam neque obscurum satis, nec ipsorum opinionibus convenientem; quos equidem suo iudicio frui aequo animo patiar. Simplicem tamen per lectionem, vel si haec nimis fuerit taediosa, indicum certe auxilio, quae sibi quoque sint profutura, passim reperient: meminerintque, quaeso, locum hic nullum fuisse, neque novae veterum religionum doctrinae condendae, neque ipsis assentandi. Simplicia dumtaxat nos sectamur, testimoniis et argumentis idoneis ubique firmata, clara atque certa; quae his contraria sunt, stultis et incautis mirabilia, nobis nunquam fiet, ut placeant; eodemque tandem omnes, spero, inclinabunt philologi, ubi inanitas vanitasque doctrinarum, quae nunc invaluerunt, satis erit demonstrata.

Simili deinde ratione versatus sum in sacerdotiis, totoque cultu divino lapidum adminiculo illustrandis; quibuscum arte cohaerent omnis generis ludi, spectacula, certamina.

Quartam deinceps rerum Romanarum seriem exorsi sumus a matrimonio, quod, quamvis ad vitam domesticam civilemque magis pertineret, a caerimoniis tamen Deorum immortalium haud esset disiunctum; utpote quod, Modestino auctore, divini et humani iuris sit communicatio; varias postea necessitudines e nuptiis ortas, ac nomina, quorum perplexa saepe ratio ex inscriptionibus haud minimam partem explicatur, sumus persecuti. Quae omnia quum ad ingenuos potissimum spectarent, servi statim ut his opponerentur, erat consentaneum;

iidem, si mihi visum esset, collocari poterant etiam post opifices. Ab illorum quidem ministeriis quum separari non possent officia, quae dicuntur, domus Augustae, de his quoque in lapidibus saepissime memoratis, quantum nostro pro consilio fieri debebat, accuratius egimus. Libertos posthac e servitute emissos civiliaque iura adeptos comitati, pervenimus ad Populi ipsius sacrosanctam certisque legibus adstrictam societatem, in cuius imagine adumbranda civium genera, ordines, totius rei publicae formam, leges, senatum, magistratus varios, honores, munera usque ad novissima Romani imperii tempora recensuimus. Leges quidem ipsas, quas, uti spero, Klenzius illustrandas sibi sumet, paucissimis exceptis, consulto non attigimus; neque enim in iis interpretandis nos iuris quidem prudentiam nunquam professi nobismet ipsis satisfecissemus, nec simpliciter easdem exscribere vacabat. Nolim igitur, quaeras desideresve meo in libro S. C. de Bacchanalibus, nec Legem Serviliam, nec iudiciariam Galliae Cisalpinae, nec Heracleensem tabulam (ut eleganter cum Hugone loquar), nec legem Puteolanam parieti faciundo, nec regiam, quae dicitur, Vespasiani, neque Acta illa senatus supposititia, nec Tabulam alimentariam Traiani, neque Antiatinam, neque, ut ad historica progrediar, Fastos consulares ac triumphales, nec Monumentum Ancyranum, nec Torigniense, neque orationem Claudii Caesaris, quae, optime mihi nota, fere omnia saepius iam alibi sunt repetita. Abstinendum enim erat a talibus ideo quoque, ut locum aliis, minutioribus fortasse, reservarem. Sed cum magistratibus artissimo vinculo coniuncta vidimus officia minora apparitorum, scribarum, exactorum, tabulariorum; cum tota vero re publica et operum publicorum ac vectigalium universam rationem, et rem militarem, quibus omnibus singula capita sunt assignata. Quamquam, permulta sane a prioribus inscriptionum editoribus iure quodam suo inter opera publica relata praeceperat nobis ea operis pars, quae monumentis historicis dicata diligentiore etiam cura digna videbatur; unde factum est, ut municipalia fere in capite opera publica continente legantur, principum vero eo in genere merita et laudes in historicis potius locum invenerint suum. Neque vero provinciarum administrationi exponendae largior supererat messis, a civilibus maximam partem et urbanis magistratibus occupata: at eo maius studium in eo collocavimus, ut omnem rem militarem accuratius enuclearemus, temporum ratione quantum fieri poterat, hic quoque, ut in reliquis, semper habita.

A populi Romani re publica transeundum deinceps erat ad rem municipalem, quae, quum potissimum ex inscriptionibus, Rothio ex toto neglectis, illustrari debeat, non sine causa id mihi propositum fuit, ut ad saxa eo pertinentia undique comportanda, apteque disponenda assiduam navarem operam. Quo quidem id assecutus esse mihi videor, ut, quicunque hanc antiquitatum Romanarum obscurissimam adhuc partem denuo scrutabitur, facilius certe sit perspecturus, quonam singula, in quae ipse incidet, sint referenda, quoque modo coniungenda cum iis, quae a me sunt collecta. Perreximus inde ad eam hominum conditionem, quae in quaestu faciendo victuque quotidiano parando occupata, ipsa tamen apud Romanos societatis appetens, quantumque poterat, rem publicam imitata, collegia, corpora, sodalicia instituere solebat suis cum praepositis, magistris, patronis, apparitoribus, servis, legibus etiam et decretis; quo utique in genere maxima rursus inscriptionum utilitas cernitur. Collegiorum autem forma perspecta, singulas ad artes, quae manu constant, quum descendissemus, supererant varia hominum inter se commercia, (*τὰ συμβόλαια* Graeci nuncupant) quae cuncta vitae communis nomine complexi sumus. Hanc vero tamquam curriculi metam emensis una restabat rerum ultima, mors, infinito titulorum numero celebrata, qui quidem omnes, quamcunque demum vocem mittant vel veri maeroris, vel benevolentiae et caritatis, vel levitatis ac superbiae inter cineres et ossa, iura cultumque Deûm Manium quum identidem recordentur, ad religiones, unde progressi eramus, fatali quodam perpetuoque circuitu et quasi orbe nos reduxerunt.

Ita exposita mei consilii simplicissima ratione ac via, ab harum rerum peritioribus libenter discam, utrum ista Latinarum inscriptionum descriptio varias in classes, earumque singula capita, quemadmodum a me est instituta, utilis futura sit ipsi disciplinae epigraphicae, necne? Me quidem iamdudum hoc in labore versatum usus ipse edocuit, unicuique lapidi sic facillime certum locum posse assignari, in quo universam antiquitatis Romanae disciplinam iuvet, firmet, illustret; qui tandem, ni fallor, omnium studiorum hoc in genere collocatorum supremus est finis.

His omnibus subieci Caput XXII. ex variis Hagenbuchii observationibus criticis constans, quae quidem laudis meae nihil indigent. Praefationem autem subsequitur Artis criticae lapidariae

supplementum, partim ex eiusdem schedis depromptum, sed a nobis singulari studio auctum. A Christianorum vero monumentis (de quorum in antiquitate ecclesiastica usu post Muenterum praeclare nuper disputavit Gesenius,) paucula quaedam si excipias hinc inde sparsa, fuit abstinendum, ne licenter instituti mei fines migrarem. — In temporum ratione notanda, ubique secutus sum Fastos Almeloveenianos.

Superest, ut de legibus, quas in edendis inscriptionibus ipse mihi scripsi, paucis exponam. In iis ne una quidem literula de coniectura, etsi saepe certissima, est immutata. Id tantum mihi arbitrii sumpsi, ut quae in adnotationibus praesertim Gudianis ad Gruterum tamquam lapidum ipsorum afferuntur lectiones, sua plerumque evidentia sese commendantes, postliminio reciperem, itemque ex aliis aliorum typis accuratioribus corruptos emendarem. Haec vero ratio, necessario fere tenenda, ubi ἀρχετύπῳ sumus destituti, cur aut omnino reprehendenda sit, aut ab aliquo improbari potuerit, equidem prorsus non intelligo: idem enim critici omnes licere sibi, immo sui officii in primis esse semper censuerunt, ut diversis e codicibus ipsius scriptoris manum restituere conarentur; illud tantummodo inscriptionum quoque editores servent necesse est, ut scriptionis varietatem religiose ubivis enotent, ac posteritati iudicii ferendi potestatem permittant. Supplementa vero rarissime fragmentis sunt inserta, eaque literis minoribus excusa et uncis insuper a lapidum ipsis reliquiis plerumque seclusa. Paucissimis exceptis, (quibus semper *cet.* subscriptum est) omnes inscriptiones integras dedi, etsi in fine nil nisi nomina, vel notissimas formulas sepulcrales continerent: ipse enim nimis saepe molestiam illam expertus eram, qua afficimur, ubi decurtata inscriptio offertur timentibus, ne gravioris aliquid momenti nobis subtraxerit editor. Versus inscriptionum linea transversa omnes inter se discriminavi; ita ut quemque titulum facillima opera pristinam in formam denuo redigere queas. Locos saxorum, ubicunque propter priorum editorum socordiam ego haud ignorarem, accurate adnotavi, sicuti et libros, unde unumquodque desumptum est. Notarum, quas barbaro, sed usitato iamdudum in re epigraphica vocabulo *sigla* vel *siglas* appellant, interpretationem ubique fere adieci, ne lector minus hoc in genere versatus, vel incertus haereret, vel ad earum coniectores, Coletium et Gerrardum, omnis generis erroribus refertos

confugere cogeretur. Palaeographiae autem vehementer doleo nullam fere rationem a me haberi potuisse, eam ob causam, quod deerant typi idonei ad nexas sive ligatas potissimum literas imitandas, nec libero homini Helvetio regalis aliqua munificentia subveniebat, neque in dubii exitus inceptum nimios sumptus ut impenderet honestissimus redemptor, meo iure postulare poteram. Nemo igitur hac de re mecum litiget, vel adeo digladietur. Non potui, inquam. Tu si potueris, ego plaudam cum primis. Utinam autem placeret Koppio, V. Cl., cui in hoc genere omnes nunc primas deferunt, vel integram palaeographiae etiam Latinae doctrinam exponere, vel eiusdem saltem compendium discentibus exhibere! Nec vero hodie post lithographicam artem inventam res est nimis sumptuosa, ideoque eruditis hominibus denegata. Libenter equidem vel centum tabulas lithographicas libro meo subiungi curassem, dummodo licuisset.

Meis autem in adnotationibus conscribendis Hagenbuchianisque excerpendis brevitati maximo opere studui, nisi ubi res ipsa, ut latius aliquantum exspatiarer, suaderet: inscriptiones enim quam plurimas in compendio licitum esset, non vero commentarios dare constitueram. Qua in re si quid peccatum est, abunde id, opinor, compensabitur appendice altera, variorum epistolas epigraphicas continente, quas, hac edendi opportunitate haud oblata, diuturnae tenebrae in posterum quoque pressissent. Typothetarum specimina ipse, quater singula, emendavi. Errores aliquot, perpaucos tamen, sic quoque remansisse, nunquam negabo. Sed nullus publicorum censorum (quorum benignus nunc est numerus) erroris me accusato, antequam libros omnes, quorum auctoritatem singulis in locis laudo, ipse inspexerit. Etenim scio, me et accurate titulos transcripsisse, et sedulo, ut officii mei erat, omnes tabulas a typothetis mihi missas correxisse.

Apparatu autem Hagenbuchiano accuratius recensito, librorum, quibus praeterea usus sum, indicem cum dumtaxat ob finem exhibeo, ut et notae, quibus singulos designavi, facilius intelligantur, et, qui mihi adhuc defuerint, statim lectoribus appareat.

Scribebam Turici ipsis Kalendis Ianuariis M. DCCC. XXVII.

APPARATVS EPIGRAPHICVS
IO. CASP. HAGENBVCHII
IN TVRICENSIVM
BIBLIOTHECA PVBLICA ADSERVATVS.

I. Opus tessellatum ex *Smetii* et *Scaligeri* indicibus, secundum *Gruteri* paginas, nec non Observationes ad *Gruterum*. Vol. XII. forma maxima.

II. Observationes ad *Sponii* Miscellanea eruditae antiquitatis. Vol. I. forma max.

III. Observationes ad *Reinesium*. Vol. III. forma quadruplicata.

IV. Opus tessellatum ex *Reinesianis* indicibus compositum. Vol. I. 4.

V. Opus tessellatum et Observationes ad *Fabrettum*. Vol. II. fol.

VI. Opus tessellatum et Observationes ad *Gudium*. Vol. I. fol.

VII. Opus tessellatum ex *Gorii* indicibus contextum, nec non Observationes ad *Donium*. Vol. I. fol.

VIII. Opus tessellatum et Observationes ad *Gorii* Inscriptiones Etruriae. Vol. III. 4.

IX. Opus tessellatum et Observationes ad *Muratorium*. Vol. VIII. fol.

X. Opus tessellatum et Observationes ad *Maffeii* Museum Veronense. Vol. I. 4.

XI. Observationes ad *Zachariae* Marmora Salonitana, et ad *Occonis* Inscriptt. Hispanienses. Vol. I. 4.

XII. Marmorum *Arundelianorum* secunda Editio. Londini 1732. fol. permultis cum Observv. HAGENBVCHII.

XIII. Observationes in *Pocockii* Inscriptiones. Vol. I. 8.

XIV. Inscriptiones antiquae in *Helvetia* exstantes collectae cum farragine Observationum. Vol. IV. 4.

XV. Index omnium vocum ad Syllogen Inscriptionum *Helvetiae* antiquae, insertis et aliis rebus plurimis ad rem epigraphicam pertinentibus. Vol. I. 4.

XVI. Post-Helvetica, seu Inscriptiones extra Helvetiam inventae, at Helvetiorum, Raetorum, Sequanorum, Vindelicorumque memoriam habentes, diligenter collectae; itidem cum farragine Observationum. Vol. I. 4.

XVII. Celtica: item ad notitiam Helvetiae antiquae, Vindeliciae, Raetiae et Norici facientia cum rerum indiculo alphabetico. Vol. I. 4.

XVIII. Prolegomena epigraphica; praecedunt quaedam ad Bibliothecam epigraphicam facientia, nec non *Cuperi* et *Leibnitii* ad *I. I. Scheuchzerum* et *Cuperi* ad *Wildium* epistolae. Vol. I. 4.

XIX. Observationes miscellae ad Inscriptiones antiquas, Non-Helveticas. Vol. I. 4.

XX. Bibliotheca epigraphica. Vol. XI. 4.

XXI. HAGENBVCHII Epistolae ad amicos, virosque doctos; cum *eorundem* responsis. Ab anno MDCCXVIII. ad annum MDCCLXIII. Vol. XII. 4. Insunt epistolae Io. Georgii Altmanni, Sigismundi d'Attems, Io. Christoph. Beckii, Lud. Bochati, Io. Iac. Bodmeri, Io. Bouhierii, Lud. Bourgueti, Cl. de Boze, Io. Iac. Breitingeri, Dan. Bruckneri, Aug. Io. Buxtorfii, Petri Comitis di Calepio, Henrici Cannegieteri, Seb. Donati, Iac. Elsneri, Io. Aug. Ernestii, Conradi Fueslini, Andreae Gallandi, Io. Gesneri, Ant. Franc. Gorii, Abrahami

Gronovii, Io. Henr. Hagenbuchii Prorect. Clivensis, Alberti Halleri, Christ. Aug. Heumanni, Io. Wern. Huberi, Iac. Crist. Iselii, Io. Rod. Iselii, Erhardi Kappii, Andreae Lameyi, Io. Henrici Leichii, Ottonis Frid. Com. de Lynden, Scipionis Maffeii, Bernardi Montfauconii, Io. Laur. Moshemii, Io. Bapt. Ottii, Dominici Passionei, Angeli Mariae Quirinii, Io. Iac. Reiskii, Parolini Fr. Roncallii, Ant. Roschmanni, Ant. Sambucae, Christoph. Saxii, Sam. Schmidtii, Io. Dan. Schoepflini, Io. Franc. Seguierii, Eliae Stoeberi, Ferd. Stoschii, Iac. Verneti, Io. Ern. Emanuelis Walchii, Franc. Ant. Zachariae, Io. Iac. Zimmermanni, ut illustriores dumtaxat recenseam.

XXII. Libri epigraphici complures, quorum margini suas emendationes observationesque adscripsit *Hagenbuchius*, mox enumerandi in indice librorum a nobis excerptorum.

HAGENBVCHIVS noster ex libris epigraphicis, qui quidem gravioris alicuius essent momenti, ante annum eius fatalem 1763 publici iuris factis vix ullo carebat, praeter *Ioannis de Vita* Thesaurum antiquitatum Beneventanarum, *Hultmanni* Miscellanea epigraphica, *Cannegieteri* librum de nominum Romanorum ratione, *Ottonis* libros de aedilibus et de tutela viarum. Etenim si qui alii eidem essent negati, veluti *Malvasiae* marmora Felsinea, *Ursati* marmora erudita, Patavii 1719., Monumenta *Kempiana*, inscriptiones ipsas saltem in *Muratorii* Thesaurum iamiam receptas habebat. Ipse *de Vitam*, *Hultmannum*, *Cannegieterum*, *Ottonem* in usus meos converti; in *Ursato* evolvendo operae pretium nullum fere feci; *Malvasiam* vero et *Kempiana* sine magno, ut opinor, libri mei detrimento acquirere nondum potui. Aegre autem carui maxime *Passioneo*, cuius tamen titulos repetiit *Seb. Donatus*, *Amaduzzii* Anecdotis Romanis, *del Signore* Marmoribus Riccardianis, a *Gorio* tamen maximam partem iam editis, *Horsleyi* Britannia Romana, cuius vicem aliquatenus supplebat *Camdeni* Britannia a *Gibsonio* anglice versa, variisque praeterea itinerariis, ephemeridibus literariis, opusculisque criticis in Anglia praesertim, Gallia, Italia et Hispania editis: quae etsi studiose quaesita, in Helvetia nusquam exstabant. Ineditas aliquot inscriptiones, id quod grato animo testor, a *Ioanne* LABVS, viro hoc in genere longe peritissimo, dono accepi.

INDEX PRAECIPVORVM LIBRORVM

EPIGRAPHICORVM ALIORVMQVE

INSCRIPTIONES LATINAS CONTINENTIVM,

QVIBVS VSVM SVM.

ACTA Academiae *Theodoro-Palatinae*. Mannhemii 1766. 4. Vol. 7.

— — Eruditorum *Lipsiensia* inde ab anno 1740. Antecedentia volumina excerpserat iam Muratorius.

ALDENBRÜCK (*August.*) de religione antiquorum Vbiorum dissertatio. Coloniae Agripp. 1749. 4. Est editio auctior eiusd. libelli, qui in priore tribuitur HARZHEMIO. Hanc vero priorem aliquoties laudavi, antequam illam nactus essem.

ALDI MANVTII (*Paulli F.*) Orthographiae ratio. Venetiis 1566. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

ALMELOVEEN (*Theod. Iansonii*) Fastorum Romanorum Consularium Libri duo. Amstelaedami 1740. 8.

ANTONINI, Iter Britannicum commentariis illustratum *Thomae* GALE. Londini 1709. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

APIANI (*Petri*) et AMANTII (*Barthol.*) Inscriptiones sacrosanctae vetustatis. Ingolstadii 1534. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

ARCHAEOLOGIA, or miscellaneous tracts relating to Antiquity. London 1814. Vol. 18. 4.

BARTHII (*Casparis*) adversariorum commentariorum Libri LX. Francofurti 1624. fol.

BECHI (*Guglielmo*) del Calcidico e della Cripta scavati nel foro di Pompeia l'anno 1820. Napoli. s. a. 4.

BERTOLI (*Giandomenico*) le Antichità d'Aquileja. Venezia 1739. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

BIAGI (*Clem.*) Monumenta Graeca et Latina ex museo Iac. Nanii Veneti illustrata. Romae 1787. 4.

BIANCHI (*Isidoro*) Marmi Cremonesi. Milano 1791. 8.

BIANCHINI (*Franc.*) camera ed iscrizioni sepolcrali de' liberti della casa di Augusto. Roma 1727. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

BIBLIOTHECA philologica ed. VOLBORTH. Lipsiae 1779. 3 Vol. 8.

BIBLIOTHEK der alten Litteratur und Kunst. Göttingen 1786. X. Stücke. 8.

BOCHAT (*Loys de*) epistolica dissertatio, qua declaratur lapis antiquus — Lousonnae effossus. Lousonnae 1741. 4.

— — Mémoires critiques sur l'histoire ancienne de la Suisse. Lausanne 1749. 3 Vol. 4.

BORGHESI (*Bartolomeo*) nuovi frammenti dei Fasti Consolari Capitolini. Milano 1818. 2 Vol. 4.

BOVHIER (*Iean*) explication de quelques marbres antiques, dont les originaux sont dans le cabinet de Mr. *** (*le Bret*). Aix 1733. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Dissertation sur le grand Pontificat des Empereurs romains. Dijon 1742. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

BRVMMERIANA s. opuscula *Frid.* BRVMMERI ed. *G.* BEYER. Lipsiae 1712. 8.

BVRCKHARDT (*Lewis*) Travels in Syria and the Holy Land. London 1822. 4.

CALOGERA (*A.*) Raccolta e nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici. Venezia 1729 — 1781. 86 Vol. 12.

CAMDENI (*Guil.*) Britannia. Londini 1607. fol.

— — Britannia translated by *Edmund* GIBSON. The fourth edition. London 1772. 2 Vol. fol.

CANCELLIERI le sette cose fatali di Roma. Roma 1812. 8.

CANDIDA-DIONIGI (*Marianna*) viaggi in alcune città del Lazio. Roma 1809. 4.

CANNEGIETERI (*Henrici*) Dissertatio de Brittenburgo cet. Hagae-Comitum 1734. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione liber singularis. cet. Traiecti ad Rhenum 1758. 4.

CARCANIUS (*Pasqualius*) v. HERCULANUM.

CARDINALI (*Clemente*) Iscrizioni antiche Veliterne illustrate. Roma 1823. 4.

— — (*Luigi*) trecento Iscrizioni illustrate. Bologna 1823. 4.

CARYOPHILI (*Paschalis*) de thermis Herculanis nuper in Dacia detectis. Mantuae 1739. 4. c. n. mss. HAGENBUCHII.

CAYLUS Recueil d'antiquités. Paris 1752. 7 Vol. 4.

CHANDLER (*Richard*) Marmora Oxoniensia. Oxonii 1763. fol.

— — Inscriptiones antiquae pleraeque nondum editae. Oxonii 1774. fol.

COLETII (*Io. Dominici*) Notae et siglae, quae in nummis et lapidibus apud Romanos obtinebant, explicatae. Venetiis 1785. 4.

CONRADI (*Fr. Caroli*) Scripta minora ed. L. PERNICE. Halis 1823. 8.

CORSINI (*Eduardi*) Notae Graecorum. Florentiae 1749. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Inscriptiones Atticae. ib. 1752. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Series praefectorum Vrbis. Pisis 1763. 4. Altera editione carui.

CVPERI (*Gisberti*) Observationum Lib. IV. Lipsiae 1772. 8.

— — Harpocrates et Monumenta antiqua inedita. Traiecti ad Rh. 1687. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Lettres de critique, de littérature, d'histoire etc. Amsterdam 1755. 4.

— — Fasciculus epistolarum ad *Marq.* WILDIVM. In *Musei Helvetici* parte 1. p. 49 — 79. Tiguri 1746. 8.

CYRIACI (*Anconitani*) Inscriptiones s. l. (Romae) et a. (circa 1645.) publicatae 1747. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Commentariorum nova fragmenta notis illustrata (ab *Hannibale de Abbatibus* OLIVERIO). Pisauri 1763. fol.

DALE (*Antonii van*) dissertatt. IX. antiquitatibus et marmoribus Graecis et Romanis illustrandis inservientes. Amstelodami 1702. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

DAMADENVS (*Abbas*) Aes redivivum s. Tabula aerea Canusii eruta cet. in GRAEVII Thes. Antiq. Ital. T. IX. P. v.

DESCRIPTION de l'Égypte etc. Paris 1821. 8. 8 Vol.

DIONISI (*Gian-Iacopo*) de' blandimenti funebri o sia delle acclamazioni sepolcrali Cristiane. Padova 1794. 4.

DONATI (*Sebastiani*) Ad novum Thesaurum vett. Inscriptt. *L. A.* MVRATORII Supplementum. Lucae 1765 — 1775. 2 Vol. fol.

DONII (*Io. Bapt.*) Inscriptiones antiquae cum notis ed. *A. F.* GORIVS. Florentiae 1731. fol.

DOROW Denkmäler aus der altgermanischen und römischen Zeit in den Rheinisch-Westphälischen Provinzen. Stuttgard 1823. 4.

DVELLII (*Raymundi*) Excerptorum genealogico-historicorum libri duo. Lipsiae 1725. fol.

— — lucubratio epistolaris ad *I. A. de Boxadors*. (Norimbergae) 1733. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

ECKHEL (*Iosephi*) Doctrina nummorum veterum. Vindobonae 1797. 8 Vol. 4.

ECKHART (*Io. Georg. ab*) Dissertatio de Apolline Granno Mogouno. Wirceburgi. s. a. 4.

EMELE (*Ioseph*) Beschreibung römischer und deutscher Alterthümer in Rheinhessen. Mainz 1825. 4.

EVSEBII Thesaurus temporum ed. *Iosepho* SCALIGERO. Amstelod. 1658. fol.

FABRETTI (*Raphaelis*) Inscriptt. antiquarum, quae in aedibus paternis asservantur, explicatio. Romae 1702. fol.

— — de columna Traiani syntagma. ibid. 1690. fol. c. n. mss. HAGENBUCHII.

FICORONII (*Franc.*) de larvis scenicis et figuris comicis Romanorum. Romae 1754. 4.

FIEDLER (*Franz*) römische Denkmäler der Gegend von Xanten und Wesel. Essen 1824. 8.

FLEETWOOD (*Guil.*) Sylloge inscriptionum antiquarum. Londini 1691. 8.

FOGGINII (*Petr. Franc.*) Fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiae. Romae 1779. fol.

FUCHS (*Ioseph*) alte Geschichte von Mainz. Mainz 1771. 8. T. 1.

FURLANETTO (*Giuseppe*) Lettera epigrafica al ch. sig. dott. *Giovanni Labus*. Padova 1819. 8.

GERCKEN (*Philipp Wilhelm*) Reisen. Stendal 1783. 4 Vol. 8.

GERRARD (*Ioan.*) Siglarium Romanum cet. Londini 1792. 4.

GIORNALE ARCADICO di scienze, lettere ed arti. Roma 1825. Priora volumina non habui.

GIOVENAZZI (*Vito Maria*) della Città di Aveia ne' Vestini dissertazione. Roma 1773. 4.

GORII (*Ant. Franc.*) Inscriptiones antiquae in Etruriae urbibus exstantes. Florentiae 1726. 3 Vol. fol.

— — Descriptio columbarii libertorum et servorum Liviae Aug. cet. in POLENI Thes. Antiqq.

— — Symbolae literariae. Decas Florentina et Decas Romana. Florentiae 1748. 20 Vol. 8. c. n. mss. HAGENB.

— — Lettere critiche sopra l'osservazioni del *Lami*. Lucca 1745. 4.

— — Xenia epigraphica ed. WALCH. Ienae 1755. 8. c. n. mss. HAGENB.

GORO (*Ludwig von*) Wanderungen durch Pompeii. Wien 1825. fol.

GRAEVII, GRONOVII, SALLENGRII, POLENI Thesauros, ubicunque opus erat, consului.

GRVTERI (*Iani*) Thesaurus inscriptionum ed. *I. G.* GRAEVIO. Amst. 1707. 4 Vol. fol. Indices passim correxit HAGENBVCHIVS.

GVASCO (*Franc. Eugen.*) Musei Capitolini antiquae Inscriptiones. Romae 1775. 3 Vol. fol.

GVDII (*Marquardii*) Antiquae inscriptiones cet. Leovardiae 1731. fol. Indicibus doctissimas observationes adscripsit HAGENBVCHIVS.

HAGENBVCHII (*Io. Casp.*) Epistolae epigraphicae. Tiguri 1747. 4. c. n. mss. auctoris.

— — de diptycho Brixiano Boëthii Cos. epistola epigraphica. ib. 1749. fol.

HALLER (*Fr. Ludwig*) Helvetien unter den Römern. Bern 1811. 2 Vol. 8.

HARZHEIM de Religione antiquorum Vbiorum dissertatio. Coloniae Agripp. 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII. v. *Aldenbrück*.

HERCVLANVM. De' Bronzi d'ERCOLANO T. 1. Napoli 1767. fol. Le Pitture antiche d'ERCOLANO T. 5. ivi 1779. fol. Commentariorum scriptor perhibetur *Pasqualius* CARCANIVS.

HISTOIRE et mémoires de l'institut royal de France. Paris. 1815. Seqq.

HOFFMANN (*C. F.*) über die Zerstörung der Römerstädte an dem Rheine. Neuwied 1823. 8.

HOLSTENII (*Lucae*) Epistolae ad diversos collegit *I. F.* BOISSONADE. Parisiis 1817. 8.

HUEPSCH (*I. W. S. A. von*) Epigrammatographie oder Sammlung von Inschriften der Niederdeutschen Provinzen. Köln 1801. 4.

HVLTMANN (*I. A.*) diatriba antiquario-iuridica de servis binominibus. Lugd. Bat. 1750. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

HVLTMANN (*I. A.*) Miscellaneorum epigraphicorum liber singularis. Zutphaniae 1758. 8. c. n. mss. STEINBRYCHELII.

IGNARRA (*Nicol.*) de palaestra Neapolitana commentarius. Neapoli 1770. 4.

IORIO (*Andrea de*) Guida di Pozzuoli e contorno. Napoli 1817. 8.

JOURNAL des Savans. Paris 1816. Seqq.

IUVAVIA. Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Iuvavia. Salzburg 1784. fol.

KEYSLERI (*Io. Georg.*) Antiquitates selectae septentrionales et Celticae. Hannoverae 1720. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

KLOTZII (*Christ. Adolph.*) Acta litteraria. Altenburgi 1764. 7 Vol. 8.

KRUSE (*Fr. C. H.*) Archiv für alte Geographie, Geschichte und Alterthümer. Breslau 1821. 8. 3 Hefte.

LABUS (*Giovanni*) intorno alcuni monumenti epigrafici Cristiani scoperti in Milano l'anno 1813 nell' insigne Basilica di Sant' Ambrogio dissertazione. Milano 1814. fol.

— — intorno due antichi epitaffi acquistati dall' Ab. *Seb. Ciampi* dissertazione. Milano 1817. 8.

— — Lettera a D. *Pietro de Lama* intorno a due iscrizioni Vellejati. ivi. 1820. 4.

— — Notizie intorno alla vita ed agli scritti del P. *G. M. Racagni.* ivi. 1822. 8.

— — intorno varj antichi monumenti scoperti in Brescia dissertazione. Brescia 1823. 4. (LABUS *Dissertazione.*)

— — di un' epigrafe Latina scoperta in Egitto dal Belzoni e in occasione di quella dei Prefetti di quella provincia dissertazione. Milano 1826. 8.

— — Lettera sopra una Colonna letterata di Maguzzano. Brescia 1812. 8.

— — Epigrafe antica nuovamente scoperta in Padova. Milano 1819. 8.

— — Ara antica scoperta in Haimburgo. ivi. 1820. 8.

LAMA (*Pietro de*) Iscrizioni antiche collocate ne' muri della Scala Farnese. Parma 1818. 4.

LAMII (*Ioan.*) in antiq. tabulam aheneam Canusinam observat. Florentiae 1745. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

LANZI (*Luigi*) Saggio di lingua Etrusca e di altre antiche d'Italia. Roma 1789. 3 Vol. 8.

LAVRI (*Io. Bapt.*) Epistolarum centuria selecta. Romae 1621. 8.

LENOIR (*Alexandre*) Histoire des arts en France. Paris 1811. 4.

— — Musée impérial des monumens français. ibid. fol.

LETRONNE Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte. Paris 1823. 8.

LEVADE (*Louis*) Dictionnaire géographique et historique du Canton de Vaud. Lausanne 1824. 8.

LINGEN (*Huldr. Herm. von*) klei e deutsche Schriften. Wittemberg 1730. 3 Vol. 8.

LIVII Histor. Lib. XCI fragmentum descriptum a *Vito M. Giovenazzio* cet. Romae et Lipsiae 1773. 8.

LVPI (*Anton Mar.*) Epitaphium Severae Martyris illustratum. Panormi 1734. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — dissertazioni e lettere filologiche antiquarie. Arezzo 1753. 8.

LVPVLI (*Mich. Archangeli*) Iter Venusinum vetustis monumentis illustratum. Neapoli 1793. 4.

MABILLON (*Ioann.*) Vetera analecta. Parisiis 1723. fol.

MAFFEI (*Iacop' Antonio*) Periodi storici e topografici delle Valli di Non e Sole nel Tirolo meridionale. Roveredo 1805. 4.

— — (*Scipionis*) Museum Veronense. Veronae 1749. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Verona illustrata. Verona 1731. 4 Vol. 8. c. n. mss. HAG. Ex libro, cui index est: *Compendio della Verona illustrata principalmente ad uso de' forestieri.* Verona 1795 8. 2 Vol. id saltem didici, usque ad annum MDCCXCV. ne unum quidem lapidem literatum post Maffeii obitum illatum esse in celebratissimum Museum Veronense.

MAFFEI (*Scipionis*) Artis criticae lapidariae quae exstant, reperiuntur in DONATI Supplemento ad Thesaurum Murat. T. 1.

— — Galliae antiquitates quaedam selectae. Veronae 1734. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Osservazioni letterarie. Verona 1737. 6 Vol. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Dittico Quiriniano. Verona 1754. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Tre lettere. ivi. 1748. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

MARMORA TAVRINENSIA illustrata ab *Antonio* RIVAVTELLA et *Io. Paullo* RICOLVIO. Augustae Taurinor. 1743. 2 vol. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

MARINI (*Gaetano*) Iscrizioni antiche delle ville e de' palazzi Albani. Roma 1785. 4.

— — Atti e monumenti de' fratelli Arvali. ivi. 1795. 2 Vol. 4

MARMORVM Arundelianorum, Seldenianorum aliorumque Acad. *Oxoniensi* donatorum secunda editio. (ed. MAITTAIRE) Londini 1732. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

MARTORELLII (*Iacobi*) de regia theca calamaria Libri II. Neapoli s. a. 4.

MASDÉV dodici opuscoli lapidarj; negli Atti dell' *Academia Italiana.* Livorno 1810. 4. T. 1. P. 2. p. 165.

MAZOCHII (*A. S.*) Commentarius in Campani theatri titulum. in POLENI Suppl. Thes. Antiqq.

— — Commentariorum in regii Herculanensis musei aeneas tabulas Herculanenses partes duae. Neapoli 1754. 2 Vol. fol.

MAZOCHII (*Iac.*) Epigrammata antiqua Vrbis. Romae 1521. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII, qui ante omnia errores in Addendis indicatos, sed a posterioribus saepe repetitos, in ipso contextu studiose correxit.

MÉMOIRES et Histoire de l'Académie des Inscriptions et Belles lettres. Paris 1736 seqq. 50 Vol. 4.

— — de la Société des Antiquités de *Cassel.* Cassel 1780. 4. T. 1.

— — Romane di antichità e di belle arti. Roma 1824. Vol. 3.

MILLIN (*Aubin Louis*) Monumens antiques inédits. Paris 1806. 2 Vol. 4.

— — Voyage dans les départemens du midi de la France. Paris 1811. 5 Vol. 8.

— — Description des tombeaux, qui ont été découverts à Pompeï dans l'année 1812. Naples 1813. 8.

— — Magazin encyclopédique. Paris 1795. — It. Annales encyclopédiques. — 1818. 138 Vol. 8.

MONTFAVCON (*Bernard*) l'antiquité expliquée. Paris 1722. 10 Vol. fol.

MORCELLI (*Steph. Anton.*) Operum epigraphicorum volumina quinque. Patavii 1819. 4.

— — Africa Christiana. Brixiae 1817. 3 Vol. 4.

— — sull' Agone Capitolino dissertazione. Milano 1816. 8.

MORELLI (*Iacopo*) Operette. Venezia 1820. 3 Vol. 8.

MUCHAR (*A. Albert*) das römische Norikum. Graetz 1825. 8. T. 1.

MÜLLER (*Christian*) das Forum Romanum und die Via Sacra. Stuttgard 1824. 8. *Eiusd.* Campagna di Roma. Leipzig 1824. 2 Vol. 8. nihil aliud est nisi libera versio libri Nibbyani *Viaggi ne' contorni di Roma*, neque ullam inscriptionem exhibet, quae in illo non reperiatur.

MÜNTER (*Friedrich*) Religion der Karthager. Kopenhagen 1821. 4. It. Sendschreiben über einige Sardische Idole. ib. 1822. 4.

MVRATORII (*Lud. Ant.*) Novus thesaurus veterum Inscriptionum. Mediolani 1739. 4 Vol. fol.

MVSEVM *Turicense* aperuit *Io. Iac.* HOTTINGERVS. Turici 1782. 8.

NARDINI (*Famiano*) Roma antica, accresciuta da *A.* NIBBY. Roma 1818. 4 Vol. 8.

NEMEITZ (*Ioach. Christoph.*) Inscriptionum singularium maximam partem novissimarum fasciculus. Lipsiae 1726. 8.

NIBBY (*Antonio*) Viaggio antiquario ne' contorni di Roma. Roma 1819. 8. 2 Vol.

NIEBVHRII Inscriptiones Nubienses. Ed. altera in GAVII Itinere. Tubingae 1824. fol.

NORISII (*Henr.*) Cenotaphia Pisana. in GRAEVII Thesauro.

OBERLIN Museum *Schöpflini* I. Lapidarium. Argentorati 1770. 4.

ODERICI (*Gasp. Aloysii*) Dissertatt. et adnotatt. in aliquot ineditas vett. Inscriptiones. Romae 1765. 4.

OLIVERII (*Hannib. de Abbatibus*) Marmora Pisaurensia notis illustrata. Pisauri 1738. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

ORSATO (*Sertor.*) Marmi eruditi. Padova 1719. 4.

— — Monumenta Patavina. Patavii 1652. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

ORTI (*Girolamo*) Viaggio alle due Sicilie ecc. Verona 1825. 8.

ORVILLE (*Iac. Phil. d'*) miscellaneae observationes criticae. Iis quae ad inscriptt. pertinent suas adnotationes adscripsit HAGENBVCHIVS.

OSANN (*Frid.*) Auctarium lexicorum Graecorum. Ienae 1824. 4. *Eiusdem:* Inscriptionum fasciculi sex.

OTTONIS (*Everardi*) de Aedilibus coloniarum et municipiorum liber singularis. Ed. secunda. Lipsiae 1732. 8. Initio non habebam, nisi priorem editionem anni 1715, aliquoties a me laudatam, antequam illam tandem nactus essem.

— — de tutela viarum publicarum liber singularis. Traiecti ad Rh. 1731. 8.

OVDENDORPII (*Franc.*) brevis monument. a *G. Papenbroekio* Acad. Lugd. Bat. legatorum descriptio. Lugd. Bat. 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

PACIAVDII (*P. M.*) monumenta Peloponnesiaca. Romae 1761. 2 Vol. 4.

— — Diatribe, qua graeci anaglypti interpretatio traditur. Romae 1751. 4.

POCOCKE (*Richardi*) et MILLES Inscriptt. antiquae. (Londini) 1752. fol.

POLCASTRI (*Io. Dominici*) Romanarum inscriptionum fasciculus. Patavii 1774. 8.

— — dell' antico stato e condizione di Padova. Milano 1811. 4.

PONZ (*Antonio*) Viage de España. Segunda Edicion. Madrid 1776. 13 Vol. 8. Quinque volumina postrema non habui.

QUEDNOW Beschreibung der Alterthümer in Trier. Trier 1820. 2 Vol. 8.

RAISER (*von*) die römischen Alterthümer zu Augsburg. Augsburg 1820. 4.

— — Geschichte der Stadt Lauingen. ib. 1822. 4.

— — Guntia. ib. 1823. 4.

RECUEIL des Inscriptions, qui se trouvent à *Lectoure*. Mss. Anonymi a *Schoepflino Hagenbuchio* anno 1745 dono missum. 4.

REDAELLI (*Carlo*) Notizie istoriche della Brianza, del distretto di Lecco, della Valsassina, e de' luoghi limitrofi. Milano 1825. 8. Fascicoli tre.

REICHARDI (*Christ. Theoph.*) Orbis terrarum antiquus cum thesauro topographico. Norimbergae 1824. fol.

REIMARI (*Herm. Sam.*) de vita *I. A.* FABRICII commentarius. Hamburgi 1737. 8.

REINESII (*Thomae*) Syntagma inscriptt. antiquarum. Lipsiae 1682. fol.

— — ad *Casp.* HOFMANNVM et *Christ.* RVPERTVM epistolae. Lipsiae 1660. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — ad *Christ.* DAVMIVM epistolae. Ienae 1670. 4.

REINESII et BOSII Epistolae mutuae. Ienae 1700. 12.

RELANDI (*Petri*) Fasti consulares. Traiecti Batav. 1715. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

RITTER Mémoire abrégé et recueil de quelques antiquités de la Suisse. Berne 1788. 4.

ROMANELLI (*Domenico*) antica topografia istorica del Regno di Napoli. Napoli 1815—1819. 3 Vol. 4.

— — viaggio a Pompei, a Pesto, Ercolano ecc. Napoli 1817. 2 Vol. 12.

SAGGI di dissertazioni academiche dell' Accademia Etrusca di CORTONA. Roma 1742. 8 Vol. 4.

SAMBUCA (*Antonio*) Memorie istorico-critiche intorno all' antico stato de' Cenomani. Brescia 1750. fol. c. n. mss. HAGENBVCHII.

SAUVAGÈRE (*de la*) Recueil d'Antiquités dans les Gaules. Paris 1770. 4.

SAXII (*Christoph.*) Lapidum vetustor. epigrammata et periculum animadversionum in aliquot marmora. Lipsiae 1746. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Scholia literario-critica ad *L. A. Muratorii* novum Thesaurum Inscriptt. in *Actis literariis* Societatis Rheno-Traiectinae. Lugd. Bat. 1793. Seqq.

SCHANNAT (*Io. Friedrich*) Eiflia illustrata, cet. uebersetzt von *Georg* BAERSCH. Koeln 1824. 8. T. 1.

SCHMIDT (*Frid. Sam. de*) Opuscula. Carolsruhae 1765. 8.

— — Recueil d'antiquités de la Suisse Tome 1. contenant celles d'Avenches et de Culm. Francfort 1771. 4.

SCHOENWISNER (*Steph.*) de ruderibus laconici Romani liber. Budae 1778. fol. Ceteris huius Viri docti scriptis carui.

SCHOEPFLINI (*Io. Danielis*) Alsatia illustrata. Colmariae 1751. fol. T. 1.

SCHOTTI (*And.*) Observationum humanarum Lib. V. Hanoviae 1615. 4.

SCHVRZFLEISCHII (*Henr. Leonardi*) Acta literaria. Vitembergae 1714. 8.

SCHWARZ (*C. G.*) exercitationes academicae ed. HARLES. Norimbergae 1783. 8.

— — Opuscula quaedam academica ed. HARLES. ib. 1793. 4. Eiusd. variae Dissertatt. seorsim excusae.

SCHWEIZERISCHER Geschichtsforscher. Bern 1820 — 1826 bis Bd. 6 Heft 1.

SEEL (*Heinrich*) die Mithrageheimnisse. Aarau 1823. 8.

SEIVERT (*Ioannis*) Inscriptiones monumentorum Romanorum in Dacia mediterranea. Viennae 1773. 4.

SESTINI (*Domenico*) Viaggio per la Valachia, Transilvania, e Ungheria. Firenze 1815. 8.

SINNER Voyage historique et littéraire dans la Suisse occidentale. Neuchâtel 1781. 2 Vol. 8.

SMETII (*Mart.*) Inscriptiones antiquae. Accedit auctarium *I.* LIPSII. Lugd. Bat. 1588. fol.

SMITHI (*Thomae*) Opuscula. Rotteraedami 1716. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

SPANGENBERG (*E.*) Tabulae iuris romani negotiorum solennium cet. Lipsiae 1822. 8.

SPONII (*Iacobi*) Miscellanea eruditae antiquitatis. Lugduni 1685. fol.

— — Recherches d'Antiquité. Lyon 1683. 4.

— — Recherches des Antiquités de Lyon. Lyon 1673. 8.

— — Voyage d'Italie etc. Lyon 1678. 3 Vol. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

— — Histoire de Genève. Genève 1730. 2 Vol. 4.

SPOTORNO (*G. B.*) trattato dell' arte epigrafica. Savona 1813. 2 Vol. 8.

STANCOVICH (*Pietro*) dello Anfiteatro di Pola ecc. Venezia 1822. 8.

STARK (*Bernhard*) Abhandlung über einen bey Koesching gefundenen — Stein. München 1824. 4.

TORREMVZZA (*Gabriel L. Castelli Principis*) Siciliae et obiacentium insularum vett. inscriptt. nova collectio. Panormi 1784. fol.

TVRRE (*Philippi*) Monumenta veteris Antii cet. Romae 1700. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

UGONI (*Camillo*) Atti e memorie dell' Ateneo di Brescia. Brescia 1822. 8.

VERMIGLIOLI (*Gio. Battista*) le antiche iscrizioni Perugine. Perugia 1805. 2 Vol. 4.

— — Lezioni elementari di Archeologia. prima ed. Milanese. Milano 1824. 2 Vol. 8.

VIC (*Claude*) et VAISSETTE (*Ioseph*) Histoire générale de Languedoc. Paris 1730. fol. T. 1.

VIGNOLII (*Ioann.*) de columna Imp. Antonini Pii dissertatio; accedunt antiquae inscriptiones selectae. Romae 1705. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

VISCONTI (*Ennio Quirino*) il Museo Pio-Clementino illustrato. Milano 1820. 7 Vol. 8.

— — Iconografia Romana e Greca. Milano 1819. 5 Vol. 8.

VISCONTI (*Ennio Quirino*) Monumento degli Scipioni. Roma 1785. fol.

— — (*Filippo Aurelio*) il Museo Chiaramonti ecc. Milano 1820. 8.

VITA (*Ioann. de*) Thesaurus antiquitatum Beneventanarum. Romae 1754. 2 Vol. fol.

VVLPII (*Ios. Rocc.*) Tabula Antiatina illustrata. Romae 1726. 4. It. Eiusdem et CORRADINI Latium antiquum saepe consului, etsi utrumque spuriis refertum est.

WALCHII (*I. E.*) Marmor Hispaniae antiquum cet. Ienae 1750. 4.

— — Persequutionis Neronianae — uberior explanatio. ibid. 1753. 4. c. n. mss. HAGENBVCHII.

WERNSDORFII de antiquitatt. Balearicis exercitatio. Brunswigae 1760. 4.

WESSELING (*Petri*) Probabilium liber singularis. Franequerae 1731. 8. c. n. mss. HAGENBVCHII.

WIENER Iahrbücher der Litteratur.

WINCKELMANN'S Werke. Dresden 1807. 8 Vol. 8. It. Monumenti antichi inediti. Roma 1767. 2 Vol. fol.

ZACHARIAE (*Franc. Antonii*) Marmora Salonitana in ordinem digesta. s. l. 1752. fol.

— — Excursus litterarii per Italiam. Venetiis 1754. 4.

— — Iter litterarium per Italiam. ib. 1762. 4.

— — Istituzione antiquario - lapidaria. Roma 1770. 8. Editione Veneta carui.

ZOEGA (*Georg.*) de origine et usu Obeliscorum. Romae 1797. fol.

ARTIS CRITICAE LAPIDARIAE

SVPPLEMENTVM LITERARIVM.

Ad diiudicanda falsa a veris in hoc disciplinarum genere plurimum utique conferre arbitror, si quis probe teneat, dubiane sit, an fide digna eorum auctoritas, quorum sub nomine singula saxa proferuntur. Verum initio statim huius studii facto, tot ut inter nomina, obscura saepe et perpaucis nota, falsarii, creduli, negligentes exscriptores a probis sedulisque distinguantur, vix debet exspectari. Quocirca, ut molestissimo labore, qui saepenumero me quoque exercuit, ex parte saltem sublevem rei epigraphicae postmodum operam daturos, paucis enotare placuit eos, qui inscriptiones vel fraudulenter confinxerint, vel commenticias credule propagarint, vel parum accurate exscripserint sinceras, vel tandem doli mali falso sint insimulati, quibus omnibus variae critici generis observationes interponentur. Meo tamen iure id postulare mihi videor, festinantiores critici probe ut attendant, hominum, non librorum hunc esse indicem; bibliographiam enim hic minime professus, id praestitisse satis habeo, ut supplementum aliquod tertii libri Artis criticae Maffeianae, nunquam, ut videtur, elaborati, proponam aliorum diligentia posthac augendum. Maximo autem in eo conficiendo usui mihi fuerunt praeter Maffeianum opus iam laudatum, Hagenbuchii Bibliothecae epigraphicae volumina undecim, e quibus multa transcripsi.

ACADEMIA Inscriptionum Parisiensis. Varios eius errores notat *Maffeius* A. C. L. p. 477.

ALDVS MANVTIVS *iunior*. Ligoriana quaedam intulit Orthographiae suae. (*Venetiis*. 1566. 8.) cfr. Grut. 47, 9. 853, 7. et ante omnia 871, 2. ex ALDO p. 219. *Hagenb. Dipl. Brix*. p. 195. — Rectissime de ALDO indicavit iam *Antonius Augustinus* Dial. IX. p. 122. „Vidisti haud dubie a PAVLO MANVTIO et ALDO eius filio collectas inscriptiones, Orthographiae confirmandae causa, et quamvis temporibus non satis elegantiam et inelegantiam distinxerint, imo et falsas interdum obtrudi sibi passi sunt, quas pro veris venditant. Interdum etiam antiquum, etsi optimum negligunt; arripiunt vero quod ipsis placuit, utilis alioqui liber et labor est." Cfr. BOVHIER *diss. sur le grand Pontificat*. p. 37. v. MANVTIANAE Schedae.

ALLARDVS (*Guido*) *Les Inscriptions anciennes de Grenoble*. 1683. minus exacte dat inscriptt. v. *Burmann*. ad *Val. Flacc*. p. 8. eiusd. *Gazettier menteur* p. 51.

ANNIVS (*Io. Viterbiensis*) cfr. Ant. Augustini *Dial*. XI. p. 160. Grut. p. 220. Fabrett. p. 453. Spon *Voyage* T. 1. p. 59. Eiusd. *Contrecritique* p. 54. (Grut. Spur. 12, 2.) Minus tamen hoc in genere excelluisse videtur, quam in scriptis antiquorum integris ultro confingendis.

ANTIQVARII *et* **HISTORICI** *singularum praesertim civitatum*. Quod ad utrumque hoc genus attinet, id universe tenendum est: iis, qui ante editum *Gruteri* Thesaurum floruerint, *Scaligerum* et *Gruterum* ita plerumque usos esse, ut qui selectas

tantum inscriptiones colligat, vel singula quaedam antiquitatum capita pertractet, vanam in iis enuo consultandis perlustrandisque operam sit positurus; quamvis non negem, eum, qui integrum aliquando inscriptt. Latinarum corpus adornaturus sit, quaedam, nec tamen multa in eiusmodi scriptis reperturum vel praetermissa a magnis collectoribus, vel fide etiam digniora et magis emendata. Sed qui post *Gruterum*, seculo praesertim septimo decimo curas suas publici iuris fecerunt, vel *Grutero* ipso maxime sunt usi, tacito saepe eius nomine, vel si novi aliquid attulerunt, hoc quoque apud *Reinesium*, *Donium*, *Fabrettum*, *Gudium*, *Muratorium*, *Maffeium*, *Donatum* aliosque invenies. Nos certe, etsi maxima saepe cum molestia immensos illos *Gronovii*, *Graevii*, *Burmanni*, *Sallengrii* ac *Poleni* thesauros, municipalesque historias bene multas versavimus, operae tamen pretium admodum raro fecimus. Saepe etiam, Antiquarii praesertim, non inscriptionum modo corpora, unde profecerint, sed loca quoque saxorum silentio premunt; v. c. ut illustria utriusque generis exempla proferam, *Antonius van Dale* et *Claudius Vic Iosephusque Vaissette*. (*Histoire générale de Languedoc Paris*. 1730. T. 1. ad calcem.) nec desunt, qui spuria vel cupide nimis arripuerint, vel ultro talia finxerint.

APIANVS (*Petrus*) cum socio *Bartholomaeo* AMANTIO complures iam habet inscriptt. commenticias, ut passim videre licet vel inter spuria *Gruteri;* maiorem etiam corruptarum numerum. Ipse vero Apianus, etiam si frequenter ab aliis, in Hispaniensibus praesertim, deceptus, bona fide videtur egisse.

ARAGONENSIS (*Sebastianus.*) De hoc audiendus est illustris amicus noster CAMILLVS UGONI in *Commentarj dell' Ateneo di Brescia degli anni* 1818. 1819 *Brescia*. 1820. 8. p. 111. „Dopo ciò il sig. LABUS c'intrattenne intorno ad un libro rarissimo di antichi monumenti bresciani scolpito in legno nel secolo sestodecimo, e tuttavia incognito ai primarj collettori di antichità, del fu nostro concittadino SEBASTIANO ARAGONESE. Il libro è di 34 pagine impresse con tavole intagliate in legno, la carta è di fondo nero con lettere bianche, la sua forma è di piccolo foglio, e nel frontispizio con fondo parimenti nero a lettere bianche si legge *Monumenta antiqua Vrbis et agri Brixiani a me Sebastiano Aragonensi pictore Brixiano summa cura et diligentia collecta*. M. D. LXIIII. È ben vero, e il nostro socio lo prova, che non tutti i monumenti ivi raccolti sono bresciani, e che vi sono delle inesattezze non poche, dal nostro socio dottamente corrette. Inesattezze, in cui l'Aragonese incorse per aver copiato fedelmente le schede del V. TOLTI servita, il quale usava trascriver le lapidi, che gli erano dal Manuzio, dall' Ursino, e da diversi amici comunicate, senza notarne sempre la provenienza: sicchè trovatele nel suo codice, credette l'Aragonese che fosser di Brescia. Errori ed inesattezze, che spariranno interamente, se, come il nostro antiquario (LABUS) promette, pubblicherà i marmi tutti della patria nostra, intorno ai quali da varj anni sta lavorando. Questi difetti però non tolgono il merito alla raccolta, di cui si parla, dovendosi invece, secondo l'avviso del sig. LABUS, e per la somma perizia del collettore, e pel modo con cui fu fatta, aversi carissima. Eppereiò con alcuni cenni sulla vita dell' ARAGONESE, egli la storia ci espone di questo suo lavoro. Da lui sappiamo che l'Aragonese nacque in Ghedi grosso borgo bresciano verso l'anno 1523: che ebbe a genitori Alfonso, e Caterina Tronconalia; che il lignaggio era onorato, essendochè suo avo per nome pur Sebastiano fu qualificato *Aulicus Nicolai Vrsini Imperatoris Venetum et ludimagister excellentissimus.* — Sicchè hassi a credere che il nostro pittore fosse allevato con diligenza, e che imparasse le buone arti dal padre, che pur fu pittore di professione, e che fosse avviato alle nobili discipline o nel Ginnasio istituito con publico decreto nel 1527, o presso alcun professore privato, di che Brescia in que' tempi abbondava. Nulla però si può di certo affermare sui progressi

ch'ei vi facesse; e nemmeno qual fosse il valor suo nell' arte del pingere, poichè sebbene ed egli stesso si dica, e fosse riputato nella patria pittore, non si ha pur una tavola, da poter con sicurezza dire opera dell' Aragonese: il nostro socio sottoscrive al detto del Cozzando, e del Rossi, scrittori delle cose patrie, che *avendo Sebastiano veduto non aver niente di buono nella pittura, si è dato a disegnar colla penna, nel quale esercizio riuscì perfetto e singolarissimo.* (COZZANDO Rist. istorico. ROSSI Elogj ist. p. 517.) Giudizio che vien comprovato, dice il sig. Labus, colle teste di ben 1600 medaglie coi loro riversi, e con 200 cartelloni di sua invenzione, che in quattro volumi in 4 si conservavano dal Rossi nel suo studio, e coll' ampio volume in foglio grande dei *Monumenti antichi*, per lui raccolti e delineati, il quale rimasto un tempo nella libreria del Conte Gneo Ottavio Boari in Ferrara (*Tiraboschi* storia lett. T. VII. p. 1.) è poi ultimamente venuto ad accrescere i codici della nostra Quiriniana. In quest' opera l'Aragonese si mostra valente assai, e diligentissimo, la più parte delle lapidi copiato avendo dai loro autografi, come la forma dei marmi, la diversità delle lettere, la disposizione delle linee, e le correzioni fatte sui primi abbozzi apertamente dimostrano*). Quelle poi che non potè egli vedere trascrisse da schede autorevoli, quali sono quelle del Ferrarini, del Bologni, del Corsini, del Solazio, del Totti (di sopra si dice *Tolti?*) che imperiti non furon dell' arte nè mai ebber fama d' impostori o falsarj. In quanto al libro intagliato in legno, dal quale ha preso le mosse il nostro autore, è bensì un saggio di ciò che l'Aragonese avea in animo di fare, non già la stampa di quel codice, sì perchè di 800 e più monumenti antichi e moderni che quello contiene, non è in questo stampato che un quarto; sì perchè alla stessa parte impressa varj monumenti mancano, che nel codice si trovano. Dappoichè nel libro impresso mancano i monumenti che dovevano essere segnati dai numeri fra il 28 ed il 41, fra il 130, e il 138, fra il 161 ed il 178 *esclusive;* sicchè quantunque l'ultima epigrafe di *Fullonia Liberta di Publio* porti il numero 214, le lapidi ivi disegnate non sono che 174. Osserva però il sig. Labus, che questo avvenne perchè l'autore sorpreso dalla morte non potè ridurre a termine il suo lavoro. Loda il pensiero d'incidere su fondo nero colle lettere bianche, come unico nel suo genere, di poca spesa, e di facile esecuzione; e finalmente ci tesse la storia delle tavole stesse dall' Aragonese incise, le quali prima furono 23. Quattro si perdettero non si sa come, e diciannove tuttavia si conservano negli archivj della nostra città, avendole essa comperate da certo *Marco Polo suo Cavallaro* del 1611, e ne furono nel 1778 fatti stampare da un ottimo cittadino diversi esemplari, uno dei quali appunto è quello che il nostro socio colla sua dissertazione presentò all' esame dell' Ateneo." —

ARRETINAS inter inscriptiones haud paucae sunt spuriae. v. Gor. *Etr. Inscr.* T. 2. passim, et Mur. 1801.; etsi elogia historica ibi reperta in harum numerum referri non debent.

ASCVLANARVM item complures sunt suspectae. v. *Muratori* in *Calogerà Raccolta* T. XI. p. 327.

AVENTINVS (*Ioannes*) corruptissime saepenumero dedit inscriptiones, quarum pluribus inquinatae sunt *Reinesii* collectio, et historiae municipales Germaniae. „Interdum cogito, AVENTINVM ineptissimo praecipue commento experiri voluisse, quam patientes aliquando nacturus esset lectores." *Velseri* Opp. p. 187.

AVEROLDVS „in Appendice ad pictarum tabularum recensionem scabrosis forte lapidibus, ut nonnunquam evenit, est deceptus, quum Neptunum sociavit et *Vires*, quumque *Martiali Sac. Aug.* exhibuit." — *Maffeii* A. C. L. p. 475.

*) Osservo però, che dell' arte medesima per l'appunto destramente si seppe valere il Ligorio onde accrescer fede alle sciagurate sue imposture: perciò innanzi a tutto sarebbe da esaminarsi di bel nuovo, se l'Aragonese anch' esso abbia o nò raccolto e ricopiato di que' marmi Ligoriani, quantunque sembri, che ciò tacitamente venga negato dal Sig. Labus. Orelli.

BADVARIVS (*Iacobus*) et BRENZONIVS (*Augustinus*) defenduntur a *Maffeio* A. C. L. p. 187.

BAGARRIS (*Petr. Anton. Rascasius de*) v. Spon *Voyage* T. 3. P. 1. *préf.* p. 8. *Misc.* p. 9. et 13. „BAGARRII adversaria ex plagio compilata." Fabrett. in *Indice.* cfr. eundem p. 465.

BARBERINAE *Schedae*, collectae a *Francisco* BARBERINO, Cardinali, eiusque bibliothecario, *Carolo* MORRONO. v. Hessel. *App. praef. ad Gud.* p. 8. *Syll. Epp. Burmann.* T. 3. p. 294. 295. 312. 393. 394. *Heinsius Gronovio.* 1685.: „Romae novas inscriptiones curat edi BARBERINVS." Saepe iis usus est Fabrettus; aliquoties et Marinius. Sed in his quoque, etsi egregia multa continent, insunt Ligoriana quaedam. v. *Syll. Epp. Burm.* T. 5. p. 204. *Heinsius Reinesio:* „Complures inscriptiones collegi ex libro XXXIV. Antiquitatum *Pyrrhi Ligorii* inedito, quem Cardinalis *Franciscus* BARBERINVS possidebat, sed illae haud dubie iam sint insertae illi operi, quod Cardinalis ipse publico iam pridem parat." — Vides *Heinsium* quoque deceptum a *Ligorio.* Schedas BARBERINAS Fabretti (saepe) easdem esse eum DONIANIS observavit Gorius *Etr.* T. 3. p. 26. Cfr. tandem Maffei *Osservaz. lett.* T. 6. p. 319.

BEATILLVS (*Antonius*) v. Mur. 1806, 2. in Spuriis.

BEGERVS (*Laurentius*) „*Spicilegium antiquitatis* cet. *Coloniae Brandenb.* 1692. fol. „Fasciculo III. p. 75. seqq. inscriptiones *Pighianas* numero XXVIII. publicavit cum suo in easdem commentario; inlotis autem manibus, rei epigraphicae imperitiorem ad sacra haec *Pighii* foras danda accessisse BEGERVM passim deprehendi; hinc gravem etiam censuram *Fabretti*, *von Lingen*, inprimis *Burmanni* incucurrit: vel sic tamen laudandus, quod *Pighii* monumenta eleganti modo prodita ab interitu vindicavit, quamvis eis explicandis impar fuerit." — HAGENBVCH.

BELLONIAE *schedae.* Spurium saxum ex iis dat Mur. 1806, 4.

BENIGNIS (*Amadeus de*). Ne quis in posterum, ut mihi accidit, a Krebsio *Handb. der philol. Bücherkunde* T. 2. p. 358. huius hominis „*Variorum intra Italiam monumentorum inscriptt.* Stregae 1715. 8. inter antiquariae epigraphicae subsidia collocante in errorem inducatur, verbo moneo, *Amadeum* istum non dedisse nisi inscriptiones recentiores. Similis est NEMEITZII libellus *Inscriptionum singularium maximam partem novissimarum fasciculus.* Lipsiae 1726. 8.

BEYELLIVS (*Iacobus*) In *eius* libello Inscriptionum, collecto A. 1533. et edito a Barthio *Adversar.* L. 52. C. 1. multa sunt subditicia, pleraque pessime descripta.

BLANCHINIVS (*Franciscus*) exemplo sane minime laudabili titulos praesertim Marsiglianos passim supplevit, et subinde emendavit. v. SAXII *Miss.* 4. p. 27. 169. 182.

BOISSARDVS (*Io. Iacobus.*) Elegantes quidem sua pro aetate dedit picturas saxorum, sed fictas quoque subinde ac parum fideles, quarum quasdam in *Gruteri* ed. altera consulto praetermissas postea collegit *Montfauconii* credula sollertia in *Antiq. expliquée. Supplém.* T. V. Negligens item fuit BOISSARDVS in exscribendis titulis, nec raro sculptor eius vitiosas dedit lectiones. Mala fide consulto egisse non videtur, sed deceptus est interdum a *Ligorio*, aliisque antiquariis Italis.

BOLDONIVS (*Octavius*) In eius libro „*Epigraphica s. Elogia, inscriptionesque quodvis genus pangendi ratione.*" *Augustae Perusiae* 1660. fol. praeter inepta plurima, passim spuria quoque amplexus est. cfr. Reines. p. 330, 74. 448, 106. 857, 190. D'Orville ad *Charit.* p. 519. Ed. 1. Murat. 1797, 1.

BONFINIVS (*Antonius*) *Schoenwisner de Ruderibus laconici Romani* p. 206. explodit inscriptionem ficticiam a BONFINIO primum prolatam, observatque p. 213. „nunquam a BONFINIO alias quoque vere antiquas inscriptt. referri ea forma literarum, quibus eae in lapidibus — expressae fuerint. Verum id ipsum, inquit, argumento

mihi est, BONFINIVM multa saepe ex ingenio supplesse et quidem audacter non raro magis, quam feliciter cet."

BONOLVS (*Paulus*) in *Historia Foroliviensi* parum accuratus saxorum exscriptor. v. Mur. 1735, 12.

BOXHORNIVS (*Marcus Zuerius*) In eius *Quaestionibus Romanis* Lugd. Bat. 1637. et in Graevii *Thes. Ant. Rom.* T. v. multa reprehenderunt Reinesius ad *Hofm.* et *Rupert.* Epp. p. 99. 111 — 113. p. 654 seqq. Graevius in *Praef. Thes.* T. v. HAGENB.

BRESCIANIVS (*Iosephus*) In volumine *Inscriptt. Cremon.* multas eum nothas admisisse queritur *Zacharia Excurs. lit.* p. 60. Vide *Bianchi Marmi Cremonesi* passim.

CAIADVS (*Henricus*) Quam *Apianus* p. 2. retulit inscriptionem *Sibyll. Vaticinium occidiis decretum*, Gruterus recte in spuria retulit p. 2, 5. Fabricatam hanc fabulam ab *Henrico Caiado* Lusitano *Vareritus* perhibet. v. *Fabric. Bibl. Lat.* T. 1. p. 882.

CAMDENVS (*Guilielmus*) Probatissimi huius antiquarii fidem in suspicionem nimis leviter vocat Maffeius A. C. L. v. c. p. 287. propter Grut. 89, 8. p. 313. cfr. Grut. 262, 3. p. 279. propter Grut. 56, 1. p. 347. Grut. 546, 5. 5. p. 396. ad Reines. p. 171, 141. Manifestae sane fraudis vestigia in eius Britannia equidem non deprehendi; plura corrupta esse et mutila non nego. Suspectum utique videri possit Grut. 546, 5., sed cur quis id confinxerit, nihil est in causa, et agnoscendam potius in eo censeo barbariem quandam Britannicam. Nam sicuti temporum diversitas probe est observanda in sermone et orthographia titulorum, ita quoque formulis quibusdam per singula fere secula distinguuntur lapides Italiae, et in his urbici, municipales, classiarii, tum Galliae, (in quibus sua rursus propria habent Lugdunenses, Nemausenses, Helvetici;) tum Hispaniae, Britanniae, Germaniae, Pannoniae, Graecienses et Africani. Quos si quis omnes ad Italicorum regulam exigat, in multis haereat ac sine ulla causa de fraudibus dubitet, necesse est.

CAMERS (*Ioannes*) Ab hoc inscriptt. confictas fuisse contendit *Ant. Augustinus* Dial. XI. p. 161. et 162. At unde *Augustino*, quas inscriptt. falsas num. IX. et X. attulit, constiterit, *Aldum* a CAMERTE habuisse? Quid enim Polenses duo lapides ad CAMERTEM potius, quam ad alium quemvis? — HAGENB.

CAMPOLONGVS (*Emanuel*) Eius *Litholexicon Neapoli* 1782. editum, refertum est fictitiis et barbaris inscriptionibus; neminem tamen hactenus nebulo iste videtur decepisse praeter *Iosephum Furlanettum* in primis dumtaxat foliis Appendicis *Forcellinianae.*

CANNEGIETERVS (*Henricus*) In utilissimo libro *de mutata Rom. nominum sub Principibus ratione Traiecti* 1758. 4. non satis accurate distinxit monumenta sincera a subditiciis. Quocirca in eius opere usurpando magna utique cautione opus est.

CAPACIVS (*Iulius Caesar*) Quas in *historia Neapolitana Neap.* 1607. attulit inscriptt. non semper perite, neque optima fide sunt exscriptae. Graeca quoque habet spuria. v. *Maffei* A. C. L. p. 87.

CAPPONIAE *Schedae*. Spuria ex his dedit Mur. 1803, 5. 1807, 3. 1815, 1.

CARRERA (*Petrus*) In eius *Historia Catanae* 1639. permulta insunt supposititia. v. Torremuzza *Inscriptt. Sicil.* p. 298. seqq.

CASELLIVS (*Iac. Durant.*) Manifesto spuriam ex eo inscriptionem, fraude non notata, dat *Almeloveen Fast.* Ed. 2. p. 233.

CHEVALIER (*Nicolaus*) v. Hessel *Praef. ad Gud. App.* p. 43. Non raro monumenta credi genuina, quae ad similitudinem verorum sint efficta monens *Keyslerus Antiqq. Sept.* p. 248. hanc ibi dat notulam (e) „Pertinent huc plurima monumenta a *Nic.* CHEVALIER collecta." — HAGENB.

CIARLANTI . . . v. Muratorii spuria 1807, 1. 2.

COLADONIVS (*Claudius*) v. Grut. Spur. 15, 8.

COLONIA (*Dominicus de*) *Antiquités de la ville de Lyon.* 1701. 12. Huic quoque non semper fidendum.

COLVMNA (*Franciscus*) v. POLYPHILVS.

CORSINVS (*Eduardus*) „*Series Praef. Vrbis.* — Pisis 1763 4. Invitus quidem carui et editione altera et Vindiciis *Marinii*, sed in priore certe misere saepe deceptus est a *Gudii* et *Muratorii* Ligorianis: cuius rei insigne exemplum praebet p. 301., ubi commentum hoc Ligorianum IOVI STATORI FVL ‖ GVRATORI D. D. ‖ C. SILIVS. PATRVINVS. V. C. ‖ PRAEFECTVS VRB. EX V. ‖ SOL. — e Gudio 6, 4. ad annum p. Chr. 397. refert; quasi vero tunc temporis Praefecto Vrbi Iovi Statori cet. votum solvere licuisset! Similia per totum librum passim invenies. Inedita marmora habet nulla.

CVPERVS (*Gisbertus*) non solum complures inscriptt. ineditas olim beneficio *I. G. Graevii* ex *Gudii* collectione excerpsit, ut ipse testatur in Epistola Consulari, quam *Almeloveenius* Fastorum suorum praefationi inseruit pag. *.* 3. b., sed et *Relando* occasionem dedit Gudianas inscriptiones in aedibus Hesselianis inspiciendi, teste *Relando* in *praef.* ad *fratris sui Fastos* pag * * * *. Hinc autem factum, ut, observante iam *Maffeio* in *Verona illustrata* T. I. p. 308. ed. min., XXI. Inscriptiones in CVPERI epistola consulari primum editae ad unam omnes supposititiae sint. HAGENB.

CYRIACVS ANCONITANVS, vir singularis et paene incredibili peregrinas terras visendi atque antiquitatis reliquias investigandi studio ardens, quum a plerisque olim veluti alter Ligorius probris iniuste laceraretur, egregium tandem patronum nactus est *Tiraboschium. Storia della letteratura Italiana T.* VI. *P.* I. p. 263. Ed. *di Milano* 1824. Id quidem ultro fatemur, eum et deceptum esse interdum ab hominibus fraudulentis, et in titulis exscribendis passim vel propter inscitiam vel propter nimiam festinationem peccasse, quod quidem longe saepius ei videtur accidisse, quam illud; quocirca, quae ei soli debentur, cautissime sunt examinanda. Verum bona fide CYRIACVM egisse, nunc in comperto est. Sed id maxime famae eius offecit, quod tituli aliquot manifesto commenticii, in primis Hispanienses quidam, eius sub nomine feruntur. Hoc igitur crimine *Hagenbuchius*, destitutus etiam tunc et Itinerario CYRIACI a *Mehusio* edito, et subsidiis longe praestantioribus, quorum usus concessus erat demum *Tiraboschio*, eum prorsus liberare non potuit, ex quo factum est, ut hoc iudicium ferret: „certum est, CYRIACVM Hispanienses inscriptiones plures confinxisse; neque ii negant, qui eum de aliis inscriptionibus Graeciae et Illyrici merito vindicant et absolvunt, non item de Hispaniensibus. Editio Inscriptionum CYRIACI Barberina *Compagnonio* et *Muratorio* fuit ignota, non *Maffeio*, non *d'Orvillio*, non *Leichio*: nunc quia edi Seculo XVII. coeptae, at non perfectae neque divenditae, titulus est additus divenditurque, omnibus est nota; quae ἔκδοσις omnino docet, CYRIACVM πλάνον non fuisse, famamque eius tuetur. At Hispaniensibus lapidibus, qui in editis CYRIACI nulli dantur, nihil inde accedit, manetque accusatio de fictis CYRIACI Hispaniensibus: nisi quis velit, alium impostorem CYRIACI nomine abusum suas ita fraudes tegere tentasse, ut CYRIACO adscripserit, quae ab eo minime erant profecta. De his vero CYRIACVM nemo doctorum adhuc, quantum meminisse possum, excusare voluit, nedum ut potuerit. In editis CYRIACI maxima pars genuinas inscriptiones sistit: quam habet p. 8. N. 66. a *Grutero* in spuriis olim editam 4, 2. *Sponius* iam defendit. Insunt tamen, sed minime multae, quae CYRIACO pro veris obtrusae sunt, nisi eas ipse potius confinxit. v. c. p. 41. N. 263. a *Muratorio* recte in spurias relata. 1816, 1. p. 28. N. 198. tota est Herodotea." — Hactenus quidem HAGENBVCHIVS. Nunc

vero quum ex *Tiraboschio* satis constet, CYRIACVM per Hispanias iter nunquam instituisse, manifestum est, peracute divinasse *Hagenbuchium*, fraudulentum nescio quem hominem, fictis a se lapidibus, quo maiorem iis auctoritatem conciliaret, CYRIACI nomine praefigendo duplex commisisse flagitium. Fictitias istas Inscriptt. habent *Apianus*, *Moralis* et *Occo*.

DINVS (*Franciscus*) Commentitia passim habentur in eius *Antiquitatibus Vmbrorum* v. *Maffeium* A. C. L. p. 477.

DODWELLVS vide *Vives*.

DONATVS (*Sebastianus*) Utilissima quamvis sint eius supplementa Thesauri Muratoriani iis praesertim, qui carent Passioneo, Ephemeridibus et variorum opusculis Italicis ab eo diligenter excerptis, in eo tamen reprehendendus est, quod interdum saxorum loca silentio praetermisit. Subinde quoque in fraudem inductus est a Schedis in primis *Petri* GNOCCHII Brixianis, corruptissimis plerumque, vel prorsus suspectis. Easdem porro inscriptiones quandoque temere ac fortuito repetit.

DONIVS (*Io. Baptista*) Optima quidem fide et scite versatus est in lapidibus exscribendis et undequaque colligendis, sed aliter fieri non potuit, quin ipse quoque tum a *Ligorio*, schedisque ex Ligoriano thesauro derivatis, tum a variis antiquariis et historicis scriptoribus, quos consuluit, interdum deciperetur.

DONNOLA (*Thuddaeus*) Hispellates hic inscriptiones aliquot confinxisse perhibetur a *Zacharia Istituzione* p. 497.

DVNOD *de Charnage*. Quos lapides dat in *Histoire du Comté de Bourgogne*, et *Mercure Suisse Ianvier* 1743., caute sunt examinandi.

ERIZZORVM domus Venetiis Graecis lapidibus recenter scriptis erat referta. *Maffei* A. C. L. p. 76.

FABRETTVS (*Raphael*) *) Dubiae, ut praediximus, auctoritatis et Ligoriana plerumque sunt, quaecunque ex *Vaticanis* schedis excerpsit; neque semper fidendum *Barberinis*. Interdum etiam nescias, utrum saxa det ex αὐτοψίᾳ, an ex apographis tantum. Ex negligentia quadam loca saxorum frequenter tacet, quamvis, ut aliunde scimus, vel Ligorius ea a se saepe cum saxis ipsis conficta plerumque curiose enotasset.

FABRICIVS (*Georgius*) Ex huius quoque scriptis dubia quaedam in *Smetii* et *Gruteri* thesauros transierunt; (cfr. Grut. Spur. 3, 6. cet.) non quod ipse fraudis sit postulandus, sed decipi se passus est ab *Apiano* aliisque.

FALSARII. „*Seguierius* Ep. 5. a. 1754. habet quaedam de suppositis inscriptionibus, quibus maxime hac tempestate cavendum, et quae Romae praesertim a perversissimis falsariis antiquitatum cultoribus obiiciuntur: tum de quodam marmorario Venetiis tunc temporis degente, qui fictitias inscriptiones plurimas marmorum crustis incidebat, et tamquam essent e Graecia vel aliunde allatae, dura fronte incautis vendebat. Memini quoque *Mazzolenum*, quum Turici commoraretur, mihi narrare, Florentiae quendam nummos antiquos ita imitari, ut falsos eius, nisi falsarius ipse, et *Mazzolenus*, nemo discernat. Impostorem hunc a *Mazzoleno* gravissimis rationibus adduci non potuisse, ut artem pessimam desineret exercere." HAGENB. Graviter *Marinius* quoque *Iscriz. Albane* p. 199. in eiusmodi quendam falsarium invehitur.

FARNESIANAE *Schedae*, quibus usus est *Muratorius*, ipsae quoque inquinatae erant Ligorianis, longe meliores tamen Gudianis. v. Mur. *Praef.* T. 1. p. 7. Spuriam ex iis dat Mur. 1804, 5.

---

*) Sunt in Fabretto inscriptiones praeter 433 paternas in Capp. octo prioribus, 4225. Summa 4658. HAGENB.

FAVNVS (*Lucius*) Huius inscriptionibus cum cautione utendum esse, dum *Gruterum* perlustro, notavi.

FAZELLVS (*Thomas*) Ex hoc corrupta saepe et incerta dat *Reinesius*.

FELICIANVS (*Felix*) v. *Maffei* Mus. Ver. p. 80. *Verona illustr.* T. 2. p. 189. *Ricerche istoriche* in *Sambuca memorie* p. 39, 3. *Moshemii Dissert. ad Hist. Eccl. pertin.* T. 2. p. 611. *Tiraboschi* T. 6. P. 1. p. 304.

FERNANDEZ (*Alphonsus*). Ex eius *Anales de Plasencia* fol. 26. commenticiam affert inscriptionem PONZ *Viage* T. 8. p. 33.

FERRARINVS (*Michael*) v. Murat. *Praef.* T. 1. p. 2. 3.

FERRETTVS (*Io. Baptista*) In eius *Musis lapidariis*, *Veronae* 1672. *fol.* editis haud pauca insunt supposititia. Magno favore miserum id atque ineptum tentamen olim exceptum fuisse scribit *Maffeius* Sig. gr. p. 133.

FLEETWOOD (*Guilielmus*) Magna cum cautione utendum est *Fleetwoodi* notissimo libro, quia auctores, a quibus sua mutuatus est saxa, tacet, et spuria sinceris non raro immiscet.

FLORENTIVS (*Nicolaus*) v. Grut. Spur. 17, 4.

FOVRMONT (*Michael*) An Latinas quoque inscriptiones confinxerit, equidem nescio: quid in Graecis ausus sit, nuper demonstravit Boeckhius. Latinae, quas dat Osann *Inscriptt. Fasc.* VI. pessime sunt exscriptae.

GADDIORVM *Museum* Florentiae. „Ut GADDIORVM viridarium quoque literaria quadam supellectile superbiret, Inscriptiones hac illac coniectae sunt, quarum maximam partem recentis alicuius Epigrammatarii lusus fuisse iudico, et certamina Antiquariorum." Ita *Maffeius* A. C. L. p. 245. iniquior, ut solebat, in *Gorium*, qui GADDIANAS inscriptt. iunctim ediderat in *Inscr. Etr.* T. 1. p. 185. seqq. Plures tamen illarum a severissimis *Maffeii* censuris defendit Vermigliolius *Iscriz. Perugine* T. 2. p. 399. seqq., unius tamen ipse patrocinium omisit. ibid. p. 486. Et fatendum sane, in collectione tam parum numerosa tot mira et plane singularia reperiri, ut de docta aliqua fraude suspicionem vix deponas.

GANDVCIVS (*Eduardus*) Multis mendis inquinati sunt lapides, quos dedit in *Discorso sopra l'epitafio ritrovato a Tortona d'un Decurione antico Genovese.* Genova 1614. v. *Spotorno Trattato* 1. p. 47.

GARVFFIVS. In *Ariminensibus Garuffii* nova omnia merito dixit Maffeius A. C. L. p. 474. cfr. Mur. 21, 4. 1642. 1., quae manifesto subditicia sunt.

GINANNI (*Petrus Paulus*) Eius schedae e Ligorianis thesauris ductae spuriis refertae sunt. Cfr. Oliverii opusculum infra exhibendum; et Mur. 10, 1.

GNOCCHI (*Petrus*) v. supra *Donatus*. De hoc homine haec mihi scripsit eruditissimus LABVS: „Pietro GNOCCHI nacque nella terra d'Alfianello della provincia Bresciana l'anno 1708. Venne a Brescia, e quivi fece i suoi studj, e si ascrisse alla milizia ecclesiastica. Si applicò con trasporto alla musica, e divenne eccellente suonator d'organo; onde fu fatto Organista della Cattedrale, e in quest' ufficio rimase tutta la sua vita. Fu uomo semplice e direi quasi idiota. Nelle ferie autunnali percorse a brani a brani tutta la nostra provincia per copiarvi le antiche lapidi in qualunque luogo elleno fossero. È fama che si facesse una volta con un cesto calare entro un pozzo per copiarvi una epigrafe; ed io mi procacciai a gran prezzo un esatto apografo delle sue schede, non perchè facessi gran conto delle sue lezioni, ma per avere una sicura indicazione de' luoghi, ove tutte si trovano. Siccome però il buon uomo non era troppo dotto, così per ingrossar il suo volume, alle vere copiate sui marmi, frammischiò anche le false trascritte dai libri, e scemò fede e pregio alla sua laudabil fatica. Fu però, torno a ripetere, onorato e sincero uomo, e il Capitolo della Cattedrale di Brescia, che gli volea molto bene, allorchè morì il 4. Settembre del 1802. in età di 94. anni HONORIS. CAVSA. FVNVS. ET. LOCVM. SEPVLTVRAE.

DECREVIT. come si legge nel suo epitaffio. Scrisse anche una *Storia della vita e dei maneggi secreti delle mogli de' XII. Cesari;* opera non ancora pubblicata, e che forse nol sarà mai. Io l'ho letta, e non ci ho trovato nè molta critica, nè lenocinio di stile."

GOLTZIVS (*Hubertus*) Hoc quidem in genere raro memoratur, etsi a *Grutero* inter eos refertur, qui scriptis publicis ei profuerint: plus sane lusit in nummis domi suae flandis fepiundis.

GORIVS (*Antonius Franciscus*) Notandum est, *Gorium* nec in *Doniano* opere, nec in *Inscriptt. Etruriae* usum esse *Gruteri* editione altera, unde plures errores in ea correctos ex priore repetiit. Aliquando et ipsum a falsariis deceptum esse contendit *Maffeius* in epistola inedita, quam dabimus in Appendice II.

GRAEVIVS (*Io. Georgius*) In commentariis suis in veteres scriptores et in praefationibus ad *Thes. Antiqq. Rom.* saepe *Gudianis* saxis utitur manifesto spuriis, quae utpote inedita sibique uni commissa nimia caritate amplexabatur.

GRVTERVS (*Ianus*) In huius Thesauro ubicunque probe attendendum est nostrae disciplinae studioso, qua quisque lapis auctoritate sit munitus; nam praeter ea, quae ex scriptoribus suspectis in hoc nostro indice notatis afferuntur, alia quoque dubiae fidei habet, nulla quidem sua et *Scaligeri* culpa, nisi quod ambo, laudabili sane studio incensi, omnia, si fieri posset, complectendi, nimis erant benigni et faciles in amicos suspecta etiam dona offerentes; de qua *Gruteri* timiditate, ne dicam credulitate, aliquoties queritur *Hagenbuchius*. „Tanta est magnitudo meritorum *Gruteri* et *Scaligeri*, virorum summorum et κριτικωτάτων, ut omnes omnium gratiae ab omnibus eis debeantur. Haud raro autem accidit hominibus hisce magnis, hominibus tamen, ut blandientes eorum coniecturae et suspiciones ipsis imposuerint: quare saepius optabam, ut quid invenissent, inque quid, quod invenerant, mutassent, curate exponerent, quo lectores iudicare ipsi possent. Sed, quod nollem factum, interdum reticent, ex quo, quod dedere, ipsis sit natum: in primis *Gruterus* praeclarius etiam fuisset meritus de literis hisce antiquis, si retento typo primo, cum eo typos aliorum, in quos postea inciderat, ita contulisset, ut διττογραφίας ipsas enotaret potius, quam inductis typorum primorum exemplis, eorumque loco allatis aliis, nos incertos ignarosque dimitteret, quid alibi legisset, mutassetque. Quum *Gruterum* conferrem cum auctoribus, ex quibus hauserat, in primis cum *Apiano*, saepe sum admiratus felicitatem sive *Gruteri*, sive *Scaligeri* divine restituentium veras lectiones ex malis: quas tamen malas, quia non adduxerunt, iudicium eorum admirari non possunt, nisi qui auctores ipsos, quorum typos persanarunt, evolvunt, quod quam paucissimi faciunt: *vel duo, vel nemo: turpe et miserabile!* Inveni vero collatione, quam dixi, instituta, ubi omnino scire interest, quid alii ante *Gruterum* dederint, ut examinata lectione Gruteriana aliud quid, quam quod *Gruterus* dedit, legenti exire possit. Haec generatim monere haud alienum mihi visum est: exempla adducere possum plurima, sed paucula hic citare ero contentus. Grut. 818, 11. nonnisi ex *Apiano* p. 103, 1. dat *Gruterus*, tacens aut se, aut *Scaligerum Apiani* DECLIORVS mutasse in D. F. CHLORVS. Hic vero dubito ob nimiam raritatem cognominis CHLORVS veram lectionem sese dedisse mutanti ex ingenio; quid pro DECLIORVS fuerit in saxo ipso, non definiam. Grut 856, 3. *Apiani* textum p. 134, 1. L. ALFIVS. L. L, NASENNIA ‖ NASENNIA I. L. CERDO D. ‖ S. F. Ↄ. Ↄ. L. PROTABILEM AVO. ‖ H. SS. IN FRONTE PEDVM ‖ IIII. IN. AGR. PEDES IIII. ita dat, ut literas quasdam docte emendet, alias tres omittat, ex versibus quinque faciat septem: L. ALFIVS ‖ L. L. NASENNIA. NASENNIA. ‖ L. L. CERDO ‖ Ↄ. Ↄ. L. PROTADI. LEM. AVO ‖ H. S. S. ‖ IN FRONTE PEDVM. IIII. ‖ IN. AGR. PEDES. IIII. — Capuae. In indice 23. nil sani. Non viderunt misere immixta esse et confusa, quae tribus areolis sic distinguere conor:

L. ALFIVS L. L.	NASENNIAe	NASENNIA. L. L.
CERDO D. S. F.	Ɔ. Ɔ. L. PROTADI	LEM. AVO.

H. S. S. IN FRONTE. PEDVM. IIII. IN. AGR. PEDES. IIII.

sub *Apiani* PROTABILEM. AVO. duo duarum Nasenniarum cognomina latent, sine meliore typo vix restituenda; (nec enim LEM est LEM*onia tribu*. An AVO naturalem significatum retinet, Alfiusque Cerdo fuit avus Nasenniae? *Orellius*.) Discordia casuum PEDVM et PEDES tollas legendo alterum utrum PED., sed haec syntaxin non magis turbant, ac *vixit annum*, *mense*, vel *anno*, *menses*. — Grut. 952, 5. obscurissimum *Apiani* textum p. 131, 4. PVBLILIA SEX. PVBLILIO SEX. ‖ L. L. TITIO OPTATO. SEX. ‖ L. FISTIA TRVPHONI PA ‖ TRONO SVO FIERI. FECIT. — Capuae. partim transpositione adiutum acute, partim vero insertis voculis duabus longe obscuriorem redditum deprehendi; deprehendi autem nonnisi ex *Apiano*, quum omne iudicium *Gruterus* ipse sustulisset: PVBLILIA. SEX. L. ‖ FISTIA ‖ SEX. PVBLILIO. SEX. L. ‖ L. TITIO OPTATO. SEX. L. ‖ TRYPHONI ‖ PATRONO SVO ‖ FIERI IVSSIT. Collato *Apiano* vidi duas, si non tres epigraphas parallelas misere permixtas esse. Puto in saxo fuisse:

PVBLILIA.	SEX. PVBLILIO. SEX. L.	L. TITIO OPTATO.
SEX. L. FISTIA	TRYPHONI	

Sub media epigraphe fuit, credo, PATRONO SVO et sub tertia FIERI FECIT. (Grut. IVSSIT.) Verba Gruteriani textus, in quo SEX. L. ter occurrit, quum in *Apiano* nonnisi bis legatur: SEX. L. L. TITIO OPTATO delet *Gudius* in notula ed. Grut. sec. Puto tamen, *Gudium* saxum ipsum non vidisse, sed in MSC. quodam ita invenisse, ut tertia epigraphe prorsus non adfuerit. Versum quartum totum delet *Gudius* propter finem versus tertii SEX. L. propterque versum ultimum. Sed nihil obstat, cur SEX. L. altero loco retineamus: tritum enim est, libertis quoque libertos fuisse.

Grut. 959, 13: *Apiani* typum p. 113, 3. D. M. ‖ ALPHIA MAXI IBELITIO SA ‖ TVRNINO CON. ET. FIL. LIBER ‖ TIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE EORVM. — Neapoli. ita exhibet, omisso D. M.: ‖ ALPHIA. MAX. L ‖ BELLITIO SATVRNINO cet. Posset quoque fieri MAX. F. BELLITIO. vel MAX. L. L. BELLITIO. Dubium mihi est, an ad classem libertinorum recte sit relatum. cfr. 1045, 4., ubi in alio saxo Neapolitano est MAX. LIBERTA. ET CONIVNX. An in nostro legendum MAX. LIB. L. TITIO? — *Apiani* CILINAE prorsus omisit, nescio OPTIMAE emendandum Grut. 435, 5. Apian. p. 137. 2. D. M. S. ‖ P. MARCIANVS AMERINVS ‖ AVGVSTALIS CAPVAE VIVOS ‖ SIBI ET MARCIAE CELERINAE ‖ CONIVGI CILINAE FECIT. In alio *Apiani* (p. 135, 4.) saxo versum ultimum plane omisit Grut. 59, 8. non monito lectore. *Apiani* (p. 199. extr.) AVLLIA mutat sine indicio in AVLIA pro AVILIA Grut. 963, 1. cfr. 860, 1. et *Apian.* p. 147. extr. — In notulis ed. sec. Grut. interdum lapidem ipsum legi visum, a quo sit visus non addi haud semel invenies: quae notulae ex MSC. potius haustae ab anonymo, quam ab αὐτόπτῃ profectae videntur. Cfr. Grut. 403, 1. notula b. Ex Grut. 411, 1. putes *Gudium* saxum istud *Gruteri* ed. prioris ad lapidem ipsum explesse et correxisse: toties in notulis Gudianis *Lapis* citatur. At collato Mur. 618, 4. vidi *Gudium* non vidisse lapidem, sed *Ligorii* MSCo usum esse. An *Gudius* in MSC. suo posuit L, quod *Ligorium* notans pro *Lapide* legerint editores Gruteriani? — Supplementum *Gudii* notarum in *Gruterum* habes in *Actis Erud. Suppl.* T. V. p. 10 — 32. Gruterus habet saxa 11516. — HAGENBVCH.

GVALTERVS (*Georgius*) Diligentiam eius in exscribendis saxis laudat *Fabrettus* p. 36. assentiente *d'Orvillio* in Siculis. Tres editiones monumentorum eius *Siculorum* idem memorat in *Misc. obs.* T. 3. 1741. p. 116. primam Panormitanam 1624. alteram Messanensem, tertiam, quam se nihil morari dicit, in *Thesauro Siculo* Tom. VI., et sane tertia haec Havercampiana *Hagenbuchio* quoque minime probabatur. Ceterum GVAL-

TERVM lapides suis interdum coniecturis implesse legi in *Praef. Thesauri Burmanniani.* — HAGENB. idque iudicium passim confirmatur a *Torremuzza.*

GVASCVS (*Franciscus Eugenius*) *Musei Capitolini antiquae Inscriptt. Romae* 1775. 3 Vol. ab eo curatae hoc maxime habent incommodi, quod quum pleraeque iam ante essent editae, ipse tamen apud quos exstarent, indicare consulto praetermisit: idque non negligentiae tantum parum laudabili, sed pravae potius gloriolae cupiditati tribuo, qua ductus incognita fere primus produxisse vellet videri. Gravissima igitur cum molestia *Inscriptiones* istae *Capitolinae* per magnas collectiones investigandae sunt, ut primum editae a dudum notis distinguantur. Errores a GVASCO commissos passim castigat *Marinius* in *Inscriptt. Albanis* et *Actis. Frat. Arval.*

GVASTAVINVS (*Iulius*) Ex eius schedis spuriam dat Mur. 1797, 2.

GVDIVS (*Marquardus*) de mala fide minime mihi suspectus, in magnam tamen reprehensionem merito incurrit nimiam propter credulitatem, qua *Ligorii* falsissima quaeque haud monito lectore pro sinceris amplexus est, ingentemque acervum talium corrasit, quibus vera, longe ea pauciora, vel ab ipso visa, vel e melioribus schedis *Strozzii, Salmasii*, *Chifletii*, *Rycquii* desumpta paene obruuntur. Quo factum est, ut quum *Spanhemium, Graevium, Cuperum, Ioannem de Vita*, *Corsinum*, alios, auctoritate sua non satis pensitata permultos in errores abripuisset, nimis acres etiam *Muratorii*, *Bimardi*, *Maffeii* censuras experiretur. Medium tenuere *Saxius*, *d'Orvillius Misc. Obs.* T. 3. 1741 p. 151. et *Hagenbuchius* passim v. c. *Bibl. epigr. Mss.* T. V. p. 113. „*Muratorius* opus GVDIANVM pro non edito habuit hanc etiam ob causam, quod incuria editorum fraudatum sit indice perfecto: quod nonnisi de 23. accipiendum est, in voce *Sex. Claudius* abrupto, ob typographi, puto, festinationem. Optabam et ego, ut index 23. perfectus fuisset datus ab *Hesselio;* neque tamen magis ob ipsum GVDII opus, quam propter observationes ad *Grut. Reines. Spon. Fabrett.*, quas legeremus, si, quo modo institutus, eodem esset absolutus, quibus nunc ob abruptam telam aegre caremus. Etsi vero Ind. 23. non sit perfectus, *Muratorius* tamen opere GVDIANO facile esset commodeque usus: quod indices reliqui pleni in opere GVDIANO adsunt; quibus qui bene uti scit, ad saxa GVDIANA sine indice 23. pervenire potest: iis utique exceptis quae nonnisi indici 23. inseri debebant: quae et ipsa secundum ordinem classium in GVDIO ad modum *Gruteri* institutorum et alphabeti nominum ordinem sequentium, commode satis investigari a *Muratorio* potuissent. v. c. in affectu Parentum voc. *Ti. Claudius* habet Gud. 232, 5. Mur. 1151, 7. Gud. 232, 7. Mur. 1152, 9. Gud. 232, 8. Mur. 1152, 3 et 8. Gud. 232, 9. Mur. 1152, 7. Gud. 232, 10. Mur. 1152, 11. Vides ex levi specimine, quantum iuvisset *Muratorium* GVDII opus, si eo recte uti scisset, sique eo uti recte voluisset." —

Sincerorum nos quoque memorabiliora non sine fructu excerpsimus, reiectis *Ligorianis* omnibus, nisi ubi ipsa ex fraude detecta utilitas quaedam caperetur. Maximus autem usus GVDIANI libri in eo cernitur, quod eius ope in *Reinesianis*, *Sponianis* et *Fabrettinis*, immo et *Gruterianis*, *Ligoriana* facilius deprehendi secernique a vere antiquis possunt.

GVENEBALDVS (*Ioannes*) De hoc GVENEBALDO eiusque *Tumulo Chyndonactis*, libello item, cui titulus *le Reveil de Chyndonax Dijon.* 1621. rem omnem cognosces ex *Montfauconii Palaeographia Prolegom.* p. VII — X. *Keysleri Antiqq. Septt.* p. 400. *Hagenbuchii Epp. epigr.* p. 241.

GVICHENON (*Samuel*) „Scatent erroribus inscriptt. a GVICHENONIO in *Historia Sabaudica* relatae. v. Spon *Misc.* p. 97 et 267. Mur. 484, 2. Lapidum fragmenta interdum iungit, conglutinatque parum dextre; in quibusdam fucum aut sibi fieri passus est, aut ipse fecit aliis, spurias epigraphas aut admittendo, aut obtrudendo. Cfr. Spon

Misc. p. 265. 1. et 2." HAGENB. Idem fere valet de IOFFREDI *Historia Nicaensi*, et BOVCHEI *Historia Provinciae*.

GVILLIMANNVS (*Franciscus*) in Helveticis suis communi historicorum Secc. XVI. et XVII. vitio laborat, lapides modo perperam, modo mance exscribendi.

GVLIELMVS (*Paulus*) „Etsi *Lipsius* in *Praef. Auctarii sui Smetiani* dicat: *mihi satis, quae vel ipse vidi, ponere: vel quae habui ab iis, quibus tamquam mihi fido*, haec postrema tamen de amicis suis amicius eum dixisse, quam iustius, compertum habeo; idque in primis deprehendi de *Paulo* GVLIELMO, a quo saxa quaedam, Helvetica praesertim, accepta ita dat Lipsius, ut mangonem impostoremque fuisse hunc GVLIELMVM cognoscas; quem ego hominem qui fuerit iuxta cum ignarissimis scio. Ex officina falsarii huius prodierunt, quantum quidem ego possum comprehendere, duo Helvetici lapides, nunquam usquam a quoquam alio visi Grut. 600, 14. et 319, 10. Alia interpolavit, quae αὐτόπτας aliter dedisse certo constat. v. c. Grut. 226, 6. 235, 1. 427, 12. cet." HAGENB. Vide nos quoque passim in Helveticis.

GVTENSTENIVS (*Leonhardus*) Eius schedae *Ursinianae* non semper fide dignae sunt. cfr. Grut. Spur. 3, 4. *Maffeii* A. C. L. p. 333.

HALLER (*Franc. Ludovicus*) egregie sane meritus est de lapidd. Helveticis colligendis, sed haud pauca parum perite vel exscripsit vel interpretatus est, non usus *Hagenbuchii* Helveticis, quae magnopere iuvare eum potuissent.

1) secundum Almelov. *Fust.* p. 140. Consul fuit p. Chr. 171. 2) hodie Falvaterra. Reichard. Denique ap. Grut. 253, 6. habentur *Lanuvini veteres*, et Grut. 1022, 12. *Ferentinates Novani* (ex analogia v. *Veteranus*), unde satis defenduntur *Fabraterni Novani.* Ceterum cfr. Cic. *Verr. Act.* 2. L. 2. C. 50. *Agrigentinorum duo genera sunt, unum veterum, alterum colonorum.* Hos mox *novos* appellat.

102. CVLTORES HERCVLIS ‖ FABRATERNI VETERES ‖ CVR. C. VETTIO CLEMENTE P ‖ LOC. D. AB. C. TITIO. DECIMO. P. — Ceccano. *Giornale Arcad.* 1825. Dic. p. 349.

103. D. M ‖ CLAVDIAE PRISCAE ‖ CONIVGI. PIISSIMAE ‖ EVTYCHES CAES. N. SER: TRYPHONIANVS ‖ DISP. VILL ‖ MAMVRRANAE. [1]) — Marini. *Giornale Arcad.* 1825. Dic. p. 346.

1) Ex hoc nomine paullatim corrupto Amatius repetit hodiernum Marini nomen.

104. VAL. MAXIMA MATER ‖ DOMNI. PREDIA. [1]) VAL ‖ DVLCISSIMA FILIA. QVE VIXIT. ANNIS. XXX. ‖ VI. MENS. II. D. XII. IN PRE ‖ DIIS SVIS MASSAE MAN ‖ DELANE. SEPRETORVM ‖ HERCVLES QVESQN. [2]) PACE. — Lapis repertus 1757. in loco, ubi fuit Mandela Horatii *Epist.* 1, 18, 105. Nibby *Viaggio* 1. p. 199. refert Mandelam sitam fuisse, ubi nunc *Cantalupo* vel *Bardela*, idque repetit Müller *Campagna di Roma* 1. p. 288. Reichard vero Mandelam refert ad *Colle Malta.*

1) cfr. *domnifunda* et *domnaedius* ap. Marini *Atti.* 2. p. 644. Sic *domnipraedia*

erit *domina praediorum.* 2) In his fortasse ab exscriptoribus corruptis latere videtur: *quiescit in pace*, ut sit lapis Christianus Horatium illustrans.

105. BASSI ‖ ANICIO AVCHENIO ‖ BASSO[1]) VC. PROCONS ‖ CAMP. PROVISORI EIVS ‖ DEM PROVINCIAE RES ‖ TITVTORI GENERIS ‖ ANICIORVM OB MERITA ‖ EIVS INLVSTRIA ‖ ORDO POPVLVSQVE CIVITA ‖ TIS PRAENESTINAE PON. CENS. — Praeneste. Fogginii *Fasti* p. VIII.

1) Consul fuit p. Chr. 408.

106. C. SALLIO[1]) C. F. ‖ QVIR. PROCVLO ‖ SPLENDIDISSIMO ‖ VIRO II. QQ. PATRONO DE ‖ CVRIONVM ET POPVLI AMIT. SACERDOTI ET PON ‖ TIFICI LANIVINORVM IN ‖ MVNI. PATRONO DECVR. ET POP ‖ AVEIAT.[2]) VESTINOR. SVMMO MA ‖ GISTRO SEPTAQVIS. PATRONO ‖ PELTVINATIVM. OB.[3]) PERPETVO. ET SIMPLICISSIMO. EIVS ERGA SE AMORE ‖ PROVOCITI (*sic*) PATRONO DIGNISSIMO ‖ PAGANI. — Castello di S. Vittorino s. Torre d'Amiterno. v. *Della città di Aveia ne' Vestini — dissert. di Vito Maria Giovenazzi. Roma* 1773. 4. p. 2.

1) Alium titulum eidem C. Sallio dicatum dabimus in Cap. de re municipali. Eidem denique dedicatum videtur fragm. apud Giovenazzi p. XIX. 2) Aveia sita erat, ubi nunc est pagus dictus *Fossa*. v. Giov. l. l. p. 39. In fragmento admodum mutilo apud eundem p. 135. est PRAEFectura AVEIAT. 3) Observa syntaxin barbaram: nam *ab* vix erit emendandum.

107. L. PVBLIVS SANTHVS VI VIR ‖ AVGVSTALIS CVRIBVS SA ‖ BINIS TESTAMENTO FIERI IVSSIT ARBITRATV GEMELLI ‖ NERONIS CLAVDI CAESARIS AVG. ‖ GERMANICIANI PRIMOGENIANI ‖ TABVLIS HEREDITATIVM ADIEC ‖ TIS DE SVO HS. CCIↃↃ. — Curesii in agro Reatino. Grut. 149, 6. Mur. 482, 6. Zach. *Exc. lit.* p. 250.

108. CN. CAESIO ATHICTO[1]) ‖ ADLECTO INTER C. VIR ‖ OMNIB. HONORIB. EXORNATO ‖ AVGVSTALES MVNICIPI ‖ AVG. VEIENTIS EX AERE COLLATO H.[2]) C. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 51. Müller *Campagna* 1. p. 86.

1) circa a. p. Chr. 256., ut constat ex alia simili, quam dabimus in Capite de re municipali. 2) honore contento. v. N. 119. Nota *centumviros* Veientes.

109. VICTORIAE ‖ AVGVST. SACRVM ‖ RESTITVTAE POST ANTI ‖ QVISSIMAM VETVSTA ‖ TEM ‖ ORDO VEIENTIVM. — *Latere sinistro:* DEDICATA III NON. IAN. ‖ AEMILIANO II ET AQVILINO COS.[1]) ‖ P. SERGIO MAXIMO ‖ M. LOLLIO SABINIANO ‖ II VIR Q. Q. ‖ CVRA AGENTE ‖ VEIENTIO[2]) IANVARIO. LIB. ARK. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 49.

1) p. Chr. 249. 2) Nota nomen lib. publici a Veiis ductum.

110. M. HERENNIO ‖ M. F. PICENTI COS[1]) ‖ MVNICIPES. MVNICIPI ‖ AVGVSTI VEIENTIS ‖ INTRAMVRANI ‖ PATRONO. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 48. Memorie Romane 1, 3. p. 54.

1) Consul suffectus anni u. c. 720. Ceterum Veiorum situm Nibbyus et Reichardus definiunt in locis hodie *Isola Farnese* et *Osteria del Fosso* dictis.

111. M. CONSIVS M. L. ‖ CERINTHVS ‖ ACCENSVS. VELATVS ‖ IMMVNIS. CVM. SIM ‖ EX VOLVNTATE MEA ‖ ET IM-

PENSA MEA ‖ CLIVOM. STRAVI ‖ LAPIDE AB IMO SVSVM ‖ LONGVM. PEDES CCCXL ‖ LATVM. CVM. MARGINIBVS ‖ PEDES. VIIII. FIT QVOD ‖ STRAVI MILIA. PEDVM ‖ ∞ ∞ ∞ LX ‖ ITERVM. EVNDEM CLIVOM. AB IMO. LEVAVI ‖ ET CLIVOM MEDIVM ‖ FREGI ET DEPRESSI ‖ IMPENSA MEA REGIONI ‖ FICVLENSI PAGO VLMANO ‖ ET. TRANSVLMANO ‖ PELECIANO VSQVE ‖ AD MARTIS ET VLTRA. — Cesarinae VII. Mill. Pass. ab Vrbe. *Kunstblatt* 1825. p. 87. Amati in *Giorn. Arcad. Ottobre* 1826. p. 99. Ficulenses etiam ap. Plin. Ficulneae incolae.

112. MAGNO ET ‖ INVICTO IMP. GALLIENO PIO ‖ FELICI AVGVS ‖ TO SENATVS FID. ‖ DEVOTI NVMINI MAIESTATIQ. EIVS ‖ DICT.[1]) C. PETR. PODALIRIO ET. T. AELIO OCTOBRE CV ‖ RAG.[2] T. TER. OCTOBRE. — Fidenis. Nibby *Viaggio* 1. p. 84.

1) Nota senatum et binos Dictatores Fidenates sub Gallieno. 2) *curam agente.*

113. L. COELIO L. F. VICTORI ‖ II. VIR. IVR. DIC. CVR ‖ PECVN. PVBL. ET OPER ‖ PVBLICOR ‖ OB MERITA EIVS ‖ SENAT. POPVLVSQ ‖ TIBVRS. — Tibure. Grut. 1025, 12. *Ordo populusque Suessanus.* Grut. 1027, 3. Similia vide in Capite de re municipali.

114. L. APENTEIO ‖ L. F. ZMARAGDO AROM ‖ AT. QVI. VASCVL. DVLCIAR ‖ CCC. IT. HS. LX. TESTAM ‖ REL. C. STATILIO PRAGO ‖ AROMAT. GENERO SVO VT ‖ AEGR. INOP. COL. FEL. LOR. ‖ PHARM. ET MVLS. S. PR. ‖ EROG.[1]) PLEBS. VRBANA. LOR.[2]) ‖ V. BENIGNISS. B. M. ‖ F. E. D. D. ‖ Q. L. E. F.[3]) — Ceri. *Gazzetta di Milano* 1826. N. 5. et 16.

1) Aromatario, qui vascula dulciariorum CCC. item H-S. LX. testamento reliquit C. Statilio Prago aromatario, genero suo, ut aegris inopibus Coloniae Felicis Lorii pharmaca et mulsum sine pretio erogaret. 2) Lorina, s. Lorinensis prope Caere. Alex. Borda V. Cl. cogitavit de Portu Lauretano. *Liv.* 30, 39. 3) Hae literae obscurae et evanidae visae sunt ipsi exscriptori. Bene Merenti Fecit. in ceteris latet L. D. D. D.

115. SEX. PACCIVS . . . . . ‖ ET SEX. PACCIVS M . . . II . .[1]) ‖ QVINQ. MVRVM VET[2]) . . . . ‖ CONSVNTVM (*sic*) A SOLO REST . . . ‖ EX. P. P.[3]) ANGITIAE. — Luco, ubi olim sita erat Angitia. (*nemus Angitiae* al. *Anguitiae.* Virg. *Aen.* 7, 759. ubi Heyn. scripturam *Anguitiae* firmari dicit lapide Gudiano p. 54, 9. (et Reines. p. 220, 236.), qui tamen exhibet *Angitiae* apud utrumque; confictus ceterum, ni fallor, a Ligorio:

116. *ANGITIAE. ANGERONAE ET SOLI INVICTO ‖ PACIFERO SACRVM. M. VIRIVS. M. F. ANTVL ‖ LIVS PRAEFECTVS VIGIL. SIGN. III. D. D.) Nostrum dat Nibby *Viaggio* 1. p. 211.

1) Marci Filii II Viri. 2) vetustate. 3) Pecunia Publica.

117. T. FLAVIO ‖ T. FIL. QVIR. ‖ AELIANO ‖ ORDO ET POPVLVS ‖ GABINVS[1]) ‖ PATRO . . . . ‖ PVBL.[2]) FIDELISSIMO. — Gabiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 233.

1) „*Gabiorum vestigia accuratius nondum investigata videntur*" Reichard. Orb. ant. fol. 53, 2, 1. At celeberrima sunt monumenta Gabina in *Pantan de' Griffi*

(v. Nibby l. l.) a Gavino Hamiltonio eruta et a Viscontio illustrata. 2) Patrono et Curatori reipubl. Nibby.

118. D. M. ‖ PARTHENIO ARCARIO ‖ REI. PVBLICAE ‖ LAVICANORVM QVINTANENSIVM. — la Colonna. Fabrett. *de Aquaeduct.* Diss. 3. n. 31. Nibby *Viaggio* 1. p. 254.

119. C. DISSENIO ‖ C. F. QVIR. FVSCO ‖ HADRIANO ‖ C. DISSENIVS. FVSCVS ‖ PATER. HONORE ‖ PVBLICE. OBLATAE ‖ STATVAE. CONTENT. SVA ‖ PEC. FEC. ‖ C. DISSENIO. QVIR ‖ FVSCO. PRAEF. FABR ‖ CVRATORI. ET. PATRONO ‖ ALBANI. LONGANI ‖ BOVILLENSES. OBLATAE ‖ STATVAE H. C.[1] ‖ C. DISSENIO ‖ C. F. QVIR FVSCO ‖ SABINIANO ‖ C. DISSENIVS. FVSCVS ‖ PATER. HONORE ‖ PVBLICE. OBLATAE ‖ STATVAE. CONTENT. SVA ‖ PEC. FEC. — Bovillis, hodie *alle Frattochie* in sinistra Appiae parte. *Gazzetta di Milano* 12. Giugno 1826., unde nunc constat de vero situ Bovillarum.

1) honore contento.

120. FLAVIAE KARAE ‖ GENTIAE FLAMIN. ‖ S. P. Q. A.[1] ‖ EX. LEGATIS POPVLI ‖ IN HONOREM FL. KARI PATRIS ‖ EIVS. STATVAM ‖ EI PONENDAM ‖ CENSVERVNT. — Anagniae. Candidi - Dionigi *Viaggi* p. 22. 6.

1) Anagninus.

121. C. OPPIVS SP. F. COL ‖ RVFVS PAGI MAGISTER ‖ IDEM PRAEFECTVS VLVBRIS ‖ IVRE DICVNDO. — Edidit primus P. Manut. ad Cic. *Epist. ad Div.* 7, 12. acceptum a Ioanne Turritiano, ita, ut de fraude Ligoriana vix cogitandum sit. E Manutio dedit Reines. p. 434, 72. E schedis (ut videtur, Aldi Manutii) Vaticanis Fabrett. p. 709, 308. loco non memorato, ubi erutum fuerit. Eum denique retulit quartus editor Gorius in Donio suo p. 172, 46. *Sermonetae;* unde HAGENB. Mss. colligit, Oppium Rufum fuisse magistrum Pagi, in eodem ubi nunc Sermoneta, loco siti.

122. AEDEM RO . . . . ‖ AVGV[1] . . . ‖ ORDO VLVBRA[2] . . . ‖ SVO EX PECVN . . . ‖ VETVSTATE DI . . . . ‖ A. FVNDAMENTI . . . ‖ C. SERIO AVGVRIN . . . . ‖ C. TREBIO SERGIAN[3] . . . — Cisternae prope Velitras. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 47.

1) Romae et Augusto. 2) *Vlubranus* malim, quam *Vlubrarum*, ut supplet Cardinali. Is in ipso illo pago, nunc *Cisterna* dicto, sitas fuisse Vlubras arbitratur. 3) non Duumviris Vlubranis, ut volebat Amadutius, sed Coss. Romanis p. Chr. 132. v. Cardinali.

123. D. M. ‖ M. PETRONIME ‖ COLMONTANI[1] ‖ VETERANI ‖ EX PRETOR. (*sic*) ‖ AVG. ‖ DECVR. II VIR ‖ VLVBR ‖ QVAESTORI ‖ P. P. — Itidem Cisternae. Cardinali l. l. p. 54.

1) id est: Petronii M. F. Collina Montani

124. DIVO ANTONINO AVG ‖ SENATVS POPVLVSQVE. LAVRENS ‖ QVOD PRIVILEGIA EORVM NON ‖ MODO CVSTODIERIT. SED ETIAM ‖ AMPLIAVERIT. CVRATORE ‖ M. ANNIO SABINO LIBONE. C V. ‖ CVRANTIBVS. TI. IVLIO NEPOTIANO ‖ ET P.

AEMILIO EGNATIANO. PRAET[1] ‖ II. QQ. LAVRENTIVM.[2] — Romae. Grut. 256, 7. correctius in quibusdam ap. Fabrett. 682, 67. nisi quod pro *Egnatiano* habet *Donatiano;* denique dat Nibby *Viaggio* 2, p. 264. *αὐτόπτης.*

1) PRAEF. Grut. quod, etsi Nibbyus affirmat, lapidem habere PRAET., praeferendum indico. Praefectos quinquennales omnes novimus, at Praetores eius generis inauditi sunt. 2) *Laurentium Lavinatium.* Grut. contra fidem lapidis.

125. . . . NIO P. F. ANI.[1] VARO ‖ . . EF. FABR. PRAEF. COHORT. GERMAN ‖ . . EF EQVIT. TRIB. MIL. LEGIONIS V . . . ‖ P. F. ANI. VARO. Q. PR. PONTIF. PR. QVINQ ‖ CAPITVLI HERNICO[2] ‖ FIL. . . . ET SIBI FECIT. — In Via Praenestina. Mur. 2049, 4. correctius ap. Zaccaria *Istituzione* p. 139.

1) Aniensi. 2) hodie Caspoli; v. Reichard.

126. M. AVLIO M. F ‖ ALBINO. ‖ PRAEF. COH. PRIM. ‖ BEVCOR.[1] II. VIR QVINQ. QVAESTOR ‖ CVRATORI REIP. ‖ CVBVLTERINORVM[2] ‖ PATRONO ET ALLIFIS II VIRO ‖ QVINQ. Q. PATRONO ‖ AVGVSTALES. ‖ L. D. D. D. — In vico Latinae dioecesis Calatinae. Mur. 1010, 2.

1) l. *Breucor.* 2) „Vereor, ut ex hoc lap. libri, (qui Combulteriam et Compulteriam exhibent (cfr. Mannert. *Ital.* 1, p. 784.) corrigendi sint. *Cubulterinorum* aeque ac *Beucor.* ruditati marmorarii potest tribui." HAGENB. Mss. sed Cubulterinos agnoscit Plinius. Hodie S. Maria di Covultere. Reichard.

127. BENEVENTVM FELIX ‖ M. FLAVIVS MARCELLVS ‖ RVTILIVS ‖ PRO HONORE II VIRATVS ‖ L. D. D. D. — Beneventi. Pococke p. 71, 17. Mur. 2019, 3. De Vita p. XI, 1.

128. IVLIAE AVG. IMP. CAESARIS ‖ SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS ‖ AVG. ARAB. ADIAB. PART. MAX ‖ MATRI AVGVSTI[1] . . . . . . ‖ ET CASTRORVM COLONIA IVLIA ‖ CONCORDIA AVG. FELIX BENE‖VENTVM DEVOTA MAIESTATI AVGG . . . IN TERRITORIO SVO QVOD ‖ CINGIT ETIAM CAVDINORVM ‖ CIVITATEM MVRO TENVS. — Arpadii ad Furcas Caudinas. De Vita p. 53. et Inscriptt. 17, 2. (Gud. 93, 4. Fabrett. C. 2. p. 105.)

1) Hic et infra Getae nomen erasum est.

129. T. POMPEIO FELICISSIMO MVNICIP. ‖ DECVR. SVESSVL.[1] ET SACERD. M. D ‖ X VIR[2] IN VICO NOVANENSI. PATRI ‖ L. POMPEI. FELICISSIMI. DECVR. II VIR ‖ I. D. ET Q. ALIMENT. — (Loco mihi ignoto.) Ricolvi *sito d' Industria* p. 19.

1) Suessula, hodie *Castel di Sessola.* 2) nota Decemvirum Vici, nisi corruptela aut fraus subest.

Fragmentum erutum in ruinis Monasterii S. S. Salvatoris apud Allifas in Samnio; ap. Fogginium *Fasti* p. 103. quem vide:

130. BENEVENTANIS ‖ NVCERINIS ‖ NVCERINIS APVLIS[1] ‖ SVESSANIS ‖ CALENIS ‖ SVESSVLANIS ‖ SINVESSANIS ‖ CALATINIS ‖ ATINATIBVS ‖ INTERAMNATIBVS ‖ TELESINIS ‖ SEPINATIBVS ‖ PVTEOLANIS ‖ ATELLANIS ‖ CVMANIS ‖ NOLANIS ‖ ALLIFANIS ‖ CEREATIS —

1) confirmat hoc saxum scripturam controversam *Nuceria Apula* pro *Luceria.* v. Mannert *Ital.* 2. p. 82. Reichard *Orb. Antiq.*, qui hoc fragm. ignorarunt.

131. FL. CLAVDIO SVLPICIANO C. V ‖ PROCOS. PROV. ACHAIAE DACIAE ‖ PRAET. QQ. II. PRAEF. VRBIS[1]) ‖ VIAR. MIN. ET LAT. CVRAT. ‖ CONSVLARI CAMPANIAE ‖ VIAE APPIAE AVG. CONSVL ‖ ABSQVE REIP. ET PAGANOR ‖ IMPENSA RESTITVTORI ‖ BENEVENTANI ET CAVDINI ‖ PVBLICE D. D. — Reperta ad Fauces Caudinas. Donati 2. p. 250, 5.

1) v. Corsini *Ser. Praef. Vrb.* p. 100. Ceterum turbata quaedam hic videntur, siquidem iungendum certe: *Viae Appiae restitutori.* Consul fuit p. Chr. 193.

132. HIC EGO. QVI SINE VOCE LOQVOR. DE MARMORE CAESO
NATVS IN EGREGIIS TRALLIBVS EX ASIA.
OMNIA BAIARVM LVSTRAVI MOENIA SAEPE
PROPTER AQVAS CALIDAS. DELICIASQVE MARIS.
CVIVS HONORIFICAE VITAE NON IMMEMOR HERES
QVINQVAGINTA MEIS MILLIBVS. VT VOLVI
HANC AEDEM POSVIT. STRVXIDQVE (*sic*) NOVISSIMA TEMPLA
MANIBVS ET CINERI. POSTERIISQVE MEIS.
SET TE. QVI LEGIS. HAEC TANTVM PRECOR. VT MIHI DICAS
SIT TIBI TERRA LEVIS. SOCRATES ASTOMACHI.
— In valle di Decimo prope Ostiam. Nibby *Viaggio* 2. p. 284.

133. M. CAELI. FLAVI. PROCVLI ‖ X VIRI STLITIBVS IVDICANDIS ‖ TRIBVNI LATICLAVI. LEG. XXV. V.[1]) ‖ VI VIR. TVRMAE EQVITVM ROMANOR ‖ QVAESTORIS. TRIBVNI PLEBIS ‖ CANDIDATI.[2]) PRAETORIS. CANDIDATI ‖ CVRATORIS REI PVBLICAE AQVINATIVM. — Loco incerto. Donati 2. p. 248, 7. ex Passioneo.

1) lege LEG. XX. V. V. 2) deesse videtur Q. (*Quaestoris*) ante *Candidati.*

134. M. TVCCIO M. F. CERIALI ‖ EXORNATO EQ. PVB. A SACRATISSI‖MO PRINCIPE HADRIANO AVG ‖ PATRONO MVNICIPI. IIII VIR ‖ AED. ITEM AEDILI BRVNDISI ‖ M. TVCCIVS AVGAZO ‖ OPTIMO AC PIISSIMO FILIO. OB CVIVS ‖ MEMORIAM PROMISIT. MVNICIPIS.[1]) (*sic*) RVDIN ‖ HS. LXXX. N. VT EX REDITV EORVM DIE NATALIS ‖ FILI. SVI OMNIBVS ANNIS VISCERATIONIS ‖ NOMINE DIVIDATVR. DECVR. SING. HS. XX. N ‖ AVGVSTALIBVS HS. XII. MERCVRIALIB.[2]) HS. X. N. ‖ ITEM POPVLO VIRITIM HS. VIII. N. ‖ L. D. D. D. — Rudiis, (quae fuit Ennii patria, hodie *Rotigliano* auctore Reichardo, inter Tarentum et Brundisium.) Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. X.

1) exspectabas Municipibus: et est fortasse typographicus error ap. Morcell. 2) nota *Mercuriales* haud nimis frequenter alias memoratos (v. c. Grut. 645, 7.) hic tamquam Ordinem proprium constituere, distinctum a Decurionib. Augustalib. et Populo; id quod tamen exemplo non caret. Vide Caput de Rebus sacris.

135. C. PEDVLIO VERRVCANO ‖ FRVMENTO PP.[1]) COACTO ‖ ANNONA ITEM REPARATA ‖ ORDO ET POP. PAEST.[2]) — Paesti. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 335. *Viaggio* T. 2. p. 23.

1) *Pecunia Publica.* 2) *Paestanus.*

136. IMP. CAESAR. T. AELIVS HADRI || ANVS ANTONINVS AVG. PIVS. PONTIF. MAXIM. TRIB. POTEST. VI. COS. III || IMP. II. [1]) P. P. COLONIAE MINERVIAE. NERVIAE AVG || SCOLACIO [2]) AQVAM DAT. — Scyllacei. Donati 2. p. 349, 8.

1) p. Chr. 143. 2) Haec forma pro *Scyllaceo*, *Scyllacio* cet. alibi non reperitur, nec aliunde nota ἐπίθετα illa: *Col. Min. Nerv.* v. omnino Romanelli *Topografia* T. 1. p. 181. ubi TRIB. POTEST. IV. COS. III. P. P. IMP. II. legitur.

137. L. VARILIO SANNAE || QVOD EIVS ARBITR. RITE RECTE || DE FINIBVS CVM VELIENS. ACTVM SIT || LIMITIBVS CONSTITVTIS || CIVI OPT || ORDO ET P. PETELINORVM. — Petiliae in Lucania. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 348.

138. *Q. FABIO BALBO V. P || IV VIRO I DIC || PATR. MVNIC. TVSCVL || TRIBVN. MILITVM || LEG. II. AGRIP || CVRATORI VIAE || AVG. SALLENT || OB INSIG. IN VNIVERSOS || CONLATA BENEFICIA || AD MEMORIAM SEMPIT || LVPIENSES HYDREN || ET NERITINI || PATRONO OPTIMO. [1]) — Neriti. Mur. p. 1120. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 50.

1) Spuria visa est Muratorio. Defendit Romanellius, eam potissimum ob causam, quod lecta videatur iam Galateo. Ego in Muratorii sententiam concedo. Offendo in *IV Viro* pro *IIII Viro:* in municipii Tusculani patrono, eodemque locis tam distantibus Quattuorviro Lupiensi; in Leg. II. Agrippinensi; in Via Augusta Sallentina; in nota INSIG.; in formula veteribus inaudita AD MEMORIAM SEMPITernam. Fraudulenta haec omnia. Quid? quod effictam eam esse manifesto apparet e Grut. 374, 5., quam dabimus in Capite de Ludis. Recte ibi legitur: PROC. AVG*usti* VIAE OST. cet. quod hic perverse effertur. CVRATORI VIAE AVG*ustae* SALLENT.

139. FL. VRANIO V. P. REC [1]) || PROV. VINDICI LEGV || AC MODETORI [2]) (*sic*) IVSTITIAE || ORDO SPLENDIDISSIMVS || CIVITATIS THEANENS || VNA CVM POPVLARIB || SVIS DIGNQ PATRO || NO POSVERVNT. — Teani s. Theani Apulorum. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 291.

1) Viro perfectissimo, Rectori. 2) moderatori.

140. L. PACIDEIO L. F. L. N. L. PRON || TER. CARPIANO SPL. [1]) EQ. R || MVNITO SACERD. LANVIN [2]) PAT. MVN. CAIAT. [3]) ITEM COL || ALLIFANOR. PAT. ET. CVRAT. R. P. || ATINAT. ITEM SAEPINATIVM || PAT. TEANENSIVM APVLVM [4]) || DOMITIA GALATIA VXOR ET || PACIDEII [5]) MARCIA C. F. ET CAR || PIANI SEN. ET IVN. [6]) FILI. — Calatiae s. Caiatiae, hodie Caiazzo. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 433.

1) Splendido. 2) Mirum hoc. An leg.: *immuni Sacerd. Lanuvin.?* 3) Caiatini. 4) Distinguuntur a Teanensibus Sidicinis. 5) An PACIDEIA? 6) senior et iunior.

141. IMP. CAESARI DIVI M. ANTONINI F || L. SEPTIMIO SEVERO PIO PERTINACI AVG. || ARAB. ADIABEN. PARTH. PONT. MAXIMO || TRIB. POTEST. IX. IMP. XII. COS. III. [1]) PROCOS. PP || MVNIFICENTISSIMO PROVIDENTISSIMOQVE PRINCIPI || ORDO POPVLVSQVE MVRGANTIVS [2]) || QVOD BASILICAM HANC SVA IMPENSA || CONSTRVENDAM CVRAVERIT. — Murgantiae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 481.

1) p. Chr. 202. 2) „Il sito di questa città finora incognito ci è stato mostrato da

questa iscrizione, che dobbiamo al sig. G. A. Cassitto, secondo il cui testimonio si è rinvenuta nella campagna prossima a *Baselice* (tra S. Bartolommeo in Galdo, e Fojano) ov' è la chiesa di S. Maria a MVRGARA. *Baselice* adunque è così detta da *Basilica*, come la nostra *Portici*, *a Portica Herculis*, ch' eravi restato impiedi dopo le rovine di Ercolano." Rom. — Mannert *Italien* 1. p. 805. Murgantiae situm ignorare se fatetur, Reichardus eum sibi reperisse visus erat in S. Croce di Morcone. Neuter utilissimum, sed rariorem apud nos Romanellii librum videtur consuluisse.

142. DIS MANIB. SAC ‖ T. TIBIL T. F. POMP[1]) ‖ PRIMITIVVS ‖ VETER COH. VII. PRAETORIAE ‖ PATRON. MVNICIP. LARINAT.[2]) D. S ‖ FECIT SIBI SVISQVE ‖ L. D. D. D. — Larini. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 19.

1) Pomptina. 2) municipii Larinatis, ut Cic. *pro Cluentio* C. 5.

143. M. BLAVIO Q. F. ‖ IV V. I. D. AEDILI ‖ CVRAT VIAR. VALERIAE CLAVDIAE ‖ ET TRAIANAE FRENTANAE ‖ INTERAMNATES HISTONIENSES ‖ BVCANI ‖ BEN. MER. ‖ FVNVS. SEPVLCHRVM MARMOREVM ‖ ET MACERIAM DECREVERVNT. — In promontorio Penna prope Histonium, (hodie *Vasto*.) Romanelli *Topografia* T. 3. p. 41.

1) Buca igitur iudice Romanellio in ipso illo promontorio tribus miliariis Italicis ab Histonio distante sita erat. Ambigebat de vero huius oppidi situ etiam Reichardus.

144. . . SVLMONII PRIMVS ET FORTVNATVS ‖ . ONDERARIVM PAGI INTERPROMINI[1]) ‖ . . TERRAEMOTVS DILAPSVM ‖ SVA PECVNIA RESTITVERVNT. — In ecclesia Casauriae s. monasterio S. Clementis alla Pescara. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 117.

1) Hoc lapide usus Romanellius Interpromii situm retulit ad hodiernam Tabernam *di S. Valentino*. Supple: *ponderarium* — *vi terrae motus*. *Sulmonii* nomen est proprium libertorum publ., nec supplendum cum Roman. *Cives*, qui essent *Sulmonenses*.

145. Q. VARIO Q. F. ‖ SER.[1]) GEMINO Q[2]) ‖ PAGVS VECELLANVS. — Castelvecchio Subequo prope Corfinium. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 128.

1) Sergia. cfr. Cic. in *Vatin*. C. 37. 2) Quinquennali vel Quaestori.

146. Q. NOVIO Q. F. SER ‖ SECVNDINO OMNI‖BVS HONORIBVS ‖ MARS. ANTINO[1]) ‖ FVNCTO QVI ‖ VICSIT ANNIS ‖ XXIII. Q. NOVIVS ‖ SECVNDINVS ET ‖ AELIA RVFINA ‖ FILIO PIENTISSI‖MO P. — Antinae. Romanelli *Topogr*. T. 3. p. 224.

1) *Marsorum Antino* pro *Antini* s. Antinae. Sic observante Romanellio in nummis huius regionis legitur AQVINO, CAIATINO, AISERNINO, CALENO, SVESSANO. Verum situm huius oppidi divinando assecutus est etiam Mannert *Italien* 1. p. 515. — POPVLI ANTINATIVM SERVVS ARCARIVS est apud Romanellium *Topogr*. 3. p. 230.

147. COLLEGIO ‖ CENTONARIORVM ‖ INTERAMNITIVM ‖ PRAETVTIANORVM[1]) ‖ IN. FRONT P. XXX. AGRO P. XL. — Teramo. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 287.

1) cfr. Mannert *Italien* 1. p. 467.

148. C. CA . . . F. VE.[1]) VITALI DEC. COL ‖ HAD.[2]) AED. III. PRAEF. CAST. NOV.[3]) II. VIRO ‖ CVRATORI MVNER. PVBLIC. BIS OPTIMO ET ‖ AMABILI VIRO MARCIA RVFINA ‖ MARITO ET C. APIVS V. C. M. VITALIS ‖ ET VITALIS AMPLIATVS RVFINVS FILI ‖ ET ERED. PATRI PIENTISSIMO B. M. ‖ FECERVNT. — Hadriae s. Adriae. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 314.

1) Velina tribu. 2) Mire Romanellius: *Decano Collegii Hadrianensis*, quum sit

Decurioni Coloniae (*Aeliae*) *Hadriae*. 3) Praefectura igitur erat Castrum Novum, de quo vide Romanellium T. 3. p. 301. Mannert *Italien* T. 1. p. 467.

149. . . . DO DEC. ET PLEBS ARKARVM¹) ‖ PATRONO. — Arce. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 375.

1) de oppido Arce vide etiam Mannert *Italien* T. 1. p. 676. Duumviros habebat. v. Inscr. apud Rom. 3. p. 376., quam dabimus in Diis immortalibus §. Ceres. Ceterum tunc demum nactus sum Romanellii *Topographiam historicam*, quum huc fere pervenissent typothetarum operae; quocirca vel hoc loco inserendi, vel plane praetermittendi erant XIII. hi tituli geographici (N. 137 — 149.) Illud tamen, ut opinor, praestabat.

150. EX AVCTORITATE ‖ IMP. CAES. DIVI NERVAE FIL ‖ NERVAE TRAIANI AVG. GERMA ‖ NICI DACICI PARTHICI PONTIFI ‖ CIS MAXIMI. TRIBVNIC. POTEST. V¹) ‖ COS. V. P. P. CVRAT. VIARVM ‖ L. LICINIVS. C. F. SVRA IIII VIR. IT. ‖ M. IVLIVS M. F. FRONTO IIII VIR. ‖ T. LAELIVS Q. F. COCCEIANVS IIII VIR ‖ SEX. FLAVIVS. L. F. FALTO. IIII VIR ‖ CIPP. TERM . . . . ‖ VIAM TRAIANAM. APP. PER BRVTTIOS ‖ SALENTINOS. PEC. PVBL. CONTVLERE BRVTTIEI. SALENTINEI. OPPIDATIM. NAPETINEI.²) HIPPONIATEI. MAMERTINEI ‖ RHEGINEI. SCYLLACEI. CAVLONIATAI ‖ LAOMETICEI.³) TERINAEI. TEMPSA ‖ NAEI. LOCREN . . . THVRIAT . . . ‖ . . . CVR. . . . MILL. P . . . ‖ . . CC . . — Romae. Grut. 199, 1. Romanelli *Topografia* 1. p. 301.

1) numerus corruptus l. XIX. vel XX. et Cos. VI. Parthici enim cognomen incipit u. c. 869. v. Eckhel D. N. 6, 438. 2) Hinc explicandus *Ναπιτινος κολπος* ap. Strab. 6, 1, 4. Tzsch. p. 221. 3) al. *Laometiciei*. Hinc, quod Mannert *Ital.* 2. p. 159. expedire non potuit, Lameticus sinus ap. Aristotelem. Hanc certe inscriptionem videtur ignorasse Mannert.

151. CONCORDIAE AGRIGENTI ‖ NORVM SACRVM. RESPVBLICA LILYBITANO ‖ RVM DEDICANTIBVS. M. HATERIO CANDIDO PROCOS. ‖ ET. L. CORNELIO MARCELLO Q. ‖ PR. PR. ¹) — Agrigenti. Torremuzza p. 13, 30. Dorvillius *Sicul.* p. 95. pro spuria habuit; vindicat Torremuzza. Ceterum in insula Melita eam exstare dicit Zaccaria *Istitus.* p. 336.

1) *Quaestore primae provinciae* (Lilybetanae) Torrem., sed Marini *Atti* 2. p. 743. longe me ius *Quaestore Propraetore*.

152. *L. PETILIVS M. F. ‖ COLONIAM DVXIT ‖ NISSAE POPVLVS ET ORD. PATRONO MERENTI. — In Castro Pietrarossa prope Calatanisettam. Torremuzza p. 54, 30. Dorvill. in *Siculorum* Cap. 16. vocabulum hoc *Nissa* apud nullum veterem scriptorem auctoritatem habere dicit. Exstat tamen ap. Torremuzzam p. 4, 11. inscriptio itidem Calatanisettae reperta: *ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΙΜΕΡ ΠΟΤΑΜ* ‖ *Ο ΔΑΜΟΣ ΤΙΣ ΝΙΣΙΣ* ‖ *ΣΩΤΗΡΣΙΝ*. (*sic*) — cfr. Thucyd. 3, 103., ubi pro ἐπὶ Νῆσαν nunc editur ἐπ' Ἰνησσαν. cfr. ib. 6, 94. et Poppo Thucyd. T. 2. p. 539. Mannertus huius Nissae duobus in lapp. memoratae non meminit, eandemque ignorat etiam Reichardus. Vtraque inscr. est suspectissima.

153. SEX. IVLIVS SEX. F. POL. RVFVS ‖ EVOCATVS DIVI AVGVSTI PRAE ‖ FECTVS I. COHORTIS CORSORVM ‖ ET CIVITATVM BARBARIAE IN SARDINIA. — Praeneste. Don. p. 235, 39. Mur. 825, 4. Plin. H. N. 3, 13. *Celeberrimi in ea* (Sardinia) *populorum*,

Ilienses, *Balari*, *Corsi*. Civitates Barbariae in ea nemo agnoscit. cfr. Mannert *Ital.* 2, p. 479., unde Mur. coniecit h. l. leg. esse: *Civitatum Balariae*. (*Lalariae* error typogr. videtur.)

§. 3. HISPANIA.

154. PINTAIVS PEDILICI ‖ F. ASTVR. TRANS ‖ MONTANVS. CASTELLO ‖ INTERCATIA. SIGNIFER ‖ CHO. V ASTVRVM ‖ ANNO XXX. STIP. VII ‖ H. EX. T F. C. — Bonnae. Philos. Transact. T. LIX. p. 195. corrupte teste Vckert *Geogr.* 3. p. 433. correctius, ut hic edita est, in Act. Acad. Theod. Pal. 3. p. 57. Pintaii effigies monumento insculpta admodum digna est, quae notetur, propter vestitum et arma Asturum fideliter expressa. Vide etiam Dorow *Denkmäler*. Stuttg. p. 54. Intercatia hodie Errigoytia. v. Reichard. fol. 23, 2. b.

155. C. VAL. ARABINO ‖ FLAVIANI F. BERGIDOF [1]) ‖ OMNIB. HON. IN R. P. ‖ SVA FVNC. SACERDOTI ‖ ROMAE ET AVG. P. H. C. [2]) ‖ OB CVRAM TABVLARI ‖ CENSVALIS FIDELITER ‖ ADMINIST. STATVAM ‖ INTER FLAMINALES ‖ VIROS POSITAM. EX ‖ ORNANDVM (*sic*) VNIVERS ‖ CENSVER. — Tarracone. Grut. 478, 2.

1) Bergidum in Anton. Itin. ante Asturicam positum Surita notavit, Ptolemaeo Φλαουιον cognominari; unde optime Wesseling. ad *Ant. It.* p. 425. saxum nostrum accipit BERGIDO *Flavio*. Male ergo Cellarius O. A. T. 1. p. 150. ad Bergidum cis Iberum in Ilergetibus retulit. HAGENB. Mss. Bergidum s. Vergium hodie Berga. 2) Provinciae Hispaniae citerioris. Est hoc praeterea ex Hispaniensibus iis, quae omni νοθείας suspicione carent, etsi ea de re dubitavit Maffeius A. C. L. p. 342.; sed insignis illa nota BERGIDOF a nemine facile fingi poterat. Singulare quidem est nomen ARABINO. Cellarius l. l. habet ALBINO, quod placebat Hagenbuchio.

156. M. LICINIO CRASSO ‖ L. CALPVRNIO PISONE COS. [1]) ‖ IIII. KL. MAIAS ‖ GENTILITAS DESONCORVM EX GENTE ZOELARVM [2]) ‖ ET GENTILITAS TRIDIAVORVM EX GENTE IDEM ‖ ZOELARVM HOSPITIVM VETVSTVM ANTIQVOM ‖ RENOVAVERVNT. EIQVE OMNES ALISALIVM IN FI ‖ DEM CLIENTELAMQVE SVAM SVORVMQVE RECEPERVNT. EGERVNT ARAVSABII CAENI ET TVRAIVS CLOVTI. DOCIVS FLAESI ‖ MAGILO CLOVTI BODECIVS. BVRRAI FLAESVS CLVTAMI ‖ PER ALIENVM PENTILI. MAGISTRATVM ZOELARVM. ‖ ACTVM GVRVNDA. [3]) ‖ GLABRIONE ET HOMVLLO COS. V. IDVS IVLIAS. [4]) ‖ IDEM GENTILITAS DESONCORVM ET GENTILITAS ‖ TRIADAVORVM IN EANDEM CLIENTELAM EADEM ‖ FOEDERA RECEPERVNT EX GENTE AVOLGIGORVM ‖ SEMPRONIVM PERPETVVM ORNIACVM. ET EX GENTE VISALIGORVM ANTONIVM ARQVIVM ET EX GENTE ‖ GABRVAGENIGORVM FLAVIVM FRONTONEM. ZOELAS. ‖ EGERVNT ‖ L. DOMITIVS SILO ET ‖ T. FLAVIVS SEVERVS ‖ ASTVRICAE. [5]) — Romae in lam. aerea. Spon *Misc.* p. 278, 3. Mur. 330, 6.

1) p. Chr. 27. 2) Zoelae opp. Asturiae. 3) al. Gerunda, hodie Girona. 4) p. Chr. 152. Observa hic omnia nomina iam esse Latina. 5) Asturica Augusta hodie Astorga. Ceterum sine causa tabula haec suspecta erat Begero *Thes. Brandenb.* T. 3. p. 411. et Saxio *Miss.* 4. p. 76.

157. TITO MANILIO ‖ SILONIS FIL. QVIR ‖ PRAESENTI ‖ TRITIENSI MEGALE[1]) ‖ OMNIB. HONORIB ‖ IN R. P. SVA FVNCTO ‖ DECVRIALI ALLEC‖TO ITALICAM.[2]) EXCV‖SATO A DIVO PIO. FLAMINI P. H. C. ‖ P. H. C.[3]) TARRACONE. — Grut. 434, 5. Mur. 717, 6.

1) Mur. Magalae. sed illud, si Megalensi explicetur, praeferendum. Tritium Metallum (hodie Tricio; Reichard.) ex Ptol. 2, 6. Md. laudant Wess. ad Ant. Itin. p. 450. Vckert. 3, p. 457., quod Surita iam ad Ant. p. 394. Τρίτιον Μέγαλον vocavit. v. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 107. 2) allecto in urbem Italicam, sed excusato cet. Hagenb. 3) Flamini Provinciae Hispaniae citerioris, Provincia Hisp. citerioris (posuit) Idem. utrumque contra Muratorium.

158. T. FLAVIO. AVG ‖ LIB. POLYCHRYSO ‖ PROC. MONTIS MARIANI[1]) ‖ PRAESTANTISSIMO. CONFECTORES AERIS. — Hispali. Spon *Misc.* p. 191, 1.

1) In Hispania Tarraconensi. v. Hultmann. *Misc. Epigr.* p. 93. Hodie Sierra Morena. Reichard.

159. L. AELIVS EPAPHRO‖DITVS ANDVRENSIS ‖ ANN. XXII ‖ PIVS IN SVIS H. S. E ‖ S, T. T. L. — Martos in Hisp. olim Tucci. Mur. 1024, 2. *Andura* ignota etiam Vckerto et Reichardo. „*Andorra* nostri temporis Andura veterum fortasse fuit." Mur.

160. L. CAESIVS M‖AXIMINVS CEDRIPO‖NENSIS. AN‖XXI. HIC IN‖TERFECTVS EST ‖ SIT TIBI TERRA LEVIS. — Astapae (opp. Vandaliciae in Hisp.) Mur. 1037, 2. Cedripona locus Hispan. ignotus etiam Vckerto et Reichardo.

161. IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE ‖ TRAIANO AVG. GERM. DACICO. PONTIF. MAX ‖ TRIB. POTEST. VIIII IMP. V. COS. V. P. P. — Alcantarae in ponte. In eodem fuere olim tabulae marmoreae quattuor, quarum superest una, digitis aeneis affixa, sic habens:

162. MVNICIPIA ‖ PROVINCIAE ‖ LVSITANIAE STIPE ‖ CONLATA. QVAE OPVS PONTIS PERFECERVNT ‖ ICAEDITANI ‖ LANCIENSES OPPIDANI ‖ TALORI ‖ INTERANNIENSES ‖ COLARNI ‖ LANCIENSES TRASCVDANI ‖ ARAVI ‖ MEIDVBRIGENSES ‖ ARABRIGENSES ‖ BANIENSES ‖ PAESVRES. — Grut. 162, 2. et 3. cfr. Gud. 89, 2. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 200.

163. IMP. CAES. NERVAE ‖ TRAIANO AVG. GER. ‖ DACICO PONT. MAX. TRIB. POT. COS. V. P. P. ‖ AQVIFLAVIENSES ‖ PONTEM LAPIDEVM ‖ DE SVO F. C. — Aquis Flaviis in Lusit. Grut. 162, 4. v. Vckert 3. p. 436.

164. M. EGNATIVS SILII LIB. VENVSTVS IIIIII VIR ‖ HVIC ORDO M. M. F[1]) ARVENSIS ‖ STATVAM ET ORNAMENTA DECVRIONATVS DECREVIT ‖ M. EGNATIVS VENVSTVS IN LOCVM. QVEM ‖ ORDO DECREVIT. STATVAM ET SCAMNA ‖ MARMOREA ET AREAM MARMOR . . . ‖ D. S. P. D. — In Conventu Iuridico Hispalensi. Maffei *Mus. Ver.* 422, 3.

1) Municipii Martii Flavii; v. Hultmann *Misc. Epigr.* p. 92. cfr. Grut. 476, 1.

165. M. COMINIVS L. F. POL. ASTA[1]) ‖ MILES LEG. Ī ‖ NA.[2]) AN. L. MIL ‖ AN. XIIII. H. S. E. ‖ H. EX. T. F. C.[3]) — Bonnae. Dorow *Denkmäler.* Stuttg. p. 50.

1) Asta Regia oriundus; cfr. Vckert 3. p. 356. hodie Mesa de Asta. Reichard. 2) natus. 3) *Hic situs est. Heres ex testamento faciundum curavit.*

166. RESPVBLICA OBEN ‖ SIS[1]) E . . LO[2]) DATO ‖ DEDI . . VIT CVRAT ‖ LIBE . OR[3]) H . . REN ‖ NIO[4]) RVSTICO H. M. ‖ SINILO SESTITVTO[5]) II VIR. — Algezirae. Mur. 1065, 1.

1) ignota etiam Vckerto 3. p. 345. 2) *Epulo.* 3) *Curatoribus Liberorum?* Mur. 4) *Herennio.* 5) f. *Restituto.* id.

Balearium Insularum inscriptiones septem e Grutero collegit Io. Christ. Wernsdorf. in *Exercit. de antiquitt. Balearicis.* Brunsw. 1760. p. 87. Nos sequentes inde excerpimus:

167. IMP. CAES. M ‖ AVR. CARO PIO ‖ FELICI INVICTO ‖ AVG. PONT. MAX ‖ TRIB. POT. ‖ P. P. COS. II. PROCOS.[1]) ORDO ‖ EBVSII. D. N. M. E.[2]) — Ebusii. Grut. 277, 5.

1) Ita dedi ex Occone 4, 10. Grut. corrupte: *P. P. Procos. II. Cos.* p. Chr. 282. similis est Grut. 277, 6. Caro a Liconiensi Ordine positus titulus. 2) *devotus numini maiestati (que) eius.* Alia Ebusensis inscriptio Grut. 868, 11. admodum est suspecta.

168. CN. CAVIO CN ‖ CAVĪ SEVERI FILIO ‖ QVIR. AMETHYSTO ‖ BALEARICO PALMENSI ‖ ET GVIVNTANO ‖ OMNIBVS HONORIBVS IN REB. PVBLIC. SVIS ‖ FVNCTO. — Tarracone Grut. 387, 1.

169. Q. CORNELIO ‖ Q. F. QVIRINA ‖ SECVNDO ‖ AEDILI Ī VIRO ‖ MVNICIPĪ. MAGO ‖ FLAM. DIVOR.[1]) ET AVG ‖ L. CORNELIVS SATVR ‖ SOCERO ‖ Q. CORNELIVS SATVR ‖ AVO OPTIMO OB ‖ PLVRIMA MERITA. — Magone (Port Mahon.) Grut. 1093, 4.

1) Imperatorum inter Divos relatorum.

170. L. FABIO L. F. ‖ QVIR. FABVLLO ‖ AED. Ī VIR III ‖ FLAMINI DIVOR. AVG. R. P. MAG ‖ OB MVLTA EIVS MERITA. — Magone. Wernsdorf l. l. ex Armstrongii *Descript. Minorcae* Ep. 16. p. 239.

§. 4. GERMANIA. GALLIA (excepta HELVETIA.) BRITANNIA.

Eum secuti sumus ordinem, ut a septemtrione orsi meridiem versus progrederemur.

171. DIS. MAN. ‖ L. IVLIO VOGVSIO. ‖ NATONE[1]) (*sic*) FRIS. ‖ FECIT NAEVIA FORTVNIA. ‖ COIVGI INCOMPARABILI ‖ CVM QVO VIX. AN. XIX. — Lugd. Bat. Oudendorp. p. 15. Maff. *Mus. Ver.* 450, 1.

1) natione; Maff.

172. D. M. ‖ AVR. VERO EQ. SING. AVG ‖ NAT. FRISEO.[1]) T.[2]) AEL. GEMINĪ ‖ VIXIT ANN. XXX. ‖ M L. ANN. XIII. ‖ AVR. MOESICVS HER. ‖ A. O. F. C.[3]) — Romae. Grut. 532, 6.

1) FRISIO. Gud. 2) Turmae. id. 3) Amico optimo fac. cur.

173. D. M. ‖ T. FL. VERINO ‖ NAT. FRISAEVONE[1]) ‖ VIX. AN. XX. M. VII. ‖ T. FL. VICTOR. EQ. SING. AVG. FRATRI ‖ DVLCISSIMO ‖ F. C. — Romae. Grut. 532, 7. a.

1) nota hanc formam propter Ingaevones et Istaevones Tac. *Germ.* 2. Mox FRISAEO.

174. BASSVS NERONIS ‖ CAESARIS CORPORE ‖ CVSTOS. NATIONE ‖ FRISIVS.[1]) VIXIT ‖ AN. XL. — Romae. Grut. 600, 12.

1) Dignus est legi Fabrett. *Col. Tr.* p. 83. ubi pulcre de Nerone explicat Frisios in sui custodiam adsciscente. Gutherius T. 3. Sallengr. p. 452. de Tiberio acceperat. HAG.

175. HILARVS ‖ NERONIS CAESARIS ‖ CORPORE CVSTOS ‖ NATIONE FRISAEO. ‖ VIX A. XXXIII. — Interamnae. Grut. 600, 13.

176. *GENS ‖ BATAVORVM ‖ AMICI ET FRATRES ‖ ROM. IMP. — In arce Britoburgo prope Catricum. Grut. 499, 13. Oudendorp. p. 6. cfr. similem sequentem:

177.*FORTVNAE AVG. SAC ‖ PRO SALVTE. ITV AC ‖ REDITV DD. N. N ‖ M. AVR. ANTONINI PII ‖ AVG. ET P. SEPTIMII ‖ GETAE NOBILISS. CAES ‖ CIV. BATAVI ‖ FRATRES ET AMICI P. R. ‖ V. S. L. M. — Sine loco certo, ex schedis Lud. Vivis. Grut. 73, 9. Suspectus, nec sine causa, est hic titulus Maffeio A. C. L. p. 283. Minime de eodem dubitavit Bertoli *A. d'A.* p. 76. Suspicionem auget Getae nomen haud erasum, monente iam Maffeio. Exstabat superior ille in Museo Papenbroekiano: nec tamen minus caret suspicione.

178. IN. H. D. D. ‖ GENIO COLLE ‖ GI. PEIIEGR.[1]) ‖ (*sic*) VLP. DECEM ‖ BER. ET VƎ . . . CVND. COR ‖ NVTVS. D. D. — In Hadriani foro s. pago Voorburg prope Hagam. Oudendorp. p. 54.

1) in honorem domus divinae. G. C. Peregrinorum. (institorum et mercatorum Romanorum inter Batavos degentium.)

179. T. VARIO CLEMENTI ‖ PROC. PROVINCIARVM ‖ BELGICAE. GERMANIAE SVPERIORIS ‖ GERMANIAE INFERIORIS. RAETIAE. — Paetovione, Norici oppido. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 273. quem vide docentem, Galliae Belgicae iurisdictionem a iurisdictione duarum Germaniarum separatam fuisse, duasque Germanias non ab uno, sed duobus semper praesidibus fuisse rectas.

180. IN. H. D. D ‖ DV.[1]) NYMPHIS ‖ VICANI ALTIAIENSES ‖ ARAM POSVER ‖ CVRA OCTONI[2]) LI ‖ BERTI T. OSTONI ‖ CASSI. X K. DEC ‖ MAXIMO ET AELIANO C.[3]) — Altiaiae (Alzey) v. *Emele* p. 77.

1) Divis. 2) Nominis scriptura est incerta, quum literae O et C implexae sint inter se. Emele, quem, si lubet, de Altiaia disputantem consulas, legit OCTONI. sed probabilius est *C. Ostonii*, ut idem cum patrono nomen habeat, nec careat praenomine. 3) p. Chr. 223.

181. IN H. D. D ‖ GENIVM PLATEAE NOVI VI ‖ CI[1]) CVM EDICVLA ET ARA ‖ T. FL. SANCTINVS MIL. LEG. XXII. ‖ P . . . .[2]) P. F. IMM. COS.[3]) ET PER ‖ PETVVS ET FELIX FRATRES C. ‖ R.[4]) ET TAVNENSES EX ORIGI ‖ NE PATRIS T. FL. MATERNI VE ‖ TERANI COH. III. PRAET. PIAE ‖ VINDICIS[5]) ‖ ET AVRELIA AMMIAS MATER EORVM C. R.[6]) D. D. ‖ AGRICOLA

ET CLEMENTINO COS.7) — Heddernheim prope Francof. v. Lamey in Act. Acad. Theod. Pal. 3. p. 175.

1) locus ignotus. 2) Primigeniae. 3) Immunis Consulis. 4) Cives Romani. 5) Hic certe lapis clare demonstrat, notas Coh. Pr. III. P. V. nec *Piae Victricis*, nec tandem *Praetorii Vrbis* cum Fabretto, explanandas esse. 6) Civis Romana: nota vero Cives Taunenses a Tauno monte. 7) p. Chr. 230.

182. CL. AELIO 1) ‖ POLLIONI ‖ LEG. AVG ‖ PR. PR. G. S. 2) PRAESIDI ‖ INTEGERRIMO ‖ BB. FF. COS. 3) ‖ G. S. 4) — Moguntiaci reperta 1825. *Schulzeitung* 1826. II. 22.

1) Lehne explicat *Claudio Aelio*. Videtur potius leg.: C. LAELIO. 2) Germaniae superioris. 3) beneficiarii consulis. 4) Rursus est Germaniae superioris: Beneficiarii Cos., quotquot ea in provincia tunc erant. Neutiquam vero: *Grati Submissi*, ut vult Lehne.

183. MARTI ET GENIO ‖ TALLIATIVM ‖ CLAVDIVS VERINVS ‖ AD PERPET. TVTELAM ‖ TALLIATIB. DEDI XCCL ‖ QVAM AEDEM MARTIVS SIMILO ‖ DE SVO POSVIT. — Dollendorf. Grut. 55, 8. Harzheim p. 22. cuius typum dedi. Idem observat, Dollendorf servare vestigia veteris nominis Talliatium. (*dedi denarios* CCL.)

De singulis iamiam memorandis cfr. *Notice de l'ancienne Gaule tirée des monumens Romains par M. d'Anville. Paris.* 1760. 4. et Reichardi *Orbem terr. antiq.* Norimb. 1824. fol.

184. . . LATINIO POMPT. ‖ . . A. LATINI FIL. CATA ‖ PANO AEDVO. SA ‖ CERD. III PROVIN ‖ CIARVM GALLIAR ‖ OFFICIS ET HONO ‖ RIBVS OMNIBVS ‖ FVNCTO SEQ ‖ ANI (*sic*) PVBLICE. — Moirant in Sequanis. Mur. 1020, 3. sed eadem ita lecta est a Bouhierio ap. Hagenb. *Mss. Helvet.* T. 1. p. 153.:

185. . . VIO POMP† ‖ A LATINI FIL CAM ‖ . ANO AEDVO SA ‖ CERD. III PROVIN ‖ . IARVM. GALLIAR ‖ . . . CIS ET. HONO ‖ . . . S OMNIBVS ‖ S—ICIS ‖ . . TO SEQ ‖ . VBLICE. — Antre en Franche-Comté.

186. I. O. M. ET GENIO LOCI ‖ HVIVS. Q. CAECILIVS ‖ SECVNDVS ‖ LEG. C. SERENI PROCOS. GALLIAE ‖ TRANSALPINAE ‖ V. S. L. M. — Clivis. Grut. 9, 1. De hac Gallia Transalpina s. Narbonensi v. Bimard. Proleg. ad Mur. p. 164., secundum quem ad tempora vel Reip. vel Augusti referendus esset hic titulus.

187. AVG SACR DEAB 1) ‖ ICAVNI. ‖ T. TETRICIVS AFRICAN ‖ D. S. D. D. — Auxerre. Caylus *Recueil.* T. VII. p. 291.

1) Augustis sacrum deabus Icauni, hodie *Yonne*. Caylus AVG. explicat *Augusto*. (*Icaunam*, non *Icaunum* agnoscit Reichard. fol. 36. 1. b.)

188. ARGIOTALVS ‖ SMERTVLITANI F. NAMNIS 1) EQV ‖ ALA INDIANA ‖ STIP. X. ANNO ‖ XXX. H. S. E ‖ EREDES POSVE ‖ RVNT. — Manhemii. Acta Acad. Theod. Pal. 1. p. 21.

1) Namnetes, s. Nannetes, ubi nunc *Nantes*.

189. CL. VARENILLAE. CL. VARENI COS. FILIAE ‖ CIVITAS PICTONVM FVNVS. LOCVM. STATVAM ‖ MONIMENTVM PVBLICVM. M. CENSOR. PAVIVS LEG. AVG. PR. PR 1) PRO ‖ VINC. AQVITAN. COS. DESIG. MARITVS HONOR ‖ E CONTENTVS SVA.

PEC. PONEND. CVRAVIT. — Limoni Pictonum s. Pictaviorum (Poitiers) Millin *Voyage* 4, 2. p. 714. Mabillon. *supplem. de Re diplom.* p. 114.

1) Propraetor. Ceterum et Claudius Varenus et M. Censorinus Pavius Consules in fastis non memorantur. Mabillon habet CLVARENILLIAE CLVARENI. nec M. agnoscit ante CENSOR.

190. M. VEREC. DIOGENES ‖ IIIIII VIR. COL. EBOR. ITEMQ. MORT. CIVES 1) BITVRIX CVBVS 2) ‖ HAEC SIBI VIVVS FECIT. — Eboraci. Grut. 485, 1. et correctius ap. Gale. *Ant. Itin. Brit.* p. 24. Omittit tamen, ut vetustate evanida: *Diogenes IIIIII Vir.*

1) sic lapis. 2) Gale l. l. Omiserunt, inquit, Camdenus aliique (etiam Grut.) post v. *Biturix* literas CVBVS, quae tamen aeque, si non magis conspicuae sunt, ac reliquae. Eas sane interpretatus fueram *Clarissimus Vir Bene Vivens*, nisi sibi Vivus M. Verecundus hoc monumentum fecisset. Haec Gale, quem omnino defecit hic doctrina geographica. Quis nescit Bituriges duplices in Gallia fuisse, Vibiscos, et Cubos? v. Cell. O. A. T. 1. p. 193. HAGENB. Notanda insuper CIVITAS ista in lapp. Gallicanis saepe obvia, veluti in seqq. et infra. N. 276.

191. D. M ‖ MERCATORI . . ‖ SENILIS . . ‖ FILIO CIVI BELLOVA 1) . . . ‖ CALLISTVS . . ‖ POMPEIA . . PATRONO. — Viennae Allobr.. Chorer. *Antiq. Vien.* p. 495. 1. Alibi non invenit Hagenb.

1) Bellovaco. (*Beauvais.*)

192. ALBANO. VITALI ‖ EQ. ALAE. DIANAE 1) ‖ TVR. BARBI. 2) CIVI ‖ TREVERO A. XXX. STP. X. ‖ H. EX. T. F. C. — Woringen. Schannat *Eiflia* T. 1. p. 548.

1) lege INDIANAE. 2) Turma Barbii.

193. GENIO ARVERNORVM. ‖ SEX. ORCIVS SVAVIS. ‖ AEDVVS. — Ricomagi. Reines. p. 1009, 5. Lanceloto spuria videbatur. Mém. *Acad. des Inscr.* 9, p. 415. In schedis Langermanni ita se habet: GENIO AVER ‖ NORVM ‖ SEXTVS PROCIL. SV ‖ AVIS AEDVVS. — De qua διττογραφίᾳ videsis Hagenb. *Epp. epigr.* p. 128.

194. D. M. ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ C. VLATTI MELEAGRI IIIIII VIR. AVG. C. C. C. AVG. LVG. 1) PATRONO EIVSDEM ‖ CORPORIS. ITEM PATRONO OMNIVM ‖ CORPOR. LVG. LICITE COEVNTIVM ‖ MEMMIA CASSIANA CONIVNX ‖ SARCOFAGO CONDIDIT ET S. A. D. 2) — Lugduni. Grut. 399, 4. correctius ap. Spon *Misc.* p. 170, 3.

1) Coloniae Claudiae Copiae Augustae Lugdunensis. Ita enim efferre praestat, quam *Lugduni.* cfr. Spon. p. 173, 2. Col. Iulia Philippensis — Col. Iul. Pariana cet. 2) sub ascia dedicavit.

195. De monumentis Lugdunensibus consulendus est liber: *Discours sur les médailles d'Auguste et de Tibère, par F. Artaud. Lyon.* 1820. 4. cfr. *Wiener Jahrbücher* 21. p. 157. seqq. ubi de Ara Lugdunensi Romae et Augusto, de alia Augusto soli dicata et Templo Augusti agitur. Ibid. habes accuratam repetitionem Arae Narbonensis. (*Wien. Jahrb.* l. l. p. 168.)

196. AVGVSTO SACRVM ‖ ET GENIO CIVITATIS ‖ BIT. VIV. 1) — Burdigalae. (Bordeaux) Grut. 227, 7. Millin *Voyage* 4, 2. p. 645.

1) Biturigum Viviscorum, populi, cuius caput erat Burdigala s. Burdegala. Ibid. (Millin. p. 650.) *Inderca Inder* ‖ *cilli Fil.* quod, ut similia, notandum, propter nomina Gallica.

197. C. ALLIO. C. F. ‖ VOLT. CELERI ‖ IIII VIR. FLAM. ‖ AVGVR. COL. I. ‖ APT. [1]) EX. V. DEC.[2]) ‖ VORDENSES[3]) ‖ PAGANI PATRONO. — Aptae. Spon *Misc.* p. 164, 4.

1) Col. Iuliae Aptae. 2) ex vicanorum decreto. HAGENB. Mss. 3) Pagum Vordensium in territorio urbis *Apt en Provence* Geographis ignotum esse scribit Sponius. At quum inter Apt et Carpentras in finibus Aptensium sit vicus Gordes, Vordenses eo minus etiam latere possunt, quod G. et W. Celtis millies alternent. HAGENB. Mss. Idem sentit Reichardus.

198. L. ET. INNONI. B. OP. ‖ IMPER. PONI. ‖ NEMAVSENSES. — Ledemoni prope Nemausum. Reines. p. 1007, 2. Spon *Misc.* p. 80, 17. „Vide si sine mutatione ullius literulae possit ita legi: „Letinnonibus Oppidanis imperaverunt p. N.," ob meritum nescio quod, ut Civi in inopia Astenses sustentanti Resp. Astensis lapidem ponit ap. Spon *Misc.* p. 159, 5. Lettinones autem fuerint incolae Ledemoni." HAG. Hos ignorat Reichard.

199. C. SENNIVS C. F. VOL. SABINVS. PRAEF. FABR ‖ BALINEVM. CAMPVM PORTICVS AC. AQVAS. IVSQVE ‖ EARVM AQVARVM TVBO DVCENDARVM. ITA VT RECTE ‖ PRAEFLVERE POSSINT. VICANIS ALBINNENSIBVS. D. S. D. — Alby in comitatu Genevensi. Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 21. Mur. 485, 3.

200. MEMORIE AETERNALI ‖ AEBVTI AGATHONI ‖ IIIIII VIRO AVG. CORP COL. IVL. ‖ PATER. AREL.[1]) CVRAT. EIVS‖DEM CORP. BIS. ITEM IIIIII VIRO COL. IVL. APTAE ‖ NAV‖TAE ARARICO CVRATORI ‖ PECVLI RP. GLANICO.[2]) QVI ‖ VIXIT ANNOS LXX ‖ AEBVTIA EVTYCHIA PATRO‖NO ERGA SE PIENTISSIMO. — Glani Livii, hodie Saint Remy. Caylus *Recueil* T. VII. p. 263.

1) Coloniae Iuliae Paternae Arelatensis. 2) Reip. Glanicorum.

201. SEXLMIVLIEICFPARENTIBVSSVEIS. [1]) — Glani prope Saint-Remy; inscriptio Mausolei. Millin *Voyage* 3, p. 397.

1) i. e. Sextus, Lucius, Marcus Iulii, Caii filii — Huc titulum istum sepulcralem collocavimus, quia inter eruditos Gallos celebratur propter duodecim minimum interpretationes diversas, quos adhuc expertus est.

202. PAGANI PAGI LVCRETI[1]) QVI SVNT ‖ FINIBVS ARELATENSIVM LOCO GARGARIO ‖ Q. COR. MARCELLI LIB. ZOZIMO IIIIII VIR ‖ AVG. COL. IVL. PATERNA ARELATE OB ‖ HONOREM EIVS. QVI NOTVM FECIT ‖ INIVRIAM NOSTRAM OMNIVM SECVLORVM ‖ SACRATISSIMO PRINCIPI T. AELIO ANTONINO ‖ . . . . . R. ROMAE MISIT. PER MVLTOS ANNOS ‖ AD PRAESIDES PROVINCIAE PERSECVTVS EST ‖ INIVRIAM NOSTRAM SVIS IMPENSIS OB HOC ‖ DONAVIT NOBIS INPENDIA QVAE FECIT ‖ VT OMNIVM SECVLORVM SACRATISSIMI PRINCIPIS IMP. CAES. ANTONINI AVG. ‖ PII BENEFICIA DVRARENT PERMANERENTQVE[2]) ‖ QVIBVS FRVEREMVR . . . S ET BALINEO GRATVITO QVOD ‖ ABLATVM ERAT PAGANIS . . . QVOD VSI FVERANT ‖ AMPLIVS ANNIS XXXX. — In pago Gemenos 4. Leucis ab Aquis Sextiis. Spon *Misc.* p. 165, 1. —

1) Pagus Lucretius Geographis ignotus situs erat prope locum *S. Jean de Garguies*, ubi repertus est lapis. 2) ita Spon *Voy.* T. 3. 1. p. 32. in *Misc.* habet: *permarentque.*

203. Q. VIBIO SECVNDINO ‖ QVI VIXIT AN. XII. M. VI. D. VIII ‖ Q. VIBIVS Q. FIL. SALIN. CAPITO ‖ FILIO SVPRA MODVM AETATIS ‖ PIENTISSIMO ‖ SIBI POSTERISQVE SVIS FECIT. — In Provincia ad Varum. Spon *Misc.* p. 198, 4. Notandum patriam (SALINiensis, hodie *Castellane* Spon. s. potius *Seillans* D'Anville p. 568.) h. l. ante cognomen legi, quo loco alias tribus legi solet. Eundem usum in libertorum patria indicanda deprehendisse sibi visus est Gudius. Ind. C. XII. s. v. *Agor.* et *Thars.* Sed hoc prorsus incertum.

204. NVMINI AVGVSTI ‖ SACRVM ‖ SECVNDVS SEMBEDO ‖ NIS FIL. NOMINE ‖ VICANORVM AQVEN ‖ SIVM. ET SVO FECIT. — Bagnères, apud antiquos vel Aquae vel Vicus Aquensis, ut vult Millin; sed illud praefero. Grut. 112, 7. Millin *Voyage* 4, 2. p. 490. In eodem oppido (ib. p. 491.):

205. NYMPHIS ‖ PRO SALV ‖ TE TVA SE ‖ VER. SERA ‖ NVS. V. S. L. M. — Ceterum Reichard. fol. 29, 1. b. Aquas Convenarum habet pro Bagnères. v. Millin.

* * *

206. D. R. S. 1) ‖ DVPL. N. EXPLOR 2) ‖ BREMEN. ARAM INSTITVERVNT ‖ N. 3) EIVS. C. CAEP ‖ CHARITINO TRIB ‖ V. S. L. M. — Bremenii, unde Bremenienses vel Brementani, hodie Riechester. Mur. 111, 1.

1) Dianae Reginae Sacrum. Mur. An Deae Romae s. an Deae Respicienti i. e. Fortunae, an Deae Reginae ex Mur. 112, 9. (IN H. D. D. ‖ DEAE REGINAE ‖ VICANI SE ‖ GORIGIENSES. — Infra Coloniam Agrippinam. Segorigium, Woringen. v. Reichard.) HAGENB. 2) *Duplarii Numeri Exploratorum.* 3) *numini eius* Mur. Malim *Nomine eius* scil. *Numeri*, τάγματος. HAGENB.

207. — — — DEC. COLONIAE GLEV 1) ‖ VIX. AN . . . . I. XXX QVI — — — Batoniae in Anglia. Grut. 498, 3.

1) Glevum, Glebon, hodie Glocester, olim Caer - Glovi. Reichard.

208. GN. MVNATIVS. M. F. PAL ‖ AVRELIVS BASSVS ‖ PROC. AVG ‖ PRAEF. FABR. PRAEF. COH. III. ‖ SAGITTARIORVM. PRAEF. COH. ITERVM II. ‖ ASTVRVM. CENSITOR CIVIVM ‖ ROMANORVM COLONIAE VICTRI ‖ CENSIS. QVAE EST IN BRITTANNIA ‖ CAMALODVNI. 1) CVRATOR ‖ VIAE NOMENTANAE. PATR. EIVSDEM ‖ MVNICIPI. FLAMEN PERPETVVS ‖ DVVMVIRALI POTESTATE ‖ AEDILIS DICTATOR. 2) IIII. — Prope novum Nomentum. Grut. 439, 5. emendatius ap. Fabrett. p. 29, 129.

1) hodie Colchester. 2) Grut. DEDICATOR. Sed cfr. Cap. de Re mun. Otto *Aedil.* p. 433. Marini *Atti* 1. p. 258. — *Censitor civium Romanorum* est etiam ap. Gud. 130, 9.

§. 5. HELVETIA.

A. Lapides in Valle Poenina, (Grut. 376, 6.) sive Valesia (quo vocabulo usus est Simlerus nostras) (*Wallis*) reperti.

a) AGAVNI s. TARNAIAE, (*St. Maurice*:)

209. IMP. CAES ‖ DIVI. F. AVGVST. ‖ COS. XI. TRIBVN. POTEST 1) ‖ PONTIFICI MAXIMO ‖ NANTVATES PATRONO. —

E Guichenon *Hist. de Savoye*. T. I. p. 43. Spon *Misc*. p. 192. Hagenb. *Mss. I*. p. 115. Alium typum mutilum dat Haller I. p. 53., sed de nostri sinceritate haud dubitandum. Similis, nisi idem prorsus, est Agauni 1816. denuo effossus, in *Schweizerischer Geschichtsforscher* 2. 1. p. 160. IMP. AVG. IVLI (leg. DIVI) F. ‖ TRIB. POT. PONTIF. M. ‖ NANT. PATRONO DD.

1) Nihil deest: nam Augusti Consulatu XI. u. c. 731. incepit eiusdem Tribunicia Potestas. v. Eckhel *D. N.* 6, 91.

210. L. CAESARI. AVGVSTI F ‖ DIVI I.[1]) NEPOTI PRINCIPI ‖ IVVENTVT. COS. DESIG. — Tschudi *Mss*. p. 415. Hagenb. *Mss*. 1. p. 107. corrupta et mutila apud Grut. 1022, 3.

1) *Iulii*. Fortasse in lapide ipso sunt literae ligatae IVL.

211. . . RVSO CAESARI ‖ AVGVSTI. F. DIVI AVGVSTI ‖ NEPOTI. DIVI IVLII PRONEP. ‖ AVGVRI. PONTIF. QVAESTORI ‖ . LAMINI AVGVSTALI. COS. II ‖ . RIBVNICIA POTESTATE II ‖ . . . IIII[1]) VALLIS ‖ POENINAE. — Haller 1. p. 64.

1) Civitates vel gentes IV. Seduni, Nantuates, Veragri, Viberi. cfr. Plin. *H. N.* 3., 20. (24. *Harduin*.)

212. Plantinus p. 326.: „Inscriptionem Tito Vespasiano factam se reperisse Agauni testatur Guillim. L. 2. p. 157., sed quae praeter nomen et paucos characteres vix aliquid certi demonstraret." Simlerus *Vales*. p. 31. Multae praeterea inscriptiones in templi pavimento, parietibus, et muro coemeterii visuntur, sed vetustate exesae et attritae sunt, ut vix paucissimae literae agnosci queant.

213. D. M. ‖ I. TINCIO VERECVNDO ‖ OMNIBVS HONORIBVS FVNCTO ‖ . . . MASSONIA M. F. ‖ VIRO OPTIMO . . . . . . — Ex Guichenon *Hist. de Savoye* T. I. p. 43. Murat. 750, 2. Ex alio, sed in quibusdam corruptiore Scheuchzeri p. 491. typo Hagenb. *Mss*. I. p. 118. ita probabiliter restituit: D. M ‖ L. TINCIO VERE ‖ CVNDO OMNI‖BVS HONORIBVS ‖ FVNCTO ‖ MASSONIA M. F ‖ VIRO OPTIMO ‖ POS. MARITA.

214. D. PANSIO. M. FI ‖ SEVERO. AN. XXXVI ‖ IV.[1]) DECVMINA MATER ‖ FIL. PIENTISSIMO. — Grut. 447, 8. Correctius ap. Hagenb. *Mss*. I. p. 85. et 111.

1) IVLIA omnibus literis Hotting. *Method*. p. 532.

215. M. PANSIO. COR[1]) ‖ M. FILIO SEVERO ‖ II VIRO FLAMINI ‖ IVLIA DECVMINA ‖ MARITO. — Grut. 325, 13. et 699, 13. Hagenb. *Mss*. I. p. 111.

1) Cornelia tribu.

216. V. F[1]) ‖ IVLIA. DECVM.[2]) FIL ‖ DECVMINA ‖ FLAMINICA. — Grut. 325, 13. Hagenb. *Mss*. I. p. 89. Haller 2, p. 535.

1) *Viva fecit*. 2) *Decumi*, vel *Decumii*, potius quam *Decumini*. Hag.

217. SEX . . . F. . . . . L. . ‖ SEVERI . . . . . ‖ . . . . ‖ . . . . — Tschudi *Mss*. p. 418. Hagenb. *Mss*. I. p. 105.

218. D. M ‖ ANTONI. SEVERI NARBONAE[1]) (*sic*) DE‖FVNCTI. QVI VIXIT ANNOS XXV ‖ MENSES III. DIEBVS XXIV. ANTO-

NIVS ‖ SEVERVS PATER INFELIX CORPVS ‖ DEPORTATVM HIC CONDIDIT. — Haller 2, p. 534.

1) *Narbone* Martio, s. potius Marcio. v. Cicero *pro Fonteio* §. 3.

219. D M ‖ . . . M . . . . SER . . . . G . . . ‖ . . . M . . . ‖ . . . SE . . . P . . . R . . ‖ . . . AT . . . — Tschudi *Mss.* p. 415. Hagenb. *Mss.* 1. p. 91.

MASSONGIER (al. MARSONGER) prope *St. Maurice.*

220. SEX. VARENO ‖ T. FIL. SERG.[1]) ‖ PRISCO ‖ VI VIRO. AN. LVI ‖ VAREN.[2]) FRATRI ‖ OPTIMO. — Grut. 481, 10., qui male ponit in vico Massongeri prope Genevam. cfr. Guichenon T. 1. p. 43., ex quo velut ineditum dat Murat. 753, 9. Hagenb. *Mss.* 1. p. 92. et 4, p. 1. Haller 2. p. 538.

1) Sergia tribu. 2) VARENI duo, vel tres fratri. Haller.

FVLLY prope *St. Maurice.*

221. D. M ‖ QVARTILL ‖ AE VALERIAE ‖ SENTIVS SVC ‖ CESSIANVS CONIVGI ‖ INCOMPARABILI. — Guichenon *Hist. de Savoye* T. 1. p. 43. correctius apud Hagenb. *Mss.* 2. p. 55.

b) Lapides OCTODVRI (*Martinach*) eruti. Item ALPES POENINAE; tabulaeque votivae in earum vertice repertae.

222. . . . RI AVGVSTI F ‖ . . . I NEPOT ‖ . . . IPI IVVENTVTI ‖ . . . ICI. COS. DES. — Tschudi *Mss.* p. 422., qui melius quam a Paulo Gulielmio in Lipsii *Auctar.* p. 17. Grut. 235, 1. factum est, ita supplet: C. CAESARI AVGVSTI F ‖ DIVI IVLI NEPOTI ‖ PRINCIPI IVVENTVTIS ‖ PONTIFICI. COS. DESIG. cfr. Haller 1. p. 55.

223. V. M. OP. L . . . . . D. NN. ‖ IC. P. AV . . . . . MAXIMI . . ‖ F. MAXIMI . . . . T. CONST ‖ NOBILI. C. C. ‖ F. CL. VAL. ‖ M. I. — Haller 1. p. 280., qui omnino consulendus est.

224. D. D. N. N. ‖ MAXIMI. ET. CONST. ‖ NOBIL. C. C ‖ VOT. V. MVLT. X ‖ F. CL. V. ‖ M. II.[1]) — Haller 1. p. 281.

518. M. VLPIVS PRIMIANVS. PRAEF. AEG. ‖ VI. KAL. MARTIAS. D. N. IMP. SEV‖ERO AVG. COS. ITERVM. 1) HORA ‖ DIEI SECVNDA AVDI‖VI MEMNONEM. EGI GRATIAS. — ibid. v. *Description de Thébes* p. 115. (227.) Letronne. l. l. p. 264.

1) p. Chr. 194.

519. S. MITHRIDATICVS TRIBVNVS ‖ LEG. XXII. DEIOT. XIII. K. IVL. ‖ MEMNONEM AVDIVI H. I. — *Description de l'Égypte* *Paris* 1821. 8. T. 2. p. 223.

520. FVNIS VENNA VERTVLLA ‖ C. CETTI AFRICANI PRAE. AEG. ‖ VXOR AVDIVI MEMNONEM ‖ PRIDIE FEBR. 1) HORA

I S ‖ ANNO I. IMP. DOMITIANI AVG. ‖ CVM IAM TERTIO VENISSEM. — Ib. p. 215.

1) nota omiss. *Kal.* Eadem ex alia lectione: IVNIA SILVANA VE . . . ‖ CLELIA AFRICANI ‖ VXOR AVDI. MEMNONEM PRID. FEBR. HORA II. ‖ ANNO I. IMP. DOMITIANI AVG. ‖ CVM IAM TERTIO VENISSEM. — Pococke. p. 81. 3. (Hora I S. i. e. prima semis.)

521. SEX. LICINIVS PVDENS LEGIONIS XXII. ‖ XI. K. IANVARIAS. ANNO IIII D. N.[1] ‖ ‖ DOMITIANI CAESARIS AVGVSTI ‖ GERMANICI AVDI MEMNONEM. — *Description* p. 220.

1) Domini nostri titulo primus usus est Domitianus.

522. ANNO V. HADRIANI ‖ IMP. T. HATER . . ‖ NEPOS PRAEF. AEG AVDIT MEMNONEM ‖ XII. K. MART. HORA I-S. — Ibid. p. 215.

523. PETRONIVS PRAEF. AEG.[1] ‖ HORAM CVM PRIMAM CVMQVE ‖ HORAM SOLE SECVNDAM . . . E ‖ PROLATO OCEANO LVMINAT ‖ ALMA DIES ‖ VOX AVDITA MIHI EST TER ‖ BENE MEMNONIA. — Ib. p. 221.

1) De Praefectis Aegypti ordinandis praeclare meritus est Labus *di un' epigrafe Latina* p. 49. seqq.

524. CLAVDIVS MAXIMVS ‖ LEG. XXII. AVDIVI MEMNONEM ‖ HORA I SEMIS. C. AEMILIVS ‖ HORA PRIMA SEMIS AVDI‖VI VOCEM MEMNONIS. — Ex Nordenio Langlès in Millin *Mag. Encycl.* 1796. 3. p. 334.

525. D. M. ‖ MEMORIS ‖ FILI ‖ AVRELI ‖ CANARTHAE ‖ PRINCIPIS GENTIVM ‖ BAQVATIVM[1] ‖ QVI VIXIT ‖ ANN. XVI. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 101. v. Fabrett. C. V. N. XXXII.

1) Populus Mauritaniae Tingitanae.

526. C. IVLIO REGINO. DECVRION ‖ KARTHAG. AED. II VIR QVIN‖QVENNALICIO. GENTIS SEVERI ‖ . . . . . . ‖ . . . . CVRATOR ‖ SPLENDIDISSIMAE REIPVBLICAE ‖ THIMIDENSIVM REGIORVM.[1] ORD ‖ DECVRIONVM EX SPORTVLIS SVIS ‖ OB MERITA D. D. — Nunc Florentiae. Marini *Atti.* 2. p. 400. correctius, quam ap. Murat. 1059, 1.

1) v. Marini *Atti* p. 424. Ceterum de Africae veteris situ et oppidis in primis consulendus est Morcellius in *Africa christiana.* Vol. I.

527. D. M. S. ‖ SILICIANA ‖ MGIDDE - DO‖MOAFFRIKA.[1] EXIMIA PIETATE ‖ FILIVM SECVTA ‖ HIC SITA EST ‖ VIXIT AN. LXV. CR. IANVARI‖VS FIL. POSVIT. — Courscult. Mur. 1278, 9.

1) Ingeniose haec ita dilucidat Hultmann *Misc. Epigr.* p. 88. Silicia NAta Municipio GIDDE (alias *Gitti:* Itin. Ant. ed. *Wessel.* p. 60.) domo Africa, ut alibi, notante HAGENB., *Domo Cilix*, *Domo Siculus.* Nec minus probabiliter in alius feminae Afrae titulo sepulcrali versatus est idem Hultmannus p. 97.:

528. VICTORIA DE REGIONE MADMEDERE‖NSIVM[1] QVAE BIXIT ANN. XXXVI. QVE FECIT CVM MARITVM ANN. XIIII. ET ‖ MESES V ET DIES X. REMISIT FILIOS V. TE IN PACE. — Romae. Mur. 1056, 2.

1) legens *de regionem* (ead. constr., qua mox *cum maritum*) *Admederensium* in

Africa. cfr. Marini *Atti* 2. p. 405. Ita *Procurator regionis Thevestinae*. Maffei *Mus. Ver.* 272, 10. Omnino magnum libri Hultmanniani meritum in eo spectatur, quod erudite geographicas inscriptionum difficultates permultas solvit.

Complura saxa Africana, eius regionis geographiae illustrandae perquam utilia reperies in Maffeii *Mus. Ver.* p. 455. seqq. v. c. 463, 1. v. c. de Colonia Auziensi, Taciti *Auzea:*

529. Q. GARGILIO Q. F . . . ‖ PRAEF. COH . . . BRITAN ‖ TRIB. COH. MAVR. CAE . . . ‖ PRAEF. COH. SING. ET VEX 1) ‖ EQQ. MAVROR. IN TERRITORIO ‖ AVZIENSI PRETENDENTIVM 2) ‖ DEC. DVARVM COLL. 3) AVZIEN‖SIS ET RVSCVNIENSIS ET PAT. ‖ PROV 4) OB INSIGNEM IN CI‖VES AMOREM ET SINGV‖LAREM ERGA PATRIAM ADFEC‖TIONEM. ET QVOD EIVS VIR‖TVTE AC VIGILANTIA FA‖RAXEN 5) REBELLIS CVM SA‖TELLITIBVS SVIS FVERIT ‖ CAPTVS ET INTERFECTVS ‖ ORDO COL. AVZIENSIS ‖ INSIDIIS BAVARVM 6) DE‖CEPTO . . . . — in urbe Sour.

1) *Singularium et Vexillationum*. 2) cfr. Grut. 1096, 6. *Praeposito numerorum tendentium in Ponto*. It. 457, 6. 407, 1. Maff. 3) *Coloniarum*. cfr. Morcellii *Afric. Christ.* T. 1. p. 89. et 264. (*Auzuagenses* et *Rusconienses* is vocat.) 4) Patroni Provinciarum vix alias reperiuntur. 5) Eiusmodi plane nomina permulta leguntur in Corippi Iohanneide. v. c. *Antufiden*, *Bitipten* cet. 6) Docte Ptolemaei *Vabar* adductum a Maffeio. v. Cellar. *O. A.* T. 2. P. 2. p. 192. HAGENB. Ceterum ex Shawio *Voyage* 1. p. 104. dat etiam Donatus. T. 2. p. 287. initio habet *Praef. Coh . . . . Britaniae. Trib. Co . . .* MAVRCAE. in fine post *decepto* addit: P. P. F. D. D. VIII. KAL. FEBR. PR. CCXXI. — Quae ultima, nisi immanis subest corruptela, animadversione sunt dignissima, si quidem modum annos enumerandi continent alias vix occurrentem. PRovinciae, i. e. ex quo Numidia in provinciam redacta est, *anni* CCXXI. Id autem evenerat temporibus C. Iulii Caesaris. a. 46. ante Christum. v. Hirtius *Bell. Afric.* in fine. Appiani *Bell. Civ.* 4, 53. Itaque, nisi erramus, inscriptio haec referenda erit ad a. p. Chr. 176.

530. PONTI ‖ C. HELVIO C. F ‖ ARN. HONORATO ‖ AEDIL. II VIR. II. VIR. QQ . . ‖ . . CVRAT. ALIMENT. DISTRIB ‖ OB INSIGNES LIBERALITA‖TES IN REMPVB. ET CIV 1) ‖ AMOREM VIRO BONO ‖ COL. FVL. 2) CVRVBIS DD. PP. 3) — Gurbae. ib. 463, 3.

1) cives. 2) „Id est, *Colonia Fulminatrix*, ut ego quidem legendum puto, cognomine a legione accepto, quam illuc M. Aurelius Aug. deducendam curaverit." Morcelli *Africae Christianae* T. 1. p. 149. 3) Decurionum Decreto Publice Posuerunt.

531. ALTISSIMO. 1) SAECVLO DDD. NNN 2) ‖ ORB . . . TORI . . . 3) INDVLTA PACE ‖ CIVI. 4) THIGNICENSIS PROC. 5) — Thignicae (nunc *Thigiba*) Donati 2. p. 344, 1. cfr. 343, 7.

1) fuitne: BEATISSIMO? 2) trium dominorum nostrorum. 3) Orbi terrarum? 4) civitas. 5) Procuravit.

532. . . . . REIPVBLICAE SPLENDI‖DISSIMAE COTVZAE SACRAE ‖ VALERIVS IANVARIVS . . . — Cotuzae, hodie *Al Aleah*. Donati 2. p. 335, 9. ex Shawio.

533. IMP. CAES. P. LICINIO. ‖ VALERIANO. PIO. FELICI ‖ INVICTO. AVG. P. MAX. TRIB. POT. V. ‖ COS. III. P. P. PROCOS. ‖ ORDO DECVRIONVM TAB . . ‖ DENSIVM. 1) FECERVNT. — Goletta, in ipsis Carthaginis ruderibus. Muenteri *symbolae ad interpr. Ev. Ioannis*. Havniae 1826. p. 14.

1) Tabuda, quae et Thapsus Byzacensis.

CAPVT II.

MONVMENTA HISTORICA.

§. 1. ELOGIA.

Elogia historica, quae sequuntur, omnia fere Maffeio A. C. L. p. 126. novitatis nomine suspecta erant, quum iam ante Muratorius de plerisque dubitasset. Sed sincera esse antiquitatis monumenta ea saltem, quae hic exhibebuntur, demonstravit Morcellius *St.* T. 1. p. 256. egregie simul de eorundem usu atque origine disputans. Accedit nunc ad Florentina et Arretina eius generis saxa insigne Pompeianum, Romuli res gestas referens, quod novo documento nobis erit, antiquos tales titulos virorum clarorum statuis vel clypeis subscribere consuesse. Quaecunque eius generis mihi innotuerunt, ea hic exhibeo*).

534. ROMVLVS MART*is* ‖ *f*ILIVS VRBEM ROM*am* ‖ *condid*IT ET REG*n*AVIT ANNOS ‖ *qu*ADRAGINTA ISQVE A*crone* DVCE HOSTIVM *reg*E CAENINENSIVM ‖ *interf*ECTO SPOLIA OP*ima* ‖ *Iovi* FERETRIO CONSECRA*vit* ‖ RECEP*t*VSQVE IN DEORV*m* ‖ NVMERVM QVIR*ini nomine* ‖ APPELLAT*us est.* — Pompeiis in basi statuae. (Romuli?) Millin *Annal. encycl.* 1818. 1. p. 324. von Goro p. 131. Quae inclinatis literis excudi fecimus, supplementa sunt partim Romanellii, partim Feae. Reliqui auctores quum Romuli regno tribuant vel 35. vel 37. (Cic. *de Rep.* 2, 10.) vel denique 39. annos, Romanellius suppleverat P. M., *plus minus quadraginta;* sed, notante Fea, haec for-

*) Il Morcelli sospettò, che questi elogj fossero copia dei titoli sottoposti alle statue fatte innalzare da Augusto nel foro Romano, in onore de' più insigni repubblicani; e parve inchinato a credere che venissero dettati da Augusto stesso. Queste opinioni furono a lungo esposte non ha guari dal ch. Bartolommeo Borghesi, (*Giornale Arcadico* 1819. Vol. 1. p. 60.) il quale aggiunse essere da sospettare che le *vite degli uomini illustri*, che vanno sotto nome di Aurelio Vittore (se ne ignora però il vero autore) siano una antica *collettanea* dei titoli, che ornavano la basilica, o il foro di una qualche città. — Questa opinione del ch. Borghesi merita più ragionate ricerche prima di essere abbracciata; non essendo questo il luogo opportuno, ne tacerò per ora: aggiugnendo solo come io sia di parere che questi *elogj* fossero dettati da *Capitone;* il quale a dire di Plinio (*Lib.* 1. *Ep.* 17.) onorando religiosamente i grandi uomini soleva scrivere sotto le immagini di essi la memoria delle gesta, e delle virtù onde ebbero fama. — Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 78.

mula serioris aevi est, neque exstat in lapidibus ante titulum *Rhodontr*, Domitiae Augustae servi, ap. Grut. 590, 2.

535. M. VALERIVS ‖ VOLVSI F. ‖ MAXIMVS. ‖ DICTATOR. AVGVR. PRIMVS [1]) QVAM VLLVM MAGISTRATVM GERERET ‖ DICTATOR DICTVS EST. TRIVMPHAVIT ‖ DE SABINIS ET MEDVLLINIS. PLEBEM ‖ DE SACRO MONTE DEDVXIT. GRATIAM ‖ CVM PATRIBVS RECONCILIAVIT. FOE‖NORE [2]) GRAVI POPVLVM SENATVS HOC ‖ EIVS REI AVCTORE LIBERAVIT. SELLAE ‖ CVRVLIS LOCVS IPSI POSTERISQVE ‖ AD MVRCIAE SPECTANDI CAVSSA DATVS ‖ EST. PRINCEPS IN SENATVM SEMEL ‖ LECTVS EST. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 235. Morcelli 1. p. 261., qui in his omnibus semper conferendi sunt.

1) Fuitne PRIVS? 2) pro *fenore*, suspicionem movet.

536. . . . VEIOS POST VRBEM ‖ CAPTAM COMMIGRA ‖ RI PASSVS NON EST ‖ ETRVSCIS AD SVTRIVM DEVICTIS. AEQVIS ET ‖ VOLSCIS SVBACTIS ‖ TERTIVM TRIVMPHA‖VIT. QVART . . . . SE ‖ VELITERN . . . . — Florentiae. Gori *Etr.* 1. p. 96. Hoc elogii fragmentum ad Camillum pertinet.

537. . . . ADERENT. [1]) CAPITOLIV . . . . ‖ . . STALES. CAERE. DEDVXIT . . ‖ . . QVE. RITVS. SOLLEMNES. NE ‖ . . . RENTVR. [2]) CVRAI. SIBI. HABVIT ‖ . . ERATA. [3]) SACRA. ET. VIRGINES ‖ . . . XIT. — Romae in Pantheo fuisse dicitur. Aldi *Orthogr.* in v. *sollemne.* Fabrett. p. 751, 584. cuius typum do. Mur. 172, 4; et 491, 1 cum *διττογραφίαις*.

1) VIDERENT Mur. 1. . . RNI CAPITOLINI. Mur. 2. 2) An *violarentur?* 3) VENERATA. Mur. 1. . . . DERATA. Mur. 2. Sermo est de Flamine Quirinali, qui, antequam Galli Vrbem occupassent, Vestales in oppidum Caere deduxit. Liv. 5, 40.

Incertius est sequens:

538. . . . CONSILIIS PVBLICIS COS. AN‖NVM EXPLETVRVS APPII CLAV‖DII. MORTEM EIVS IVSTITIO PER CONSILIVM OMNES LVXERVNT ‖ CENSVRAM INSIGNIBVS DECORATAM QVAM . . . ‖ — Romae. Apianus p. 231, 1. minus integrum ap. Grut. 493, 2.

539. APPIVS CLAVDIVS ‖ C. F. CAECVS ‖ CENSOR COS. BIS. DICT. INTERREX III. PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COM‖PLVRA OPPIDA DE SAMNITIBVS CEPIT. ‖ SABINORVM ET TVSCORVM. EXERCI‖TVM FVDIT. PACEM FIERI CVM PYRRHO ‖ REGE PROHIBVIT. IN CENSVRA VIAM ‖ APPIAM STRAVIT. ET AQVAM IN ‖ VRBEM ADDVXIT. AEDEM BELLONAE ‖ FECIT. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 237. Morcelli *St.* 1. p. 263.

540. . . . . BELLO SAMNITIVM ‖ CVM AVSPICII REPE‖TENDI CAVSSA ROMAM ‖ REDISSET. ATQVE INTE‖RIM. Q. FABIVS AMBVSTVS ‖ MAXIMVS. MAGISTER ‖ EQVITVM. INIVSSV ‖ EIVS PROELIO CON‖FLIXISSET . . . . ‖ — Romae.

Grut. 298. 4. v. Borghesi *Nuovi Fasti Cap.* 2. p. 42. Pertinet ad L. Papirium Cursorem dictatorem a. u. c. 429.

541. (*Q. Fabius*) Q. F. MAXIMVS. ‖ DICTATOR BIS. COS. V. CEN‖SOR. INTERREX. II. AED. CVR ‖ Q. II. TR. MIL. II. PONTIFEX. AVGVR ‖ PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBE‖GIT. EX IIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET ‖ QVARTO HANNIBALEM COMPLVRI‖BVS VICTORIS FEROCEM SVBSEQVEN‖DO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO ‖ EQVITVM MINVCIO. QVOIVS POPV‖LVS IMPERIVM CVM DICTATORIS ‖ IMPERIO AEQVAVERAT. ET EXERCITVI ‖ PROFLIGATO SVBVENIT. ET EO NOMI‖NE AB EXERCITV MINVCIANO. PA‖TER APPELLATVS EST. CONSVL QVIN‖TVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHA‖VIT. DVX AETATIS SVAE CAVTISSI‖MVS ET REI MILITARIS PERITISSIMVS ‖ HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATVM ‖ DVOBVS LVSTRIS LECTVS EST. — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 241. Morcelli *St.* 1. p. 265.

542. L. AEMILIVS L. F. PAVLLVS ‖ COS. II. CENS. INTERREX. PR. AED ‖ CVR. Q. TR. MIL. TERTIO. AVG. ‖ LIGVRIBVS DOMITIS PRIORE ‖ CONSVLATV TRIVMPHAVIT ‖ ITERVM COS. VT CVM REGE ‖ . . . SE BELLVM GERERET AP ‖ . . . CTVS EST. COPIAS REG ‖ . . . . . VS. QVIBVS . . . AC ‖ . . . . DE I . . . . ‖ . . . . . . S. CEI . . . . ‖ — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 244.

543. C. MARIVS C. F. COS. VII. PR ‖ TR. PL. Q. AVG. TR. MILITVM. EX‖TRA SORTEM BELLVM CVM IVGVR‖THA REGE NVMIDIAE. COS. GESSIT ‖ EVM CEPIT. ET TRIVMPHANS IN ‖ SECVNDO CONSVLATV ANTE CVR‖RVM SVVM DVCI IVSSIT. TERTIVM ‖ COS. APSENS CREATVS. ET IIII COS. ‖ TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT ‖ V COS. CIMBROS FVDIT. EX IIS ET ‖ TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT ‖ REMPVBLIC. TVRBATAM SEDITI‖ONIBVS. TR. TR. PL. ET PRAETOR. QVI ‖ ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT ‖ VI COS. VINDICAVIT. POST LXX ANNVM ‖ PATRIA PER ARMA CIVILIA EXPVLSVS ‖ ARMIS RESTITVTVS VII COS. FACTVS ‖ EST. DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS ‖ AEDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR FECIT. VESTE TRIVMPHALI CALCEIS ‖ PATRICIIS [1]) . . . . — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 248. Morcelli l. l. p. 266.

1) Hic ex alio saxo apud Gor. adhaesit MVLTATIVS M. F. vel potius M. VLATIVS M. F. v. Gori l. l. p. 264. Aliam in Marii honorem inscriptionem, quae si sincera est, olim probabiliter in eiusdem Tropaeis in Via Flaminia Reg. IX. legebatur, videsis ap. Nardini 3. p. 138. Ἐπέχω.

544. M. LIVIVS M. F. C. N. DRVSVS PONTIFEX. TR. ‖ MIL. XVVIR [1]) STLIT. IVDIC. TR. PL. X. VIR. A. D. A. [2]) LEGE SVA ‖ ET EOD. ANNO XVIR. A. D. A. ‖ LEGE SAVFELIA. [3]) IN MAGISTRATV OCCISVS EST. [4]) — Romae. Reines. p. 423, 58., qui

multa incassum molitur. Cfr. Rein. *ad Rup.* p. 406. Rup. *ad Rein.* p. 326, et p. 375.

1) Lege XVir., ut et alibi erratum. HAG. 2) Agris dandis adsignandis. 3) *Servilia* volebat Rup. fortasse: *Saufeia.* 4) u. c. 662. Ceterum lapis est Piccartianus, ideoque suspectus.

545. L. LICINIVS L. F. ‖ LVCVLLVS COS. PR. AED. CVR. Q ‖ TR. MILITVM. AVG. ‖ TRIVMPHAVIT DE REGE ‖ PONTI MITRIDATE ‖ ET DE REGE ARMENIAE TI‖GRANE. MAGNIS VTRIVSQVE ‖ REGIS COPIIS ‖ COMPLVRIBVS PROELIIS. TERRA ‖ MARIQVE SVPERATIS ‖ COLLEGAM SVVM PVLSVM A ‖ REGE MITRIDATE ‖ CVM SE IS CALCHADONA CON‖TVLISSET. OBSIDIONE LI‖BERAVIT .... — Arretii. Gori *Etr.* 2. p. 255. Morcelli l. l. p. 268.

546. Inter manifesto commenticia eiusmodi elogia refero, quicquid contra dicit Morcellius, titulum L. Caecilii Metelli, Grut. 377, 4., quem longe etiam corruptiorem exhibet Mazochius: 19, 1. sibi, quod probe notandum, non visum, et a nescio quo exscriptum ex Plinii *H. N.* 7, 45. Item L. Siccii Dentati ap. Reines. p. 448. confictum ex Gellio L. 2, 11. Simili denique fraudi debemus sequentem: P. DECIVS DECI. F. ‖ PRIMVM COS. ‖ DE SAMNITIBVS ‖ TRIVMPHANS ‖ SPOLIA EX IEIS ‖ CERERI CONSECRAVIT ‖ ITERVM ET TERTIVM ‖ CONSVL .... — Romae. ex Mazochio. Grut. 26, 11. Aldi *Orthogr.* p. 757, 5. habet, ut Mazoch. *primo-tertio.* Sed lapidem esse spurium demonstravit Hagenb. *de Diptycho Br.* p. V. „quid praefert Decianus lapis? ipsum Aurelii Victoris *de viris illustr.* initium Cap. XXVII. —"

§. 2. MONVMENTA HISTORICA A P. VALERIO POPLICVLA VSQVE AD C. IVLIVM CAESAREM, HVIVSQVE AEQVALES.

547. P. VALESIVS VOLESI F. ‖ POPLICVLA ‖ IOVI. IVNONI ‖ SAC. ‖ P. PETRON. RESTITVIT. — Romae. Grut. 6, 5. Hic neutiquam suspectus esse debet, quum sit titulus, ut habemus nummos, restitutionis. Verum hunc quoque defendit Borghesius *Nuovi Fasti Cap.* 1. p. 46.:

548. * P. VALESIVS ‖ VOLVSI F. ‖ POPLICOLA ‖ IGNIFERVM CAMPVM ‖ DITI PATRI. AETER‖NAIQ. PROSERPINAI ‖ CONSECRAVEI. LVDOS ‖ Q. EISDEM DIEIS ‖ POPVLI ROMANI ‖ SALVTIS ERGO FECEI. — Romae. Grut. 97, 2. — Quid multa? infeliciter admodum est conversus ex Graecis Zosimi Lib. 2, 3. *Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας τὸ πῦρ Ἀρείου πεδίου Ἅδῃ καὶ Περσεφόνῃ καθιέρωσα, καὶ θεωρίας ἤγαγον Ἅδῃ καὶ Περσεφόνῃ ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας.* Cfr. Spon *Misc.* p. 3.

549. (*C. Duilios. M. F. M. N. Consol advorsum Poenos en Siceliad Secest*) ANO(*s socios Rom. obsidioned crave*)D EXEMET LECIONES R(*efecet dumque Poenei m*)AXIMOSQVE MACISTRATOS L(*ecionumque*

*duceis ex n)*OVEM CASTREIS EXFOCIVNT MACEL(*am opidom opp)*VCNANDOD CEPET ENQVE EODEM MAC(*istratod bene r)*EM NAVEBOS MARID CONSOL PRIMOS C(*eset socios*) CLASESQVE NAVALES PRIMOS ORNAVET PA(*ravetque*) CVMQVE EIS NAVEBOS CLASEIS POENICAS OM(*neis et max*) SVMAS COPIAS CARTACINIENSIS PRAESENTE(*d sumod*) DICTATORED OL(*or*)OM IN ALTOD MARID PVCN(*ad vicet*) XXXQVE NAVI(*s cepe*)T CVM SOCIEIS SEPTEM (*milibos quinresm*)OSQVE TRIRESMOSQVE NAVEIS (*XIV. merset. tonc aur*)OM CAPTOM NVMEI φφφ DC . . . (*pondod arcen*)TOM CAPTOM PRAEDA NVMEI cccIↄↄↄ (*pondod crave*)CAPTOM AES cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ cccIↄↄↄ . . . . . (*is qu*)OQVE NAVALED PRAEDAD POPLOM (*rom. deitavet atque*) CARTACINI(*ens*)IS (*ince*) NVOS D(*uxet triumpod cum XXX rostr*)EIS (*clasis*) CARTA(*ciniensis captai quorum erco S. P. Q. R. hanc colomnam eei P.*) — Inscriptio Columnae rostratae Duilii. v. Ciaccon. in *Col. Rostr. Inscr.* in Graev. *Ant. R.* T. IV. p. 1811. Nos Grotefendii lectionem ac supplementa exhibuimus. (*Lat. Grammatik.* 2. p. 292.) Alia habet Lanzi *Saggio.* 1. p. 148. Supplementa uncis sunt inclusa.

* * *

Inscriptiones omnes Monumenti Scipionum extra Portam Capenam detecti a. 1780. et a Viscontio illustrati:

550. CORNELIVS LVCIVS SCIPIO. BARBATVS.[1] GNAIVOD[2] PATRE ‖ PROGNATVS. FORTIS VIR SAPIENSQVE. QVOIVS FORMA VIRTVTEI[3] PARISVMA ‖ FVIT. CONSOL[4] CENSOR AIDILIS. QVEI FVIT APVD VOS. TAVRASIA. CISAVNA ‖ SAMNIO[5] CEPIT. SVBIGIT OMNE LOVCANA.[6] OPSIDESQVE ABDOVCIT. — Monum. degli Scip. *Tav.* 3. p. 8. Versus sunt Saturnii. Cfr. Niebuhr *Röm. Geschichte*, *zweite Ausg.* 1. p. 263. et 657.

1) Proavus Scip. Afric. maioris. 2) *Gnaeo* cum digamma aeol. 3) ita in Tabula aeri incisa. p. 10. *virtute.* 4) u. c. 456. 5) Taurasiam, Cisaunam in Samnio, u. c. 459., ut videtur. 6) omnem Lucaniam.

Supra legitur:

551. AVLLA CORNELIA GN. FILIA HISPALLI. — i. e. Cneii Cornelii filia, Hispali uxor.

552. HONC OINO PLOIRVME COSENTIONT R . . . ‖ DVONORO OPTVMO FVISE VIRO ‖ LVCIOM. SCIPIONE. FILIOS BARBATI ‖ CONSOL CENSOR. AIDILIS.[1] HIC FVET . A . . ‖ HEC CEPIT CORSICA. ALERIAQVE VRBE ‖ DEDET TEMPESTATIBVS AIDE MERITO — Ibid. *Tav.* V. p. 14.

1) Versus sunt Saturnii. Hunc unum plurimi consentiunt Romae (potius quam: Romani) bonorum optimum fuisse virum, Lucium Scipionem. Filius Barbati — hic fuit apud vos. Consul fuit u. c. 494. Censor 495. Aedilis 466.

Titulus rubricatus eiusdem:

553. L. CORNELIO L. F. SCIPIO ‖ AIDILES. COSOL. CESOR. — v. Ib. p. 16.

554. CN. CORNELIVS CN. F. SCIPIO HISPANVS ‖ PR. AID. CVR. Q. TR. MIL. II. XVIR SL. IVDIK ‖ X. VIR SAC. FAC.
VIRTVTES GENERIS MIEIS MORIBVS ACCVMVLAVI
PROGENIEM GENVI. FACTA PATRIS PETIEI.
MAIORVM OPTENVI LAVDEM. VT SIBEI ME ESSE CREATVM
LAETENTVR. STIRPEM NOBILITAVIT HONOR.

Ibid. p. 17. Videtur fuisse filius Cn. Scipionis Hispali, Consulis u. c. 578. Alter eiusdem, ni fallimur, filius hunc habet titulum:

555. L. CORNELIVS CN. F. CN. N. SCIPIO. MAGNA SAPIENTIA ‖ MVLTASQVE VIRTVTES AETATE QVOM PARVA ‖ POSIDET HOC SAXSVM. QVOIEI VITA DEFECIT. NON ‖ HONOS. HONORE IS HIC SITVS. QVEI NVNQVAM ‖ VICTVS EST VIRTVTEI. ANNOS GNATVS XX IS ‖ L . . . . .[1]) MANDATVS. NE QVAIRATIS HONORE ‖ QVEI MINVS SIT M . . . . — Ib. p. 18. Versus sunt Saturnii.

1) *laudi est* censeo supplendum, ut laus honori opponatur. Viscontius nimis antique supplevit *lausis*, i. e. lessui, lugubri lamentationi. v. Plaut. *Trucul.* 4, 2, 18. Varro *ap. Non.* 1, 124. Sed vox ista, modo sit Latina, quartae debet esse declinationis, unde Grotefendius (*Lat. Gramm.* 2. p. 196, quem omnino consule de his inscriptt.) praetulit *lausibus*. Sed nostrum facilius est.

556. L. CORNELI L. F. P. N. ‖ SCIPIO QVAIST.[1]) ‖ TR. MIL. ANNOS . GNATVS XXXIII ‖ MORTVOS. PATER[2]) ‖ REGEM ANTIOCO ‖ SVBEGIT. — Ib. p. 19.

1) u. c. 588. 2) Scipio Asiaticus.

557. (*Co*)RNELIVS L. F. L. N. ‖ (*Sci*)PIO ASIAGENVS ‖ COMATVS. ANNORV. ‖ GNATVS XVI. — Ib. p. 20. Filius est praecedentis.

558. QVEI APICEM INSIGNE DIALIS FLAMINIS GESSISTEI ‖ MORS PERFECIT (*t*)VA. VT ESSENT OMNIA ‖ BREVIA. HONOS FAMA VIRTVSQVE GLORIA ATQVE INGENIVM. QVIBVS SEI ‖ IN LONGA LICVISSET TIBE VTIER VITA ‖ FACILE SVPERASES GLORIAM ‖ MAIORVM. QVARE LVBENS TE IN GREMIV. SCIPIO RECIPIT TERRA. PVBLI ‖ PROGNATVM PVBLIO. CORNELI. — Ib. p. 20. Versus sunt Saturnii. Filius est Africani maioris, pater adoptivus minoris, sive Aemiliani.

[In eodem monumento reperti sunt etiam hi tituli inter XXI alios tum libertorum, maximam partem Corneliorum, tum militum, feminarumque nulla cognatione ad Scipiones pertinentium, ac fragmenta IX:

559. CORNELIA GAETVLICI F ‖ GAETVLICA. — Ibid. p. 21. Viscontio est filia Cn. Cornelii Cossi Lentuli Cos. u. c. 752., et amita sequentis adolescentuli:

560. M. IVNIVS SILANVS ‖ D. SILANI · F. GAETVLICI ‖ NEPOS. COSSI PRON. LVTATIVS CATVLVS X VIR ‖ STLITIB. IVDIC. SALIVS COLLIN. VIXIT ‖ ANNIS XX. MENSIBVS VIIII. — Ib. p. 21. et Marini *Atti.* 1. p. 86. De Cornelia Gaetulica cfr. Marini *Atti.* T. 1. p. 66.

561. (*Corne*)LIO TACITO . . . . ‖ ANNIS DVOBVS ‖ . . SIBVS X. DIEBVS ‖ II. HORIS X. FECIT LVCRETIA TACITA ‖ MATER FILIO B. M. ‖ ET SIBI ET SVIS. POSTERISQVE EORVM. — Ib. p. 22. Viscontius suspicatur, fuisse hunc Taciti historici fratrem, de quo Plin. *H. N.* 7, 16. Sed hoc prorsus incertum.]

562. M. FVLVIVS. M. F. ‖ SER N. NEPOS. ‖ AETOLIA. CEPIT. — Tusculi. Nibby *Viaggio* 2, p. 38. Est M. Fulvius Nobilior Cos. u. c. 565.

563. L. MVMMI. L. F. COS. DVCT. ‖ AVSPICIO. IMPERIOQVE ‖ EIVS. ACHAIA. CAPT. CORINTO ‖ DELETO. ROMAM. REDIEIT ‖ TRIVMPHANS. OB. HASCE ‖ RES. BENE. GESTAS. QVOD ‖ IN. BELLO. VOVERAT. ‖ HANC. AEDEM. ET. SIGNV ‖ HERCVLIS. VICTORIS ‖ IMPERATOR. DEDICAT. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 30. Versus sunt Saturnii.

564. In basi duarum statuarum, Corintho, ut videtur asportatarum: ap. Fabr. p. 400. 293. L. MVMMIVS. COS. ‖ VICO. — (Scil. Trebulae Mutuescae. Strabo 8, 23. p. 278. Tzschuck. *σχεδὸν δέ τι τὰ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων ἐν Ῥώμῃ τὰ πλεῖστα καὶ ἄριστα ἐντεῦθεν (ἐκ Κορίνθου) ἀφῖκται. τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἔσχον.* Plutarch. *Mar.* 1. *Γαΐου Μαρίου τρίτον οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ὄνομα, καθάπερ οὐδὲ Κοΐντου Σερτωρίου, — οὐδὲ Λευκίου Μομμίου.*)

565. * Q. SERVIL. CN. F ‖ CAEPIONI. COS[1]) ‖ CENS. TRIVM‖PH. PATRIAE. ‖ LIB. DECVR. ‖ VERONEN ‖ OB IVDICIA RESTITVTA ‖ S. M. — Veronae. Grut. 468, 5. e Panvinio. Maffeii *Mus. Ver.* 175. v. eund. *Art. crit. lap.* p. 190. Iamdudum haec inscriptio inter spurias relata est a Viris doctis, neque ego utpote in re manifesta, ullam eius rationem habuissem, nisi magna cum admiratione eruditissimum Klenze *Fragm. Leg. Servil.* p. XV. ab ea denuo deceptum vidissem.

1) u. c. 648.

566. C. QVINCTIVS C. F. VALG. PATRON. MVNIC ‖ M. MAGI. MIN.[1]) F. SVRVS. A. PATLACIVS Q. F. ‖ IIII. VIR. D. S. S.[2]) PORTAS TVRREIS MOIROS ‖ TVRREISQVE AEQVAS QVM (*sic*) MOIRO ‖ FACIVNDVM COIRAVERVNT — Aeclani s. Aeculani. Romanelli *Viaggio a Pompei* T. 1. p. 208.

1) M. Magius Minatius Cassitto et Romanellio idem videtur cum cognomine atavo Velleii Paterculi, strenuo Italici belli duce, cuius ille honorificam mentionem fecit *Hist.* 2, 16., nec repugnat antiquior sermo. 2) *de senatus sententia.*

567. L. CORNELIO L. F. ‖ SVLLAE FELICI ‖ DICTATORI ‖ VICVS LACI FVND.[1]) — Romae. Grut. 398, 5. cfr. Murat. 694, 5. Lips. habet *αὐτόπτης Auctarii sui* p. 17. 1. Alioqui suspectam habuissem, utpote quae a Fulvio Ursino primum edita sit!

568. * IOVI ‖ QVOD. PERICVLVM ‖ FELICITER. EVASERIT ‖ L. SVLLA ‖ V. S. L. M. — Inter Atinam et Soram in rupe. Gori

Etr. 2, 406, Mur. 7, 4. Mihi, ut Muratorio, fictitia, vel admodum certe suspecta videtur, etsi defendit Saxius *Miss.* 1. p. 30.

569. . . . . ‖ Q. III. VIR. A. A. A. F. F. AED. CVR. IVDEX. VENEFICIS. PR ‖ REPETVNDIS. CVRATOR. VIS. STERNVNDIS. COS. ‖ CVM. M. PERPENA.[1] — Romae. Fabrett. C. X. n. 553, correctius apud Marini *Atti* 1. p. 186., qui defendit a dubitatione Maffeii A. C. L. p. 463. refertque ad Claudium Pulchrum, consulem anni u. c. 624. Sed longe melius Borghesius in *Giornale Arcadico*, *Nov.* 1825 p. 228. primum versum ita supplet: *C. Claudius. Ap. F. C. N. Pulcher*, atque ad consulem a. u. c. 662. spectare docet.

1) Nota hanc scripturam pro *Perperna*. V. omnino Garatonium ad *Cic. pro Roscio Com.* p. 261.

570. M. TERENTIVS M. F. ‖ VARRO LVCVL[1] ‖ PRO. PR. TERMINOS[2] RESTITVENDOS ‖ EX S. C. COERAVIT ‖ QVA P. LICINIVS[3] ‖ AP. CLAVDIVS[4] C. GRACCVS[5] III. VIR. ‖ A. D. A. ‖ [6] STATVERVNT. — Monte Giovio *prope Fanum*. Marm. Pis. p. 5. XIII. Murat. 486, 4.

1) Consul u. c. 681. 2) regionis Pisaurensis. 3) P. Licinius Crassus Mucianus Cos. 623. 4) Cos. u. c. 611. 5) tribunus pl. notissimus, 6) agris dandis adsignandis iudicandis. Circa 621. Vide de hoc lapide Giovenazzi *Aveia*. p. 90.

Ciceronum monumenta nuper inventa in *Arcano*, Ciceronis villa; (v. *ad Att* 10, 2. et *ad Q. Fr.* 3, 1. hodie *Arce*.)

571. Q. ET. M. TVLLIS Q. ET. M. FF. ‖ CICERONIBVS ‖ III VIREIS. AED. POT. MVNICIPI. ‖ ARPINATIVM D. D.

572. M. TVLLIO M. F. M. N. M. PN. COR.[1] ‖ CICERONI COS.[2] ‖ PRO. COS. PROV. ASIAE. LEG. IMP. ‖ CAES. AVG. IN SIRIA. ‖ PATRONO.

1) Marci fil. Marci nepotis, Marci pronepotis, Cornelia tribu. 2) Consul suffectus fuit M. T. Cicero Oratoris filius u. c. 724. ex Idibus Sept. v. Almelov. p. 104. et Piranesi *Fast.* p. 32. ad. u. 723. Candidi - Dionigi *Viaggi*. p. 45., penes quam sit horum lapidum fides.

573. M. T. CICERONE CONSVLE . . — Herculanei. Pococke p. 72. 5.

574. (*P*)OMPEIO G. N. ‖ MAGN. IMP. CONS. TER(*t.*) ‖ PATRONO PVBLICE. — Auximi. Zachariae *Excurs.* p. 275. cfr. A. Gell. *N. A.* 10. 1. Hic enim lapis suspectus non videtur. Ceterum vix ulla iam Pompeii exstant monumenta praeter hoc et Graecum recens in Troade repertum: *Ο ΔΗΜΟϹ ‖ ΓΝΑΙΟΝ ΠΟΜΠΗΙΟΝ ΓΝΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ‖ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ.* — v. Borghesi *Giornale Arcad.* 1825. p. 86.

575. CN. POMPEIVS POMPEIAE CN. ‖ MAGNI F. LIB. ‖ ISOCHRYSVS SIBI ET ‖ POMPEIAE MAXIMAE CONLIBERTAE ‖ SVAE. FEMINAE IVCVNDISSIMAE. EX QVA ‖ NIHIL VNQVAM DOLVI. NISI CVM DECESSIT ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS. ‖ H. M. H. N. S. — Romae. (de additamento ap. Fabrett.

p. 275. IVSSV IMP. CAESARIS || AVGVSTI || GERVLIS PED. III S. v. Don. p. 92, 84.)

576. POMPEIA CN. F. || MAGNA. || *ΠΟΜΠΕΙΑ ΜΑΓΝΑ.* — Smyrnae. De his saxis, propter quae acres contentiones exstiterunt inter Bimardum et Bouhierium, vide omnino Hagenb. *Epist. epigr.* p. 76. seqq. In priore quoque formula illa *ex qua -- decessit* satis arguit, sermonem non esse de liberta aliqua filiae Cn. Pompeii Magni, Caesaris inimici, sed longe posterioris alicuius ex eadem familia.

577. CAECILIAE. || Q. CRETICI F. || METELLAE || CRASSI.[1] — Romae. Grut. 377, 7. Immerito commenticia visa est Murat. 1799, 5. v. Maffei *Mus. Ver.* p. 289, 7. Saxii *Miss.* 1. p. 8.

1) Crassi divitis uxoris.

578. P. CLAVDIVS.[1] P. F. || AP. N. AP. PRON.[2] || PVLCHER. Q. QVAESITOR. || PR. AVGVR — Exstat in Villa Borghesia. Winkelmann *Werke.* 3. p. 127. Marini *Atti* 1. p. 63.

1) P. Clodii Trib. pl. Ciceronis inimici filius. 2) Appii nepos, Appii pronepos. Vide omnino Borghesium in *Giornale Arcad. Nov.* 1825. p. 232.

579. CLODIAE. VIR. VEST || APP. CLODI. F. PIISS || C. CLODIVS C. F.[1] — Romae. Fabrett. 30, 138.

1) Est filius C. Clodii praetoris a. u. c. 698. fratris P. Clodii trib. pl. memoratus cum altero fratre Asconio in argumento Milonianae. Vide Borghesi in *Giornale Arcad. Nov.* 1825. p. 236.

C. Iulii Caesaris paucissima exstant monumenta fide digna, eaque nullius fere pretii, veluti ap. Piranesi *Antichità.* II. T. LVII. Romae:

580. C. IVLI CAESARIS || L. APPAES.

581. * C. IVLIO CAESARI || PONT. MAX. || PATRI PATRIAE. — Brundisii. Mur. 219, 3. Suspecta, quia in nummis *Parens*, non vero Pater patriae dicitur. Nihilominus Suet. *Caes.* 76. — *cognomen Patris patriae.* Cfr. 85.

582. . . . IO CAESARI IMP || . . . DICTAT. ITERVM || . . . FICI MAX . . . || PATRONO MVN . . . || D. C. — Boviani. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 442. Haec minime suspecta mihi videtur.

583. * CAI. IVL. CAESAR HANC. VIAM. INVIAM. ROTABILEM. FECIT. — In monte supra mercatum Mauthen. — Ediderunt diversi, quorum nunc non recordor. Do ex Muchar 1. p. 250., qui hanc inscriptionem plerisque commenticiam visam vindicat testimonio episcopi Hohenwarth, *αὐτόπτου.* Potuit tamen Seculo XVI. saxo incidi. Mihi etiamnunc suspecta est.

584. * C. IVLIO C. F. CAESARI || IMP. TRIVMVIRO R. P. C.[1] || PATRONO D. D. — In S. Agathae, vulgo *de 'Goti;* reperta in atrio Cathedralis. Donati. 2. p. 457, 8. Romanelli *Topografia.* T. 2. p. 412.

1) Rei publicae constituendae. Ego vero de hoc quoque titulo dubito, qui Matth. Aegyptii (*Egizio*) nititur auctoritate.

585. GENIO DEIVI IVLI ‖ PARENTIS PATRIAE[1]) ‖ QVEM SENATVS ‖ POPVLVSQVE ‖ ROMANVS IN ‖ DEORVM NVMERVM ‖ RETTVLIT. — Aeserniae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 470.

1) Hic recte *Parens Patriae* appellatur; quocirca hanc inscr. sinceram reputo.

586. DIVO IVLIO IVSSV ‖ POPVLI ROMANI ‖ STATVTVM EST LEGE RVFRENA.[1]) — Romae in basi marmorea. Marini *Atti* 1. p. 39.

1) Lex ignota. Ceterum nota, Divum Iulium receptum non fuisse in Templum Divorum in Palatio ab Augusto exstructum, neque unquam eius mentionem fieri in Actis Fratrum Arvalium. v. Marini p. 387.

587. CASSIVS LONGINVS[1]) ‖ PRO. COS. ‖ TEMPE MVNIVIT. — In valle Tempe. — Pouqueville *Voyage* 3. p. 55.

1) Pouqueville refert ad Cassium Longinum Caesaris legatum. v. Caes. *de Bello Civ.* 3, 36. cet.

588. L. CAECILIO L. F. RVFO ‖ Q. TR. PL. PR.[1]) ‖ PROCOS. *ab altero latere:* DIS MANIBVS. ‖ SACRVM. ‖ L. CAECILI. RVFI. — In agro Nomentano. Reines. p. 401, 16.

1) Praetor u. c. 697. Reines. male habet P. v. Ruperti *Ep. ad Rein.* XLI. p. 351. HAGENB.

589. A. HIRTIVS. A. F. M. LOLLIVS C. F. CES.[1]) FVNDAMENTA MVROSQVE E SOLO FACIVNDA. COERAVER. EIDEMQVE PROBAVERE IN TERRAM FVNDAMENTVM EST PEDES LATVM XXXIII. IN TERRAM. AD IDEM EXEMPLVM. QVOD SVPRA TERRAM SILICI. — In arce Ferentina. Candidi-Dionigi *Viaggi.* p. 14. (cfr. Gruter. 166, 1.)

1) COS. Grut. 166, 1. sed 165, 3. CES. quod magnas turbas excitavit. Cfr. Fast. Almelov. ad a. 711. et 733. u. c. sed Dionigia recte *Ces.* explicavit Censores, ut supra habuimus *Cesor.* Typos alios v. ap. Grut. 165, 3. et Mur. 477, 1. e Boldetto p. 445.

590. L. MVNAT. L. F. L. N. L. PRON ‖ PLANCVS COS. CENS. IMP. ITER. VII. VIR ‖ EPVL. TRIVMPH. EX RAETIS. AEDEM SATVRNI ‖ FECIT. DE MANVB. AGROS DIVISIT IN ITALIA ‖ BENEVENTI. IN GALLIA COLONIAS DEDVXIT ‖ LVGDVNVM ET RAVRICAM. — Ap. Gaëtam. Grut. 439. 8. Visconti *Iconogr. Rom.* 1. p. 216. Mil. (In numismate (ib. p. 218.): PLANCVS COS. — S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. cum corona civica.) Ceterum Maffeius A. C. L. p. 339. sine causa celeberrimam illam inscript. suspectam habuit.

591. L. PLANCVS ‖ L. F. COS.[1]) ‖ IMP. ITER. ‖ DE MANIB.[2]) — Romae in lamina aerea. Caylus *Recueil.* T. III. p. 251.

1) u. c. 712. 2) de manubiis. Inscriptio ipsa, iam Ursino visa, sincera videtur Borghesio (*Giornale Arcad.* 1825. p. 361.), sed lamina Caylusii a falsario confecta. Est dedicatio aedis Saturni u. c. 737.

§. 3. AVGVSTVS. SCRIBONIA. LIVIA.

592. . . CAESAR | C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. PR.
. . I | PATER AVGVSTI
. . IC. Q. PR | TR. MIL. BISQ.[1]) AED. PL. CVM
. . COS. IN. ASIA. | C. TORANIO IVDEX QVAESTIONVM
| PR. PRO. COS. IMPERATOR APPELLÁTVS
| EX PROVINCIA MACEDONIA.

Romae. Grut. 225, 7. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 74.

1) Nonne leg. TR*ibunus* MIL*itum* BIS. Q*uaestor* AED*ilis* PL*ebis*? HAGENB. Ita Morcellius quoque, qui inter elogia retulit hunc titulum *St.* T. 1. p. 268.

593. * C. IVLIO. C. F. ‖ FAB. SCAPT.[1]) ‖ CAESARI AVGVSTO. — Brixiae. Grut. 226, 3.

1) v. Suet. *Octav.* 40. *Fabianis et Scaptiensibus tribulibus suis*, ibique interprett. Sed manifesto spuria est haec inscriptio. v. Zaccaria *Istituz.* p. 505.

594. M. ANTONIVS. ‖ IMP. CAESAR. III. VIR. R. P. C.[1]) EX A. D. V. KAL. DEC. AD PR. KAL. IAN. SEXT.[2]) — Romae. Pars marmoris Collotiani Grut. 298. 1. Antonii nomen erasum.

1) Reipubl. constituendae. 2) ex ante diem V. Kal. Dec. u. c. 711. ad pridie Kal. Ian. sextas. i. e. u. c. 716. De hoc numerandi modo quibusdam parum intellecto (Kal. Ianuar. primae, secundae cet.) v. Marini *Atti.* 1. p. 275.

595. * IMP. CAESAR. COS. DESIG. ‖ TERT. III. VIR. R. P. C. ITERVM ‖ MVROS TVRRESQ. FECIT. — Tergeste olim, sed translatum Venetias. Grut. 166, 6. Reines. p. 297. Commenticium visum est quum Scaligero, tum Maffeio A. C. L. p. 211. Defendit Eckhel D. N. 8. p. 330. Notae in se spectatae, ad annum u. c. 717. vel 718. pertinentes, sane probae sunt, et nummis confirmatae; fieri tamen potuit, ut inscriptio ipsa e nummis, quales habet Eckhel T. 6. p. 75., effingeretur; neque id semel tentatum esse ab hominibus fraudulentis, infra in Caligulae monumentis videbimus.

596. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS ‖ IMP. CAESARI. DIVI IVLI F. COS. QVINCT. ‖ COS. DESIGN. SEX. IMP. SEPT.[1]) ‖ REPVBLICA CONSERVATA. — Romae. Grut. 226, 5.

1) u. c. 725.

597. IMP. CAESARI ‖ DIVI F. AVGVSTO ‖ COS. XI. IMP. VIII.[1]) ‖ TRIBVNIC. POTEST. III. ‖ P. RVBRIVS M. F. MAELARBA. — In Monte Casino. Mur. 220, 8.

1) Referendum ad u. c. 733. unicum hoc monumentum, cuius ope Eckhel definire potuit dignitatem Augusti Imp. VIII. v. *Doctr. Num.* 6. p. 142.

598. IMP. CAESAR. DIVI F. AVGVSTVS ‖ PONTIFEX MAXIMVS ‖ IMP. XIIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV ‖ EX STIPE. QVAM POPVLVS ROMANVS ‖ ANNO NOVO. APSENTI CONTVLIT ‖ NERONE CLAVDIO DRVSO ‖ T. QVINCTIO CRISPINO COS.[1]) ‖ VOLCANO. — Romae. Grut. 61, 1.

1) u. c. 745. cfr. Suet. *Aug.* 57. et 89.

599. TI. CLAVDIVS TI. F. NERO ‖ PONTIFEX. COS. ITERVM[1]) ‖ IMP. ITERVM. ‖ LVDOS VOTIVOS PRO REDITV ‖ IMP.

616. IVLIAE. AVG || DIVI F. MATRI || TI. CAESARIS AVG. PRIN||CIPIS ET CONSERVATORIS || ET DRVSI GERMANICI || M. CORNELIVS PROCVLVS || PONTIFEX CAESARVM. — In Hispaniis. Grut. 234, 2. cfr. Grut. 101, 1. Eckhel D. N. 6. p. 150. saxum quod dedimus inter Deos imm. PIETATI AVGVSTAE. Eadem auctior:

617. IVLIAE AVG. DIVI[1]) FILIAE || MATRI T. CAESARIS || AVG. PRINCIPIS ET CONSERVATORIS. ET DRVSI GERMA||NICI GENI . . . IS ORBIS[2]) || M. CORNELIVS PROCVLVS || PONTIFEX CAESARVM. — Antiquariae in Hisp. Mur. 222, 4.

1) Sic Grut. Mur. *Drusi*, quae est praepostera scioli alicuius correctio. 2) GENI . . . IS ORBIS non habet Grut. Debet esse *Genitricis* vel *Genitrici Orbis* v. Eckhel D. N. 6. p. 154.

618. CERERI IVLIAE AVGVSTAE || DIVI AVGVSTI. MATRI || TI. CAESARIS AVGVSTI || LVTATIA C. F. SACERDOS AVGVSTAL.|| M. LIVI M. F. QVIR. OPTATI FLAMINIS GENTIS || IVLIAE AVGVSTI IMP. PERPET . . .[1]) VXOR CVM . . . || LIBERIS S . . . CONSACRAVIT. — In insula Gaulo. Lupi *Lett. fil.* Arezzo 1753. p. 60. Murat. 222, 3. Correctius ap. Torremuzzam p. 27, 3.

1) *perpetui* iunge cum *flaminis*.

§. 4. MONVMENTA QVAEDAM HISTORICA, AD AVGVSTI TEMPORA SPECTANTIA.

Ad Augusti tempora pertinet hoc Fastorum Triumphalium fragmentum, a Marinio *Atti* 2. p. 607. primum editum:

619. L. MARCIVS CENSORINVS. EX MACEDONIA KA. IAN PALMAM DEDIT . . . . C. ASINIVS. EX PARTHINIS A. D. VIII. KAL. NOV. TRIVMPHAVIT. PALMAM . . P. VENTIDIVS EX TAVRO MONTE ET PARTHIS. V. K. DEC. TRIVMPHAVIT PAL . . . . CN. DOMITIVS CALVINVS EX HISPAN. XVI. K. SEXT TRIVMP. PALMAM DEDIT. IMP. CAESAR EX SICILIA. EID. NOV. TRIVMPHAVT. (*sic*) PALMAM DEDIT. — T. STATILIVS TAVRVS EX AFRICA PRID. K. IVL TRIVMP. PALMAM DEDIT C. COSSIVS EX IVDAEA . . . . — Romae.

620. . . CLVSO || IANI TEMPLO.[1]) — Fragm. inscr. Aquis Sextiis repertae. Millin *Magaz. encycl.* 1812., 6, p. 280.

1) vel sub Augusto vel sub Nerone.

621. M. CAELIO T. F. LEM BONO || Ɔ. LEG XIIX ANN. LIII. S.[1]) || . . CIDIT. BELLO VARIANO. OSSA || . . NFERRE LICEBIT. P. CAELIVS. T. F. || LEM. FRATER FECIT . . *a dextra:* M. CAELIVS M. L. PRIVATVS. *a sinistra:* M. CAELIVS M. L. THIAMINVS. — Prope Xanten s. Bergendahl. Pococke p. 117, 2. Fiedler p. 232.

1) S. non habet Pococke. cfr. Dorow *Denkmäler. Stuttgart.* p. 65. ubi pro *Bono* || *Ɔ. Leg.* legitur BON||O LEG.

622. M. PLAVTIVS. M. F. A. N. || SILVANVS. COS.[1]) VII VIR. EPVLÓN || HVIC SENÁTVS TRIVMPHÁLIA || ÓRNÁMENTA DÉ-

CRÉVIT. ‖ OB RÉS IN ILLYRICO ‖ BENE GESTÁS ‖ SARTIA. CN. F. VXOR ‖ A. PLAVTIVS. M. F. ‖ VRGVLANIVS ‖ VIX. ANN. IX — Tibure. Grut. 452, 6. Nibby *Viaggio* 1, 115.

1) u. c. 752. Nota accentus.

623. * Q. AEMILIVS Q. F. ‖ PAL. SECVNDVS ‖ CASTRIS DIVI AVG. ‖ P. SVLPITIO QVIRINO LEG. ‖ CAESARIS SYRIAE. HONORI‖BVS DECORATVS. PRAEFECT. ‖ COHORT. AVG. I. PRAEFECT. ‖ COHORT. II. CLASSICAE. IDEM ‖ IVSSV QVIRINI CENSVM FEC. ‖ APAMENAE CIVITATIS MIL‖LIVM HOMIN. CIVIVM CXVII. ‖ IDEM IVSSV QVIRINI ADVERSVS ‖ ITVREOS IN LIBANO MONTE ‖ CASTELLVM EORVM CEPIT. ET ANTE MILITIAM PRAEFECIT. FABRVM ‖ DELATVS A DVOBVS COS. AD AE‖RARIVM. ET IN COLONIA ‖ QVAESTOR. AEDILIS II. DVVMVIR II. ‖ PONTIFEX. ‖ IBI POSITI SVNT. Q. AEMILIVS Q. F. PAL. ‖ SECVNDVS F. ET AEMILIA CHIA. LIB. ‖ H. M. AMPLIVS H. N. S. — Venetiis. Orsato *Marm. erud.* p. 276. Mur. 670, 1. Illustravit A. van der Mieden in Gorii *Symb. Dec.* II. V. 9. p. 33. seqq. recte monens pro *praefecit* leg. esse *Praefect.*; *delatus* a Cos. ad aerarium explicari debet e Cicerone *pro Archia* C. 5. *pro Balbo* C. 28. Gronov. *de pec. vet.* L. 3. 17. p. 253. Ceterum insigne hoc est monumentum census Quiriniani Lucae 2, 1. memorati; modo sincerum sit; de quo subdubitat etiam Marini *Atti.* 2. p. 787. hodie non amplius exstat Venetiis. Praeterea in sinceris titulis P. Sulpicius Quirinius dicitur, non Quirinus. Fictitium censeo.

624. C. SIL. L. MVN. COS.[1] ‖ ATHAMANS. ‖ MAECENATIS. ‖ SP.[2] K. IAN. — Tessera eburnea gladiatoria. — Florentiae. Mur. 300, 1.

1) p. Chr. 13. 2) *spectavit* explicant alii; alii *spectatus*; v. infra.

625. CN. ASINIO ‖ POLLIONIS ET AGRIPPAE NEPOTI. PVTEOLANI PATRONO PVBLICE. — Puteolis. Fabrett. p. 703, 245.

626. IMP. CAESARI AVGVSTO DIVI F. PONTIFICI MAXVMO. TRIBVNIC. POTESTATE XV. IMP. XIII. ‖ M. IVLIVS REGIS DONNI F. COTTIVS PRAEFECTVS CEIVITATIVM QVAE SVBSCRIPTAE SVNT SEGVVIORVM. SEGVSINORVM. ‖ BELACORVM. CATVRIGVM. MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM. SAVINCATIVM. EGDINIORVM. VEAMINIORVM. ‖ VENISANORVM. IEMERIORVM. VESVBIANORVM. QVADIATIVM. ET CEIVITATES QVAE SVB EO PRAEFECTO FVERVNT. — Segusii. Maffei *Mus. Ver.* p. 234. Est inscriptio Arcus Segusini. Cottii regnum memoratur adhuc in Tabula Peuting. v. Mannert. *Introd. ad Tab. Peut.* p. 14. cfr. etiam Marini *Atti.* p. 725.

627. APOLLINI. ‖ C. IVLIVS DONNI[1] L. ‖ EPERASTVS ET IVLIA DONNI L. CIPRIS (*sic*) ‖ V. S L. M. — Segusii. Mur. 22, 6.

1) „Donnus iste ille fortasse fuit, qui Alpibus Cottiis regio nomine olim est dominatus." Mur.

628. SERASPADANES PHRAATIS ‖ ARSACIS REGVM REGIS F. ‖ PARTHVS ‖ RHODASPES PHRAATIS ‖ ARSACIS REGVM

REGIS F. ‖ PARTHVS. — Romae. Grut. 288, 2. Velseri *Opp.* p. 426. v. Scalig. *Canon. Isagog.* L. 3. p. 323. Ed. 1658.

629. SITALCES DIVI AVGVSTI OPSES. THRACVA.[1]	IVLIA PHYLLIS SOROR. EIVS.

— Romae. Grut. 288, 3.

1) *Thracum.* Boissard.

630. REGI IVBAE. REGIS ‖ IVBAE FILIO. REGIS ‖ HIEMPSALIS N. REG. GAV.[1] ‖ PRONEPOTI. REGIS MASINISSAE ABNEPOTI. N. E. P. D. I.[2] ‖ II. VIR. QVINQ. PATRONO COLONIAE. ‖ COLONI ET INCOLAE ‖ LIBERTINI. — Carthag. Nov. Reines. p. 329. 70. Spon *Misc.* p. 145, 4.

1) Gaudae. v. Spon. 2) *nomini eius ponendum dicandumque iusserunt.* Rein. cfr. Burmanni *Syll. Epist.* T. 2. p. 145. Vide etiam Shaw *Voyage.* T. 2. p. 156., qui ita exhibet: REGI IVBAE REGIS IVBAE FILIO REGIS ‖ IEMPSALIS N. REGIS GAVD ‖ PRONEPOTIS MASINISAE PRONEPOTIS NEPOTI ‖ II. VIR. QVIINQ. (*sic*) PATRONO COLONI. reliquis omissis. Murat. p. 1901. de hac inscript. dubitavit; non item Hagenb.

631. IVLIA TYNDARIS ‖ C. IVLI REGIS ‖ RHOEMETALCAES L. ‖ FECIT SIBI ET SVIS ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVS ‖ POSTERISQVE EORVM. ‖ IN. FR. P. XII. IN AGRO P. XII. — Florentiae. Fabrett. p. 439. 44. Gor. *Etr.* 1, 211, 52. Igitur Rhoemetalci seniori Thracum regi, civitatem nomenque Iulium dederat Augustus. A Maffeii calumniis hunc lap. defendit Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 416.

632. Notabilis res est duorum illustrissimorum Augusti temporibus virorum, Maecenatis et Agrippae, nullum fere (praeter Panthei titulum) exstare monumentum in lapidd., nisi quod bis terve, si recte memini, memorantur liberti Maecenatiani, et M. Agrippae saltem nomen legitur in seq. fragmento Brixiae nuper effosso:[1]

NERVAE. N̄ II. COS. II.	M. AGRIPPA

1) de quo haec mihi scripsit Io. Labus V. Cl.: „Appartiene indubitabilmente ad Adriano, e il M. Agrippa è il principio d' un' altra iscrizione, che probabilmente parlava di questo celeberrimo ministro d' Augusto. Come qui abbia luogo non può dirsi per ora, e ci è d'uopo attendere che la prosecuzione del cavo cene somministri lo schiarimento."

§. 5. CAIVS ET LVCIVS CAESARES.

633. C. CAESARI AVG. F. ‖ PONTIF. AVGVRI. ‖ CALLECIA. — Bracarae (h. Braga) in Lusit. Archaeologia T. 8. p. 448.

634. C. CAESARI AVGVSTI F. ‖ PONTIFICI ‖ COS ‖ DESIGNATO PRINCIPI IVVENTVTIS. — Romae. Grut. 234, 4.

635. C. CAESAR. AVGVST. F. ‖ COS. VIAS OMNES ‖ ARIMINI STERN. — Arimini. Grut. 149, 2. Maffei *Osservaz. lett.* 4, 373. *Mus. Ver.* 364, 5. Murat. 2006, 3. qui in primis consulendus.

636. OSSA ‖ C. CAESARIS ‖ AVGVSTI F. ‖ PRINCIPIS. IVVENTVTIS. — Romae. Grut. 235, 4.

637. L. CAESARI AVGVSTI F. ‖ AVGVRI. COS ‖ DESICNATO. PRINCIPI IVVENTVTIS. — Romae. Grut. 234, 5.

638. L. CAESARI. AVG. F. ‖ DIVI N. ‖ AVG. COS DESIG. ‖ PRINCIPI IVVENTVTIS. — In templo Pedevenae agri Feltrensis. Murat. p. 221, 9.

639. PVDENS M. 1) LEPIDI L. GRAMMATICVS. 2)
PROCVRATOR 3) ERAM LEPIDAE 4) MORESQVE REGEBAM.
DVM VIXI. MANSIT CAESARIS ILLA NVRVS.
PHILOLOGVS DISCIPVLVS. — Bergomi. (Grut. 653, 2.)

ubi male Atteius insertum est ante v. Philologus, ex Sueton. *Gramm.* 10. v. Serassi *Dissert. sopra l'epitaffio di Pudente.* in Calogerà *Raccolta.* T. 41. p. 372.

1) Manii Lepidi Cos. u. c. 764. mort. 786. fratris Lepidae hic memoratae, „*destinatae quondam uxoris L. Caesari et Divo Augusto nurus.*" Tacit. *Ann.* 3, 22. M. (cum puncto) in lapp. aliquoties pro Man. M̄. vel M̄V̄. v. Serassi. p. 379. 2) In lapp. memorantur Grammatici Graeci, Latini, Grammatici simpliciter. Grut. 642, 3. Reines. fol. 647. 3) procurator rei privatae, ut videtur. 4) filiae Q. Aemilii Lepidi, Cos. u. c. 733., proneptis L. Sullae et Cn. Pompeii, coniugis postea Q. Sulpicii Quirini, interfectae a Tiberio u. c. 773. — Pudens vero ex eorum numero fuisse videtur, de quibus Sueton. *de illustr. Gramm.* 3.: *nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata.*

640. C. CAESARI AVGVSTI F. COS. L. CAESARI ‖ AVGVSTI F. COS. DESIGNATO ‖ PRINCIPIBVS IVVENTVTIS. — Nemausi. inscriptio templi vulgo dicti *la Maison carrée.* Ex divinatione admodum incerta Seguierii. vide Millin *Voyage.* T. 4. p. 217.

641. CAESARI L. CAESARI DRVSO IVLIO ‖
TI. CLAVDIO AVGVSTI F. AVGVSTI F. ‖
GERMANICI F. DRVSI GERMANICI F. ‖
DIVI NEPOT. AVG. PRONEPOT. NERONI ‖
GERMANICO. PONTIF. COS. AVGVRI. COS. ‖
DESIGN. GERMANICO IMPERATORI ‖
PRINCIPI IVVENTVTIS. 1) ‖ — Romae. Mur. p. 227, 2.

1) „Heic omnia confusa" Mur. Ita ordinavit Hagenbuch. *Ep. ad Walchium.* in huius *Persequut. Christ. Neron. in Hisp. uber. Explan.* p. XXXXVI.

C. CAESARI	L. CAESARI	DRVSO IVLIO	TI. CLAVDIO
AVGVSTI. F.	AVGVSTI F.	GERMANICI F.	DRVSI GERMANICI F.
(*divi nepot.*)	DIVI NEPOT.	AVG. PRONEPOT	NERONI GERMANICO
PONTIF. COS	AVGVRI. COS. DESIGN.	GERMANICO	IMPERATORI
	PRINCIPI IVVENTVTIS		

Sed sic quoque haeremus, cur quattuor isti homines, et cognatione, et temporibus nimis distantes, uno in lapide fuerint coniuncti. Neque convenit *Druso Iulio Germanici Filio* in fine denuo subiunctum Germanici cognomentum; neque tandem Claudio subiungi solet nuda Imperatoria dignitas, numero non addito; tacitis praeterea Consulatibus et Tribunicia potestate. Irrita igitur fuit hic Hagenbuchii quoque opera, ceterum ingeniosa. Similiter confusum est saxum, nostrum praecedens ap. Mabillon. *Vett. Analecta.* p. 364. N. 76. ac, ni fallor, tria demum illa Mabilloniana N. 76. 77. et 78., si recte ordinari coniungique possent, veram praeberent inscriptionem Portae Papiae. ORELLIVS.

CENOTAPHIA, quae dicuntur, PISANA.

I.

642. . . . . . D. XIII. K. OCTOBR. PISIS. IN FORO. IN AVGVSTEO. SCRIB. ADFVER ‖ Q. PETILLIVS Q. F. P. RASINIVS L. F. BASSVS. M. PVPPIVS M. F ‖ Q. SERTORIVS Q. F. PICA. CN. OCTAVIVS CN. F. RVFVS. A. ALBIVS ‖ A. F. GVTTA. ‖ QVOD C. CANIVS C. F. SATVRNINVS II VIR. V. F. DE AVGENDIS HONORIBVS ‖ L. CAESARIS. AVGVSTI CAESARIS. PATRIS PATRIAE. PONTIFICIS MAXVMI ‖ TRIBVNICIAE POTESTATIS XXV. FILI. AVGVRIS. CONSVLIS DESIGNATI. PRINCI . . . ‖ IVVENTVTIS. PATRONI COLONIAE NOSTRAE. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. ‖ CVM SENATVS POPVLI ROMANI. INTER CETEROS PLVRIMOS AC MAXSIMOS ‖ HONORES L. CAESARIS. AVGVSTI CAESARIS. PATRIS PATRIAE. PONTIFICIS MAXIMI. TRIBV‖NICIAE POTESTATIS XXV FILIO. AVGVRI. CONSVLI DESIGNATO. PER ‖ COSESVM OMNIVM STVDIO . . . .

. . . .

. . . .

TETVR. DATA CVRA C. CANIO SATVRNINO II VIR. ET DECEM. PRIMIS ELIG . . . . . . ‖ ASPICENDIQVE. VTER EORVM LOCVS MAGIS IDONEVS VIDEATVR EMEND . . . . . ‖ PVBLICA PECVNIA. A PRIVATIS EIVS LOCI. QVEM MAGIS PROBAVERINT. VTIQVE ‖ APVD EAM ARAM QVOD. ANNIS. A. D. XII. K. SEPT.[1]) PVBLICE MANIBVS EIVS PER MAGIS‖TRATVS. EOSVE. QVI IBI IVRI DICENDO PRAERVNT. TOGIS PVLLIS AMICTOS. ‖ QVIBVS EORVM IVS FASQVE ERIT. EO DIE. EIVS VESTIS. HABENDAE INFERIAE MIT‖TANTVR. BOSQVE ET OVIS ATRI. INFVLIS CAERVLIS. INFVLATI. DIIS MANIBVS EIVS ‖ MACTENTVR. EAEQVE HOSTIAE EO LOCO ADOLEANTVR SVPER. QVE EAS ‖ SINGVLAE VRNAE LACTIS. MELLIS. OLEI. FVNDANTVR. AC TVM DEMVM FACTAM ‖ CETERIS POTESTATEM. SI QVI PRIVATIM VELINT MANIBVS EIVS INFERIAS MITTERE ‖ NIVE QVIS AMPLIVS VNO CEREO. VNAVE FACE. CORONAVE. MITTAT. DVM II QVI IM‖MOLAVERINT CINCTI CABINO RITV. STRVEM LIGNORVM SVCCENDANT. ADQVE ‖ EXINDE HABEANT.

VTI LOCVS ANTE EAM ARAM. QVO EA STRVES CONGERANTVR. CONPONANTVR PATE ‖ . . . . VOQVE VERSVS. PEDES XL. STIPITIBVSQVE RVBVSTIS. SAEPIATVR. LIGNORVMQVE ‖ ACERVOS EIVS REI GRATIA QVOD. ANNIS. IBI CONSTITVATVR. CIPPOQVE GRANDI ‖ SECVNDVM ARAM DEFIXSO. HOC DECRETVM CVM SVPERIORIBVS DECRETIS. AD EI . . ‖ HONORES PERTINENTIBVS INCIDATVR. INSCVLPATVRVE. NAM QVODAD CETERA ‖ SOLEMNIA. QVAE EODEM ILLO DIE VITARE. CAVERIVE PLACVISSENT. PLACERENT ‖ QVE. ID SEQVENDVM. QVOD DE IIS SENATVS P. R. CENSVISSET. VTIQVE PRI . . ‖ QVOQVE TEMPORE. LEGATI EX NOSTRO ORDINE. IMP. CAE-

SARE. AVGVSTVM ‖ PATREM PATRIAE. PONTIFICEM MAXIMVM. TRIBVNICIAE POTESTATIS XXV ‖ ADEANT. PETANTQVE AB EO. VTI COLONIS. IVLIENSIBVS COLONIAE OBSEQVENTI ‖ . . LIAE PISANAE. EX HOC DECRETO EA OMIA. (*sic*) FACERE EXSEQVIQVE. PERMITTAT.

1) Sic supplevit Norisius, sed ex testimonio Monumenti Gabini, quod infra dabimus, Clemens Cardinalis in *Memorie Romane* 1, 4, p. 190. leg. censuit: A. D. XIII. K. OCT. (quo die L. Caesar discessit.)

643. . . . . FVER. Q. SERTORIVS Q. F. ATILIVS. TACITVS. P. RASINIVS. L. F. BASSVS. L. LAPPIVS ‖ P. F. THALLVS. Q. SERTORIVS Q. F. ALPIVS. PICA. C. VETTIVS L. F. VIRGVLA. M. HERIVS ‖ M. F PRISCVS. A. ALBIVS A. F GVTTA. TI. PETRONIVS TI. F. POLLIO. L. FABIVS. L. F. BASSVS ‖ SEX. APONIVS SEX. F. CRETICVS. C. CANIVS. C. F. SATVRNINVS. L. OTACILIVS. Q. F. PANTHERA. ‖

QVOD. ADSVNT. CVM IN COLONIA. NOSTRA. PROPTER CONTENTIONES CANDIDATO‖RVM. MAGISTRATVS. NON ESSENT. ET EA ACTA ESSENT. QVAE INFRA SCRIPTA SVNT ‖

CVM A. D. IIII. NONAS APRILES ALLATVS ESSET NVNTIVS. C. CAESAREM AVGVSTI PATRIS PATRI‖AE. PONTIF. MAXSVMI CVSTODIS IMPERI. ROMANI. TOTIVSQVE ORBIS TERRARVM PRAE‖SIDIS FILIVM. DIVI NEPOTEM. POST CONSVLATVM. QVEM VLTRA FINIS EXTREMAS POPV‖LI ROMANI. BELLVM GERENS FELICITER PEREGERAT. BENE GESTA RE. PVBLICA. DEVICTEIS AVT ‖ IN FIDEM RECEPTIS. BELLICOSISSIMIS AC MAXSIMIS. GENTIBVS. IPSVM VOLNERIBVS PRO RE‖PVBLICA EXCEPTIS. EX EO CASV CRVDELIBVS FATIS EREPTVM POPVLO ROMANO. IAM. DESIGNATVM IVSTISSVMVM AC SIMILLVMVM PARENTIS SVI. VIRTVTIBVS PRINCIPEM. COLONIAEQVE ‖ NOSTRAE VNICVM PRAESIDIVM. EAQVE RES NONDVM QVIETO LVCTV. QVEM EX DECES‖SV L. CAESARIS FRATRIS EIVS. CONSVLIS DESIGNATI. AVGVRIS. PATRONI NOSTRI. PRINCI‖PIS IVVENTVTIS. COLONIA VNIVERSA SVSCEPERAT. RENOVASSET. MVLTIPLICASSETQVE ‖ MAERORE OMNIVM. SINGVLORVM VNIVERSORVMQVE. OB EAS RES VNIVERSI DECV‖RIONES COLONIQVE. QVANDO EO CASV IN COLONIA. NEQVE II VIR. NEQVE PRAEFECTI ‖ ERANT. NEQVE QVISQVAM IVRE DICVNDO. PRAERAT. INTER SESE. CONSENSERVNT. PRO ‖ MAGNITVDINE TANTAE AC TAM INPROVISAE CALAMITATIS. OPORTERE EX EA DIE ‖ QVA EIVS DECESVS NVNTIATVS ESSET. VSQVI AD EAM DIEM. QVA OSSA RELATA ATQVE ‖ CONDITA. IVSTAQVE EIVS MÁNIBVS PERFECTA ESSENT. CVNCTOS VESTE MVTATA. TEMPLIS‖QVE DEORVM IMMORTALIVM. BALNEISQVE PVBLICIS. ET TABERNIS OMNIBVS CLAVSIS ‖ CONVICTIBVS SESE APSTINERE. MATRONAS. QVAE IN COLONIÁ NOSTRA SVNT. SVBLVGERE ‖ DIEMQVE EVM. QVO DIE

C. CAESAR OBIT. QVI DIES EST A. D. VIIII. K. MARTIAS PRO ALLIENSI || LVGVBREM MEMORIAE PRODI. NOTARIQVE IN PRAESENTIA OMNIVM IVSSV AC || VOLVNTATE. CAVERIQVE. NE QVOD SACRIFICIVM PVBLICVM. NEVE QVAE SVPPLI||CATIONES. NIVE SPONSALIA. NIVE CONVIVIA PVBLICA POSTEA IN EVM DIEM || EOVE DIE. QVI DIES ERIT. A. D. VIIII. K. MART. FIANT. CONCIPIANTVR. INDICAN||TVRVE. NIVE QVI LVDI SCAENICI. CIRCIENSESVE EO DIE FIANT. SPECTENTVRVE || VTIQVE EO DIE. QVOD. ANNIS PVBLICE MÁNIBVS EIVS PER MAGISTRÁTVS. EOSVE || QVI PISIS. IVRE DICVNDO PRAERVNT. EODEM LOCO. EODEMQVE MODO QVO || L. CAESARI PARENTARI INSTITVTVM EST. PARENTETVR.

VTIQVE ARCVS CELEBERRIMO COLONIAE NOSTRO LOCO CONSTITVATVR. ORNA||TVS SPOLEIS. DEVICTARVM. AVT IN FIDEM RECEPTARVM AB EO GENTIVM. SVPER || EVM STATVA PEDESTRIS IPSIVS TRIVMPHALI ORNATV: CIRCAQVE EAM DVAE || EQVESTRES INAVRATAE. GAI. ET LVCI. CAESARVM STATVAE PONANTVR.

VTIQVE CVM PRIMVM PER LEGEM COLONIAE. DVO. VIROS CREARE ET HABERE PO||TVERIMVS. II DVO VIRI. QVI PRIMI CREATI ERVNT. HOC QVOD DECVRIONIBVS || ET VNIVERSIS COLONIS. PLACVIT. AD DECVRIONES REFERANT. EORVM PV||BLICA AVCTORITATE ADHIBITA. LEGITVME ID CAVEATVR. AVCTORIBVSQVE || IIS IN TABVLAS PVBLICAS REFERATVR. INTEREA T. STATVLENVS IVNCVS. FLAMEN AVGVSTALIS. PONTIF. MINOR. PVBLICORVM P. R. SACRORVM ROGARE||TVR. VTI CVM LEGATIS EXCVSATA PRAESENTI COLONIAE NECESSITATE. HOC || OFFICIVM PVBLICVM ET VOLVNTATEM VNIVERSORVM LIBELLO REDDITO || IMP. CAESARI. AVGVSTO PATRI PATRIAE. PONTIF. MAXSIMO. TRIBVNICIAE || POTEST. XXVI. INDICET.

IDQVE T. STATVLENVS IVNCVS. PRINCEPS COLONIAE NOSTRAE. FLAMEN. AVGVST || PONTIF. MINOR PVBLICORVM P. R. SACRORVM. LIBELLO. ITA VTI SVPRA SCRIPTVM || EST. IMPERATORI CAESARI AVGVSTO. PONTIF. MAXIMO. TRIBVN. POTEST. XXVI PAT || PATRIAE REDDITO. FECERIT. PLACERE CONSCRIPTIS. QVAE A. D. IIII. NONAS APRILES || QVAE SEX. AELIO CATO. C. SENTIO SATVRNINO COS. FVERVNT. FACTA. ACTA. CON||STITVTA SVNT. PER CONSENSVM OMNIVM ORDINVM. EA OMNIA ITA FIERI. AGI. HA||BERI. OPSERVARIQVE AB L. TITIO A. F. ET T. ALLIO T. F. RVFO. II. VIRIS. ET AB EIS. QVICVM||QVE POSTEA IN COLONIA NOSTRA II. VIR. PRAEFECTI. SIVE QVI ALI MAGISTRATVS || ERVNT. OMNIA IN PERPETVOM. ITA FIERI. AGI. HABERI OPSERVARIQVE VTIQ. L. TITIVS || A. F. T. ALLIVS T. F. RVFVS. II VIRI. EA OMNIA. QVAE SVPRASCRIPTA SVNT. EX DECRET || NOSTRO CORAM

PRO. QVAESTORIBVS. PRIMO QVOQVE TEMPORE PER SCRIBAM PVBLICVM IN TABVLAS PVBLICAS REFERENDA CVRENT. CENSVERE. — Pisis. Quaecunque ad insignium horum monumentorum interpretationem faciunt, videsis apud Norisium: *Cenotaph. Pisana* in Graevii *Thes.* VIII. 3. et Gorium *Etr.* 2. p. 10., cuius typum dedi.

644. C. et L. Caesarum mortem recordatur sequens fragmentum fastorum, Gabiis repertum, primumque editum a Marinio *Atti* 1. p. 24.

. . . . ||
. . . . . L. ALFENIVS ||
. . . . . IVL. P. LENTVLVS. P. QVI . . .
. . . . DECESSIT XIII. K. OCT.
M. SERVILIVS. L. LAMIA
SVF K. IVL P. SILIVS. L. VOLV . . .
SEX. AELIVS. C. SENTIVS
SVF K. IVL. C. CLODIVS. CN. SE . . . .
C. CAESAR. DECESSIT VIIII. K. M . . . .
CN. CINNA . . . .
SVF. K. IVL . . . .
M. LEPIDVS . . . .
. . . .

quod sic supplevit Clemens Cardinalis in *Memorie Romane* 1, 4. p. 179. C. CAESAR. L. PAVLLVS[1] || P. VINVCIVS. L. ALFENIVS || SVF. K. IVL. P. LENTVLVS. P. QVINCTIVS || L. CAESAR DECESSIT XIII. K. OCT.[2] || M. SERVILIVS. L. LAMIA || SVF. K. IVL. P. SILIVS. L. VOLVSIVS || SEX. AELIVS. C. SENTIVS || SVF. K. IVL. C. CLODIVS. CN. SENTIVS || C. CAESAR DECESSIT. VIIII. K. MARTIAS.[3] || CN. CINNA. L. VALERIVS || SVF. K. IVL. C. ATEIVS. C. VIBIVS. || M. LEPIDVS. L. ARRVNTIVS || SVF. K. IVL. L. NONIVS.

1) u. c. 755. 2) die 19. M. Septembris u. c. 755. 3) die 21. M. Februarii 757. „Errò gravemente Velleio Patercolo 2, 102. nello asserire, che Lucio morì quasi un anno innanzi a Caio. Più accuratamente afferma Suetonio *Aug.* C. 75. aver Augusto perduti i due suoi figli adottivi *in duodeviginti mensium spatio.*" Cardinali. p. 190.

§. 6. CAESARVM FAMILIA, PRAETER IMPERATORES, EORVMQVE CONIVGES, CAIVM AC LVCIVM CAESARES.

De his consule tum Eckhelium D. N. T. VI., tum Broterii stemma Caesarum, (Taciti *Opp.* Paris. 1820. T. V. p. 153.) cuius numeros singulis subiunximus.

645. IRENA || MARCELLAE[1] || SARCINATRIX. — Florentiae. Gud. 198, 14. Mur. 944, 7.

1) Marcellam maiorem (Brot. 20.) intelligunt Gud. et Graev.

646. ZETHVS || MARCELLAE || MINORIS[1] COCVS. — Romae. Spon *Misc.* 221, 3. Gud. 225, 10.

1) Brot. 27. cfr. Interpretes ad Suet. *Aug.* 63.

647. FAVSTVS || MARCELLAE PAVLLI[1] || PISTOR. — Florentiae. Gud. 214, 10. Gor. *Etr.* 1. 404, 206. Mur. 952, 8.

1) De Marcella minore intelligunt Gud. Hessel. *Ind. ad. Gud.* p. XLVII. Graev. in

Praef. ad Thes. A. R. T. VII., qui haec adnotat: „Paulli uxor appellatur. Hic videtur fuisse Aemilius Paullus Censor, (u. c. 732.) cuius filio postea Iulia, neptis Augusti, Agrippae filia nupsit." Sed hoc admodum incertum; nusquam enim alias Marcella minor, Agrippae primum, dein M. Iulii Antonii uxor, Paullo illi nupsisse perhibetur.

648. T. CLAVDIVS DRVSI F ‖ CAESAR AVG. GERMA‖NICVS PONTIFEX MAXVMVS. TRIBVNICIA POTESTATE VI. COS IV. IMP. XI.[1] P. P. ‖ CENSOR. VIAM CLAVDIAM ‖ AVGVSTAM. QVAM DRVSVS[2] ‖ PATER ALPIBVS BELLO PATE‖FACTIS DERIVAVIT. MVNIT. AB ‖ ALTINO VSQVE AD FLVMEN ‖ DANVVIVM M. P. CCCL. — Feltre. Marini *Atti* 1. p. 77.

1) u. c. 800. p. Chr. 47. 2) Brot. 79. cfr. Eckhel D. N. 8. p. 408. et similem inscriptionem infra in *Claudio*.

649. ANTONIAE.[1] AVGVSTAE MATRI TI. CLAVDI ‖ CAESARIS AVGVSTI GERMANICI. PONTIF. MAX. ‖ L. MAMMIVS MAXIMVS P. S. — Herculanei. Maffei *Mus. Ver.* 350, 6.

1) Antonia minor. Brot. 42.

650. *Druso* 1)	ANTONIAI 2)	IVLIAI AVG. 3)	NERONI 4)
Caisari	AVGVSTAI	AGRIPPINAI	CLAVDIO AVG. F. CAISA . .
Ti. Augusti F.	DRVSI	GERMANICI	DRVSO. GERMANIC.
DiȺi Augusti N.	SACERDOTI DIℲI	CAESARIS F.	PONTIF. AVGVRI XV. ℲIR. S . .
DiȺi Iulii Pron.	AVGVSTI	TI. CLAVDI. CAISAR	VII ℲIR. EPVLON
Pontif. Flam. Aug.	MATRI. TI. CLAVDI	AVGVSTI	COS
TR. Pot. II Cos. II	CAISARIS AVG. P. P.	PATRIS PATRIAI.	PRINCIPI IVℲENTVTI.

— Romae. Grut. 236, 9. Quae literis inclinatis excusa vides, supplementa sunt Gruteriana, sed Ligorianis longe praeferenda.

1) Brot. 70. 2) Brot. 42. 3) Brot. 93. 4) Nero Imp. Brot. 35. a Claudio adoptatus. Cum hoc marmore coniunge etiam fragm. Grut. 238, 6.: . . CTAℲIAI . . ‖ CLAVDII CAISARIS ‖ AVGVSTI. P. P. Octavia, Claudii filia, Neronis uxor. Brot. 36.

651. VALERIA HILARIA ‖ NVTRIX OCTAVIAE CAESARIS AVGVSTI[1] ‖ HIC REQVIESCIT CVM TI. CLAVDIO FRVCTO VIRO ‖ SVO CARISSIMO ‖ TI. CLAVDIVS PRIMVS ET TI. CLAVDIVS ‖ BENEMERENTIBVS FECERVNT. — Romae. Misit Ficoronius. Mur. 918, 4.

1) Hoc equidem saxum ad Octaviam Claudii filiam, (Brot. 36.) refero, etsi Murat. potius de Octavia minore, Augusti sorore, M. Antonii uxore (Brot. 16.) cogitavit. Primo enim insolita est ellipsis voc. *sororis*, quum frequenter omittatur *filia;* deinde formula *hic requiescit* Claudianorum temporum potius, quam Augusteorum videtur. (cfr. Murat. 2080, 11. 1644, 8. 1154, 7. Maffei *Mus. Ver.* 417, 5. in titulis gentilium.) denique probabilius est, Tiberios istos, Claudios Claudii Imperatoris fuisse libertos, quam alius Claudiorum, plane ut Mur. 893, 9.

652. DRVSO TI. AVG. F.[1] ‖ DIVI IVLI. PR. SODALI AVGV. ‖ . . . POT II.[2] XV. VI.[3] CIVITAS.[4] — In Valle Camonica. Mur. 224, 8.

1) Brot. 70. 2) Trib. pot. iter. p. Chr. 23. 3) Quindecimviro. 4) Camunorum. v. Sambuca *Mem.* p. 120.

653. CYRVS ‖ LIVIAE[1]) DRVSI CAES. ‖ MEDICVS. — Florentiae. Spon *Misc.* p. 142, 3. Fabrett. p. 301, 281. Gor. *Etr.* 1. p. 396, 175.

1) sive Livillae, C. Caesaris viduae, filiae Drusi maioris, uxoris Drusi minoris. v. Eckhel D. N. 6. p. 202. Brot. 71.

654. TI. CAESAR[1]) ‖ DRVSI CAESARIS F. HIC SITVS EST. — Romae. Foggini *Fasti* p. 132. Visconti *Museo Pio-Clem.* 7. p. 170.

1) Brot. 72.

655. GERMANICO ‖ CAESARI[1]) TI. F. AVG. NEP. ‖ Q. AVGVRI. COS. DESIGNAT. ‖ D. D. — Athenis. *Mém. de l'Acad. des Inscript.* T. 15. p. 57.

1) Brot. 81.

656. GERMANICO CAESARI[1]) ‖ TI. AVG. F. DIVI ‖ AVG. N. DIVI IVLII ‖ PRON. AVG. COS. ‖ IMPERATORI II. — In Lucania. Maffei *Mus. Ver.* 353, 2.

1) Brot. 81.

657. GERMANICO CAESARI TI ‖ CAESARIS F. DIVI AVGVSTI ‖ N. C. IVLIVS CHIMARVS. IDEM ‖ STATVAS ET AEDICVLAM ‖ FECIT. SEDES MARMOREAS ‖ POSVIT.[1]) — Romae. Mur. 444, 1. Foggini *Fasti* p. 133.

1) Est hoc insigne monumentum veri illius luctus, quem amatissimi Germanici praematura mors per totum Imperium Romanum suscitavit.

658. AGRIPPINAE ‖ M. AGRIPPAE. F. ‖ DRVSI. CAESAR. MATRI ‖ . . . . . . ‖ . . . . .[1]) ‖ D. D. — Laude Pompeii. Communicata mecum a Io. Labus V. Cl.

1) Erasum videtur Labusio: Aviae Neronis Caes. Germanici Aug.

659. OSSA ‖ AGRIPPINAE[1]) F. M. AGRIPPAE ‖ DIVI AVG. NEPTIS. VXORIS ‖ GERMANICI CAESARIS ‖ MATRIS C. CAESARIS AVG. ‖ GERMANICI PRINCIPIS. — Romae. Grut. 237, 4.

1) Brot. 51.

660. 1) GERMANICO CAESARI[1]) TIB. AVG. F. ‖ DIVI AVGVST. NEP. DIVI IVLI PRONEP. ‖ AVGVRI. FLAM. AVGVST. COS. II. IMP. II.

2) TIB. AVGVST.[2]) F. CAES. ‖ AVGVRI. PONT. MAX. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POT. XXII.

3) DRVSO CAESARI[3]) TIB. AVG. F. ‖ DIVI AVG. NEP. DIVI IVLI ‖ PRONEP. PONTIFICI. AVGVRI.

4) C. IVLIVS C. IVLI OTVANEVNI F. RVFVS. C. IVLI. GEDEMONIS NEPOS EPOSTEROVIDI PRON. ‖ SACERDOS ROMAE ET AVGVSTI AD ARAM QVAE EST AD CONFLVENTEM PRAEFECTVS FABRVM. D. 5) Eadem in alio latere repetita, ubi legitur *Epotsorovidi.* — Mediolani Santonum (Saintes) in arcu triumphali. *Sauvagère Recueil.* p. 63.

1) Brot. 81. 2) Imp. Tiberius. 3) Brot. 70. Millin *Voy.* 4. 2. p. 671.

661. Ceterum eosdem titulos ita exhibet Millin *Voyage* 4, 2. p. 673.

a) GERMANICO . . . RI . TI. AVG. F. ‖ DIV. AVGVST. NEP. D . . . PRONEP. AVGVRI ‖ FLAM. AVGVST. COS. II. IMP. II.

b) .... CAE... DI. A. F..... || PONTIF. MAXS. COS. IIII. IMP. VIII TRIB. P....

c) .... AESARI ... || .... AVG. NEP. DIV. IVLI .... || PONTIFICI. AVGVRI.

d) C. IVLIVS. C. IVLI O. TVANEVNI. F. RVFVS C. I....IS NEPOS EPO ... VIDI PRO || SACERDOS ROMAE ET AVGVSTI. AD. A.. D... E. TEM PRA. F.... V. FABRV... e) Eadem repetita, unde supplementa quaedam mutuatus est Millin.

662. GERMANICO CAESARI || T. AVG. F. DIVI AVG. N. || DIVI IVLI PRON. AVG.[1]) COS. II. IMPERATORI II || AVG. ET IVLIA[2]) DRVSI F. || .... DIVI AVGVSTI. — Policastro. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 373.

1) Auguri, 2) Haec corrupta videntur. Fuitne: AVG*ustales* ET IVLIAE. (Brot. 74.)

663. NERONI CAESARI[1]) || GERMANICI F || TI. AVGVSTI N. DIVI AVG. PRON. FLAMINI AVGVSTALI || SODALI AVGVSTALI || Q. NOVANIVS Q. L. SALVIVS || C. CVLMINIVS Q. F. FVSCVS || L. FVLVIVS L. L. RECTVS || L. POPILIVS L. L. APOLLONIVS || L. FVRIVS L. L. GEMELLVS || VI. VIR. AVGVST. — Veletii Hispan. Grut. 237, 1.

1) Brot. 82. Erravit Eckhel D. N. 8. p. 368. hoc marmor ad Imperatorem Neronem referens. cfr. etiam Gud. *Ind.* 21. p. XLVIII. b.

664. NERONI CAESARI[1]) || GERMANICI F. TI. || AVG. N. DIVI AVG PRO || FLAMINI AVG || CIVITATES LIBVRNIAE. — Scardonae. Archaeologia. T. 3. p. 348. Calogerà *Racc.* 7. p. 1.

1) Brot. 82.

665. OSSA NERONIS. CAESARIS[1]) || GERMANICI. CAESARIS F. || DIVI AVG. PRON. FLAMIN || AVGVSTALIS || QVAESTORIS. — Romae. Grut. 237, 3.

1) Brot. 82.

666. DRVSO IVLIO || CAESARI || CLARITAS IVL || D. D. — Grut. 236, 8. correctius ap. Murat. 225, 4. Grut. quidem ponit Casinii ap. oppidum S. Germani, et corrupte exhibet: COL. ARIT. IVL. Murat. vero Aspaviae Hisp. Baeticae. Atubi, hodie *Espejo*, Claritas Iulia vocabatur. v. Plin. *H. N.* 3, 3. Graevius intellexit de Druso, Tiberii fil. in *Praef. ad Thes. A. R.* T. VII. p. 371. *ed. Fabric.* sed tum propter Grut. 237, 2.:

667. DRVSO CAESA.. || ..NICI CAESARIS:.... || AVG. N. DIVI AVG........ || PRAEFECT VRBI...... || ..GVSTALI ..— Burdegalae: quae ita supplenda est: DRVSO CAESARI. GERMANICI CAESARIS F. TI. AVGVSTI N. DIVI AVG. PRON. PRAEFECTO VRBI. SODALI (vel Flamini) AVGVSTALI. — tum propter Mur. 227, 2. ab Hagenbuchio restitutum, potius intelligendum de Druso, Germanici filio. Brot. 83.

668. C. CAESAR[1]) || GERMANICI CAESARIS F || HIC CREMATVS EST.[2]) — Romae. Foggini *Fasti.* p. 132. Visconti *Museo Pio-Clem.* 7. p. 170.

1) Brot. 85. 2) de hac formula rariore utique, nec tamen in suspicionem vocanda consule Marini *Atti.* 2. p. 608.

669. TI. CAESAR[1]) ‖ GERMANICI ‖ CAESARIS F. HIC CREMATVS EST. — Romae. Foggini p. 132. Visconti *Museo Pio-Clem.* 7. p. 170.

670. . . . . . . R[1]) . . . RMANICI CAESARIS F. ‖ HIC CREMATVS EST. — Romae. iid. ibid.

1) Sunt Broterii 92. Germanici et Agrippinae duo filii, infantes mortui. Suet. *Calig.* 7. 8. Alterius iam praenomen *Tib.* ope huius lap. compertum est.

671. IVLIAE GERM . . . . ‖ AGRIPPINAE.[1]) TI. CLAVD . . . ‖ PONT. MAX. L. MAM . . .[2]) — Herculani. Maffei *Tre lettere* p. 28, 6.

1) Brot. 93. Ad eandem referuntur marmora Hispaniensia corrupta Grut. 238, 6. b. 7. 8. 2) Supple: L. Mammius Maximus ex Maffeii num. 4.

672. IVLIAE DRVSILLAE ‖ GERMANICI F. . . . . D . . . . — Prope Modoetiam. Grut. 1022, 4. Zachar. *Excurs.* p. 85, 130. Est Brot. 95.

673. a) AGRIPPINAE ‖ GERMANICI ‖ CAESARIS.[1]) b) DIVAE DRVSILLAE[2]) ‖ GERMANICI ‖ CAESARIS. — Velleiae. Lama p. 58.

1) Brot. 93. 2) Brot. 95.

674. DIVAE DRVSILLAE ‖ SACRVM. ‖ C. RVBELLIVS C. F. BLANDVS ‖ LEG. DIVI AVG. TR. PL. PR. COS. ‖ PROCOS. PONTIF. — Tibure. Nibby *Viaggio* 1, p. 160. melius quam ap. Mur. 225, 3. Cfr. Mur. 301, 2.

675. PRIMA AVGVSTI ET AVGVSTAE L. ‖ NVTRIX IVLIAE GERMA. FILIAE. — Fabrett. p. 712, 338. ex vet. Mss. sine loco.

676. ACVTO ‖ IVLIAE GERMANICI ‖ CAESAR. FILIAE[1]) SER. — Romae. Mur. 987, 1.

1) Haec Iulia est illa, quae Suetonio Livilla, Tacito, Dioni et in nummo, in quo tres illae Caligulae sorores Agrippina, Drusilla, Livilla notatae sunt. (cfr. Eckhel D. N. 6. p. 231.) Iulia dicitur. Nimirum omnes tres vocatae fuerunt etiam Iuliae. cet. *Graev.* — Haec Iulia est Brot. 97. Eadem in seq.:

677. LIVILLA[1]) GERMANICI F. ‖ H . . . IT. — Romae. Foggini *Fasti* p. 132. Visconti *Museo Pio-Clem.* T. 7. p. 171.

1) Brot. 97.

678. COMMVNIO VERNA ‖ ANTONIAE AVGVSTAE ‖ V. A. II. MES. X. ‖ COLLACTEVS DRVSI ‖ BLANDI F.[1]) — Romae. Fabrett. p. 484, 154.

1) filius Rubellii Blandi, Tiberii progeneri. Tac. *Ann.* 6, 45. cfr. Reines. p. 555, 16. Brot. 75. et 76.

679. DIS ‖ MANIB. ‖ CLAVDIAE ‖ ANTONIAE[1]) ‖ AVG. FILIAE. LIB. ‖ OENADI TI. IVLIVS. HEROPHILVS ‖ CONIVGI KARISSIMAE ‖ MERENTI. — Romae. Don. p. 395, 14. Mur. 996, 8.

1) Antonia Claudii Imp. filia ex uxore eius secunda Aelia Petina, Suet. *Claud.* 26. Hagenb. Mss. Brot. 105. Eadem in seq.:

680. TI. CLAVDIO KARO. VIX. AN. VIII. MENS. XI. DIEB. V. ‖ DIS. MANIB. ‖ CLAVDIAE EGLECTE ‖ ANTONIAE DIVI ‖ CLAVDI. F. DELICIO ‖ PIISSIMAE ET B. M ‖ V. A. VI. M. T. D. VIIII. ‖

THREPTVS. EGLOGE ‖ PARENTIS FEC. ‖ TI. CLAVD. ATTICVS FR. ‖ CVLTVRA AMARAE FRATRVM. ITEM. OLL. IIII. OICI[1]) MAGNI. ATTICVS ADSICMBIS ‖ ISSTA. RITAT.[2]) — Vindobonae. Mur. 2056, 1.

1) An VICI? 2) f. adsignavi meis lib. libertab. Mur.

§. 7. TIBERIVS, EIVSQVE TEMPORA. CALIGVLA.

681. TI. CLAVDIO T. F. NER... ‖ ...PR. PONTIFICI M..[1]) ‖ PATRI TI. CAESARIS ‖ CONLEG. PONT. COMBVLT.[2]) D. D. — Compulteriae. Romanelli *Topogr.* 2. p. 437.

1) v. Suet. *Tib.* 4. 2) Collegium Pontificum Combulterinorum.

682. TIB. CAES. AVG. F ‖ DIVI NEP ‖ PRINC. IVVEN. AVGVRI ‖ COS. DESIG. ‖ D. D. — Arionae Hispan. Grut. 235, 6.

683. * TI. CAESARI AVGVSTI F. ‖ DIVI. NEPOT. ADVENTV EI.[1]) ‖ SACRVM ‖ CN. LICINIVS C. F ‖ VOL. NAVOS. — Baiaci (*Bavay*), inventum 1716. Huepsch p. 59, 24. mihi est suspectum.

1) adventu eius.

684. M. PLAVTIVS ‖ M. F. ANIEN ‖ LVCANVS ‖ TI. CLAVDIVS ‖ TI. F. PAL. ‖ NERO AED. CVR. ‖ PR. CENS. II VIR. V.. ‖ M. XIV. — Columna milliaria in Via Tiburtina. Grut. 195, 2. Nibby *Viaggio* 1. p. 111. De Tiberii, nondum Imperatoris, censura paullo ante Augusti mortem gesta v. Suet. *Tib.* C. 20.

685. TI. AVGVSTO ‖ IVLIAE AVGVSTAE ‖ SACR ‖ POSTVMIVS PRIMVS ‖ MENSOR. D. S. P. — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 40.

686. TI. CAESARE TERT. GERMANICO CAESARE. ITER. COS.[1]) ‖ CN. ACCEIO CN. F. ARN. RVFO LVTATIO. T. PETILLIO P. F. QVI. II VIR.[2]) ‖ DECRETA.

AEDICVLAM ET STATVAS HAS HOSTIAM DEDICATIONI VICTIMAE NATALI AVG. VIII. K OCTOBR. DVAE QVAE PP. ‖ INMOLARI ADSVETAE SVNT AD ARAM QVAE NVMINI AVGVSTO DEDIC. EST VIIII. ET VIII. K. OCTOBR ‖ INMOLENTVR. ITEM NATALI TI CAESARIS PERPETVE ACTVRI DECVRIONES ‖ ET POPVLVS CENARENT QVAM INPENSAM Q. CASCELLIO LABEONE ‖ IN PERPETVO POLLICENTI VT GRATIAE AGERENTVR MVNIFICENTIAE EIVS EOQVE ‖ NATALI VT QVOT ANNIS VITVLVS INMOLARETVR

ET VT NATALIBVS AVGVSTI ET TI. CAESARVM PRIVS QVAM AD VESCENDVM ‖ DECVRIONES IRENT. THVRE ET VINO GENII EORVM AD EPVLANDVM ARA ‖ NVMINIS AVGVSTI INVITARENTVR

ARA NVMINI AVGVSTO PECVNIA NOSTRA FACIENDAM CVRAVIMVS LVDOS ‖ EX IDIBVS AVGVSTIS DIEBVS SEX IN[3]) FACIENDOS CVRAVIMVS

NATALI AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLVM MVLIERIBVS VICANIS AD BONAM DEAM PECVNIA NOSTRA DEDIMVS.

ITEM DEDICATIONE STATVARVM CAESARVM ET AVGVSTAE MVLSVM ET CRVSTLA || PECVNIA NOSTRA DECVRIONIB ET POPVLO DEDIMVS PERPETVOQVE EIVS DIE || DEDICATIONIS DATVRO [4]) NOS TESTATI SVMVS. QVEM DIEM QVO FREQVENTIOR QVOD || ANNIS SIT SERVABIMVS VI. IDVS MARTIAS QVA DIE

TI. CAESAR. PONTIF. MAXIMVS FELICISSIME EST CREATVS. — Florentiae. Grut. 228, 8. Gor. *Etr.* 1. p. 316, 64.

1) u. c. 771. p. Chr. 18. 2) Duumviris Florentinorum. 3) excidisse videtur *in perpetuum* vel, uti supra *perpetuo* pro *perpetuom*. 4) *daturos*.

687. TI. CAESARI DIVI || AVGVSTI F. DIVI || IVLI N. AVGVSTO || PONTIF. MAXIMO. COS. IIII. || IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXXII || AVGVSTALES || RESPVBLICA RESTITVIT.[1]) — Est celeberrima basis Colossi Puteolani, ad Romani imitationem Tiberio erecti ob restitutas XIV. Asiae civitates terrae motu labefactatas, (u. c. 770.) quarum nomina sub totidem figuris anaglypho opere exsculptis leguntur. 1. THENIA . . EORONXX, (corrupte pro *Nenia Sardianorum?* Laur. Gronov.) 2. Magnesia. 3. Philadelphea. 4. Tmolus. 5. Cyme. 6. Temnos. 7. Cibyra. 8. Myrina. 9. Ephesos. 10. Apollonidea. 11. Hyrcania. 12. Mostene. 13. Aegaeae. 14. Hierocaesarea. — Cfr. Laur. Gronov. *Dissert.* in Graevii *Thes. Gr.* T. VII. p. 446. Belley *Mém. de l'Acad. Inscript. B. L.* T. 24, 128. Le Beau ibid. p. 155. Eckhel D. N. 6, 193. Ipsum marmor pertinet ad a. u. c. 783. p. Chr. 30.

1) i. e. Augustales primum posuerunt. Respublica Puteolana postmodum restituit. v. Fabrett. p. 729. Le Beau l. l.

688. TI. CAESARI. DIVI AVG. F. DIVI IVLI NEP || AVGVSTO PONTIF. MAX. TRIB. POT. XXIIX || COS. IIII. IMP. VIII. AVGVRI. XV VIRO S. F || VII. VIRO. EPVLON || T. PAPIRIVS EVRVS [1]) || DECRETO ORDINIS ILVRCONIENSIS [2]) || A. F. || Q. MARCIO BAREA || T. RVSTIO NVMMIO GALLO || COS. [3]) — Apud Pontem de Pinos prope Granatam. Grut. 235, 10. melius quam apud Mur. 223, 6.

1) SEVERVS Schedae Grut. Mur. 2) hodie *Illora;* alii *Pinos Puente* Reichard. 3) Sunt Consules suffecti a. U. C. 779. p. Chr. 26.

689.

SALVTI PERPETVAE AVGVSTAE LIBERTATIQVE. PVBLICAE POPVLI ROMANI.	GENIO MVNICIPI. ANNO POST INTERAMNAM CONDITAM DCCIIII.[1]) AD. CN. DOMITIVM AHENOBARBVM . . . . . COS . . . . (*duo versus consulto erasi*)[2])

PROVIDENTIAE TI. CAESARIS AVGVSTI NATI AD AETERNITATEM

ROMANI NOMINIS. SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO P. R.[3])
FAVSTVS. TITIVS. LIBERALIS. VI VIR. AVG. ITER.
P. S. F. C. —

Interamnae. Grut. 113, 2. Vidit Smetius; alioqui Ligorianam diceres, nec sic quoque suspicione careret, si verum esset, quod notat Gudius: „Elegantissima inscriptio: expressa est ex Valer. Max. 9, 11, 4." Sed Faustus Titius eam compositurus Valerium Max. certe non consuluit, nec nimis similia sunt utriusque verba.

1) In primis notandus hic Interamnatium usus, annos a municipio condito numerandi, de qua re vide Scalig. *Emend. Temp.* p. 385. Niebuhr *Röm. Gesch.* 1. p. 187. *Ed. pr.* et cfr. ap. Grut. 207. lap. Puteolanum: *Ab Colonia deducta Anno XC.* 2) Erasum est nomen M. Furii Camilli Scriboniani Cos. suffecti u. c. 785. p. Chr. 32. v. Gud. h. l. et Maffei *Mus. Ver.* p. 103. 3) Scil. L. Aelio Seiano. p. Chr. 31. Cfr. alius tituli fragm. ap. Marini *Atti.* 1. p. 43.

690. TI. CAESARI DIVI ‖ AVGVSTI F. DIVI IVLI ‖ NEPOTI. AVG. PONTIFICI ‖ MAXIMO COS V. IMP. VIII. TR. POT. XXXVIII[1]) AVGVRI XV. VIR. SACR. ‖ FACIEND. VII VIR. EPVLON. ‖ L. SCRIBONIVS L. F. VOT. CELER. ‖ AEDIL EX D. D. ‖ PRO LVDIS. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 95, 4.

1) p. Chr. 37.

691. OSSA ‖ TI. CAESARIS ‖ DIVI AVG. F ‖ AVG. PONT. MAX ‖ TRIB. POT. XXXIIX. ‖ IMP. VIII. COS. V.[1]) — Romae. Grut. 236, 1.

1) Quo minus pro spurio habeam hunc titulum, faciunt similes, supra relati. — Cfr. Eckhel D. N. 6, p. 201. Est p. Chr. 37.

692. *Germanici* cognomen tribuitur Tiberio in marm. Grut. 228, 8. vide supra; et 101, 1. quod inter Deos Immort. v. *Pietas:* retulimus. cfr. Eckhel D. N. 6. p. 199. et Marini *Atti.* 1. p. 20. Sic post obitum frater eius Drusus (Marini p. 70.) *Germanicus* dicitur.

* * *

693. SEX. PALPEIO[1]) P. F. VEL ‖ HISTRO ‖ LEG. TI. CLAVDI CAESARIS ‖ AVG. PRO. COS ‖ PR. TR. PL. X VIR. STL. IVDIC ‖ TR. MIL. LEG. XIIII. GERMANICAE[2]) COMITI TI. CAESARIS AVG ‖ DATO SVB[3]) DIVO AVG. C. PRE‖RIVS FELIX. NEAPOLITANVS ‖ MEMOR BENEFICII. — Polae. Grut. 447. 4. (eiusdem fragm. 447, 5. 492, 8. 497, 14. 558, 5.)

1) *Palpelio* et *Palpellio* al. 2) *Geminae.* Cod. Redii. optime. Gud. Wessel. 3) A. alia apographa, quod praestat.

694. DIOPANTHVS (*sic*) ‖ TI. CAESARIS ‖ ORNATOR GLABR.[1]) ‖ VIXIT ANN. XXV. *ad latus:* M. LIVIVS ‖ STEPHANIONIS ‖ L. TYPHVS. — Romae. Grut. 578, 8.

1) Ornator Glabrorum (puerorum delicatorum) Tiberii.

695. D. M. ‖ Q. MASVRIVS Q. F. AIMIL. LEVTER. ‖ MIL. LEG. V. VLP.[1]) TRAIE.[2]) IN COH. VI. ‖ PR. Q. ANN. XII. MIS‖SVS DVOBVS GEM.[3]) ‖ SIBI ET ‖ SILVANIAE MARIAE ‖ SEMPER HONESTISS ‖ VIX. SINE VL. QVEREL. — In Via Latina.

Fabrett. p. 136, 117. Don. p. 257, 121. Cfr. Maffei *Osserv. lett.* 6. p. 317.

1) Haec corrupta; nulla enim Legio Vlpia sub Augusto. Cor. tentat: *Leg. VI. Vic.* 2) traiectus. 3) Duobus Geminis i. e. C. Fufio Gemino et L. Rubellio Gemino Coss. v. Murat. 301, 4. u. c. 781. p. Chr. 29., quo secundum Tertull. c. *Iudaeos*. C. 8. aliosque patres ecclesiasticos ac Baronium Christus supplicium est passus.

696. IVNONI ‖ IVNIAE C. SILANI F. ‖ TORQVATAE ‖ SACERDOTI VESTALI ‖ ANNIS LXIIII. ‖ CAELESTI PATRONAE ‖ ACTIVS L. — Romae. Grut. 25, 10. Spon *Misc.* p. 150. Cfr. Tacit. *Ann.* 3, 69.

697. DIS MANIBVS ‖ LICINIAE CRASSI ‖ FRVGI PONTIFICIS F ‖ MAGNAE ‖ L. PISONIS[1]) PONTIFICIS. VXOR. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 13.

1) Cfr. Tacit. *Ann.* 6, 10. et Marini l. l.

* * *

698. De CALIGVLA v. Act. Frat. Arval. Tab. VII. mutil.
. . . A D VI. K. NOVEMB.
. . . OB DETECTA NEFARIA CON*silia contra Imperatorem Caium Caesarem August*VM. CN. LENTVLI GAE*tulici.* cet. v. Marini *Comment.* ad l. l.

699. M. AQVILĀ. IVLIĀNO
P. NŌNIO. ASPRĒNĀTE COS.[1])
VII. K. IVNIĀS
PRŌ SALVTE. ET PĀCE ET
VICTŌRIĀ. ET. GENIŌ
CAESARIS AV . . .[2]) — Romae. Donati 2. p. 472, 1.

1) a. u. c. 791. p. Chr. 38. 2) Caligulae.

700. IMP. CAES. CAIVS ‖ MAX. TRIB. P. P. . . . ‖ C. N. ‖ D. P. P. PROC. (Reliqua vetustate exesa sunt.) — (*Burg bei Stein*,) ad Rhenum. Grut. 188. 7. Hagenb. *Helvet. Mss.* 1. p. 341. „Rarissimi sunt inscripti lapides Caligulae; quem habet Mur. 1992. 5. non est ex lapide, sed ex nummo Caligulae." HAGENB. Is scilicet ita habet:

701. CAIVS CAESAR DIVI AVGVSTI PRONEPOS ‖ AVGVSTVS ‖ S. C. —

In altero latere:

CONSVL TERTIO ‖ PONTIFEX MAXIMVS ‖ TRIBVNITIAE POTESTATIS ‖ QVARTO PATER PATRIAE ‖ REI CENSITAE CONSERVATOR.[1]) — In S. Mariae de Tumba Dioeces. Adrien. Misit Antonius Scotus.

1) Spectat ad a. Chr. 40. „Non amplius exstat marmor. Pro more fuerint ibi breviatae aliquot voces; vix enim est, ut credam, *tertio* et *quarto* scriptum fuisse." Murat. — Qui primus ex nummo inscriptionem lapidis effinxit, verba et siglas nummi in orbem inscriptas ordine pravo legit, ut in figlinarum in orbem inscriptarum lectione aliis usu venisse observavi. Nummus est Caii a Mediob. p. 78. sic descriptus, in aereis:

C. CAESAR. DIVI AVG. PRON. AVG. S. C. Pileus libertatis.
PON. M. TR. P. III. P. P. COS. TERT. R. C. C. In area nummi.
* PON. M. TR. P. IIII. COS. TERT. R. C. C. Num. Faesch.
(Stellulam additamentum ad Occonem notare monet Mediob. in sua Praef.)
Huiusmodi nummum possedit olim Vrsinus, eius aversam sic citans in *Not. ad Tac. Antw.* 1595. 8. p. 425. COS. QVAT. PON. M. TR. P. IIII. PP. R. CC. Eiusdem ob R. CC. meminit postea in *Not. ad Suet. ed. Antw.* p. 482. sive in Suet. *Burm.* T. 1. p. 631 a. Ex Ioberto (*Einleit. zur Münzwiss.* p. 430.) didici nummi Caiani siglas, (in Muratoriano commento pessime *Rei Censitae Conservator* expansas, non *Remissa CC.* i. e. *ducentesima*, (quo inducti quidam sunt ex nummo Galbae: *Remissa* XL. i. e. *quadragesima* v. Τεσσαρ. p. 566.) legi debere, sed *Restituti Circenses*, ut in Augusti nummo: *CirCenses Augusti.* Hagenb. Mss. Is etsi egregie explosit commenticiam istam inscriptionem, in qua haesit, nodo tamen non soluto, Eckhelius quoque *D. N.* 6. p. 224., melius tamen retinuisset priorem siglarum R. CC. explicationem: *Remissa ducentesima;* v. Eckhel l. l. Ex nummo pariter confictus est alius Caligulae titulus, Mur. 225, 2., ut facile colligitur ex Eckhelio *D. N.* 6. p. 230. Is ita habet:

702. C. CAESAR AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS. ‖ CN. ATEI. FLAC. CN. POMP. FLAC. II VIR. Q. V. I. N. C.[1]) ‖ SAL. AVG.[2]) — Cordubae.

1) Quinquennales Mur. Sed Eckh. rectius: Quinquennales Victricis Iuliae Novae Carthaginis. 2) Salus Augusto. In lap. Burgensi, Grut. 188, 7. notandus Proconsulatus Caligulae. v. Eckhel D. N. 8. p. 342. Is vero titulus Caligulae, in se spectatus, neutiquam spernendus erat Marinio *Atti.* 2. p. 720., quum in Hagenbuchii *Helvet.* 1. p. 341. ex αὐτοψία duorum eius amicorum denuo sit exscriptus. Quamquam ex alio apud eundem exemplari, ut verum fatear, de certa lectione voc. PROC. nondum satis constat: v. nos. N. 468. Alium lapidem cum eraso Caligulae nomine dabimus in Capite de Operibus publicis.

Hoc quoque sui monumentum reliquit Caligula:

703. TI. CLAVDIVS. DRVSI F. CAESAR. AVGVSTVS GERMANICVS. ‖ PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. V. IMP. XI. P. P. COS. DESIG. IIII.[1]) ‖ ARCVS. DVCTVS AQVAE. VIRGINIS DISTVRBATOS PER. C. CAESAREM ‖ A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT. AC RESTITVIT. — Romae. Grut. 176, 5. Vidit Smetius. — Murat. 444, 7.

1) Huius Imperatoris, ut Domitiani, monumenta maxime sincera atque integra inter servilia sunt investiganda, veluti:

704. CINAMIO ‖ C. CAESARIS AVG. VERNA ‖ CINNAMI. CAESARIS. ET SECVNDAE DRVSILLIANER ‖ FILIVS HIC.[1]) — Fori Sempronii. Mur. 995, 13. Donati 2. p. 309, 6. ex Passioneo, quo teste Muratorius contra fidem lapidis (sed tamen recte) CINNAMIO et DRVSILLIANOR, quamvis idem negligentius in Ind. nom. *Secunda Drusillianorum:* quum sit *Cinnamii Caesaris Servi Drusilliani* (qui ex hereditate Drusillae ad Caligulam pervenerat) et *Secundae*, item *Drusillianae.* Cfr. eorundem titulos Mur. 893, 2. 3.

1) Scil. *situs est.* Eadem ellipsis passim reperitur. v. c. Mur. 1720, 10. 1754, 11. 1574, 10. 1296, 3. 850, 3. H. I. C. coniungendum, HIC, neque cum Mur. interpretandum: *hic iacet conditus.* — Mur. 1679, 14. Fabrett. p. 147, 179. p. 616, 138. p. 709, 300. cet. Hagenb. Mss.

§. 8. IMP. CLAVDIVS.

705. Celebratissimum orationis Claudii fragmentum Lugdunense videsis ap. Gruterum p. 502. et accuratius editum in Brotierii

Tacito. Ed. Paris. 1820. T. 4. p. 474. in Excursu ad Tacit. *Annal.* XI, 24.

706. TI. CLAVDIVS DRVSI F. CAES. AVG. ‖ GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III[1]) IMP. III. P. P.[2]) DEDIT. — Ravennae. Grut. 166, 4. 237, 5.

1) u. c. 795. v. de hoc marm. Eckhel D. N. 6. p. 248. 2) Claudius Pater Patriae dictus circa a. p. Chr. 42. Marini *Atti.* 1. p. 76.

707. OB MEMORIAM PATRIS SVI. DEC.[1]) VII. ‖ COLLEGI. FABRVM. M. R.[2]) HS. CIↃ. N.[3]) LIBERALITATE ‖ DONAVIT. SVB HAC CONDITIONE VT ‖ QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM ‖ EIVS DEFERANT. ET IBI EPVLENTVR ‖ DVMTAXAT IN V. ID. IVLIAS ‖ QVOD SI NEGLEXERINT. TVNC AD VIII[4]) ‖ EIVSDEM COLLEGI. PERTINERE DEBEBIT ‖ CONDICIONE[5]) SVPRA DICTA. — Ravennae Grut. 237, 5. 748, 11. Duas esse inscriptiones, quamvis ap. Grut. 237, 5. coaluerint, apparet ex Apiano p. 139. Hagenb.

1) Decurias. 2) Municipii Ravennatis. 3) nummûm. 4) Ap. Grut. 237, 5. est VIII. quod apposita ibi notula, nescio cuius, explicatur *VIII Viros* vel *VI viros.* male, meo iudicio. Est enim interpretandum: *ad octavam decuriam eiusdem collegii;* neque aliter accepisse Scaligerum docuit me eius index IX. Hagenb. 5) *conditione* Gr. 748, 11.

708. TI. CLAVDIVS CAESAR ‖ AVGVSTVS GERM. ‖ PONT. MAX. TRIB. POTEST.[1]) ‖ COS. DESIG. IIII. IMP. XI. P. P. ‖ VIAM CLAVDIAM AVGVSTAM ‖ QVAM DRVSVS CAESAR PRIVS ‖ OBICIB. PATEFACTIS. ITER. EXSI(*ccato*) ‖ FLVMINE PVRGAV. ‖ M . . . . R. ST.[2]) ‖ S. P. M. P . . . CV(*ravit*) — Telonii, (Töll in agro Tirolensi.) v. Raiser, *Cuntia* p. 1.

1) deest V. vel VI. p. Chr. 46. 2) muniendam ac restituendam.

709. PRO SALVTE ‖ TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. ‖ IMP. XV. P. P. CENSORIS . . . .[1]) LIBERORVMQVE . . . . . .[2]) ‖ EX VOTO SVSCEPTO. C. IVLIVS SEX. F. COR.[3]) POSTVMVS PRAEF. AEGYPTI ‖ TI. CLAVDI CAESARIS AVG. GERMANICI. EX AVRI P. XVI. — Romae. Grut. 113, 1.

1) Consulto erasum est: ET IVLIAE MESSALINAE AVG. 2) supple EORVM. v. Marini *Atti* 1. p. 234. 3) Cornelia tribu. Lapis pertinet ad a. p. Chr. 47. v. omnino de hac inscr. Labus *di un' epigrafe Latina* p. 71.

710. TI. CLAVDIVS ‖ DRVSI F. CAISAR ‖ AVG. GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. ‖ VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.[1]) CENSOR. P. P. ‖ AVCTIS POPVLI ROMANI ‖ FINIBVS POMERIVM ‖ AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQ. — Romae. — Polcastro. p. 54. cfr. Mur. 444, 4. v. Eckhel D. N. 6. p. 249.

1) p. Chr. 49.

711. TI. CLAVDIVS ‖ CAISAR ‖ AVG. GER. PONT. MAX. ‖ TRIB. POT. VIII. IMP. XVI. COS. IIII.[1]) P. P. CENSOR ‖ ℲIAM CLAVDIAM ℲALERIAM[2]) ‖ A CERFENNIA OSTIA ATERNI ‖

MVNIT. IDEMQVE ‖ PONTES FECIT. ‖ XLIII. — S. l. Fabrett. p. 473, 120.

1) p. Chr. 49. 2) Digamma Aeolicum post Claudium quoque, etsi raro invenitur in Inscriptt. temporum Neronianorum. v. Marini *Atti.* p. 97.

712. TI. CLAVDIO DRVSI F. ‖ CAESARI AVGVSTO ‖ GERMANICO ‖ PONTIF. MAX. TR. POT. VIII. ‖ IMP. XVI. COS. II . . .[1]) ‖ PATRI PATRIAE. CENS. ‖ EX TESTAMEN. MESSI. L. F. M. N. SENECAE ‖ MILITIS COH. XIII. VRBANAE. ET ‖ DEDICATIONI. EIVS LEGAVIT. MVNICIPIB. SINGVLIS. HS. IIII. N. — Herculani in lamina aerea. Maffei *Tre lettere.* p. 3.

1) l. IIII. p. Chr. 49.

713. TI. CLAVDIO ‖ DRVSI F. CAESARI AVG. ‖ PONT. MAX. ‖ TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI ‖ COS. IIII. COS. DESIGN[1]) ‖ P. P. ‖ VICVS VENERIVS.[2]) — Mediolani. Fabrett. 104, 243. Mur. 226, 7. Saxii *Miss.* 4. p. 6.

1) Numeri sunt Fabrettini pulchre cadentes in a. p. Chr. 50. v. Eckhel D. N. 6. p. 242. Apud Saxium Macanei typus habet *Trib. Pot. VIII.* et *Cos. III.*, quibus neque inter se, nec cum Imperat. XVI convenit. Mur. l. l. *Tr. P. VIIII. Imp. XVI. Cos. III.* Post *Design.* fortasse excidit: V. 2) hodie Vighevano (Viglevanum, medio aevo), uti vult Macaneus. Sed hoc apud veteres Victumviae auctore Reichardo. Vicus Veneris potius ipsius Mediolani regio videtur fuisse.

714. TI. CLAVDIO. CAISARE ‖ AVG. GERMÁNICO. V ‖ SER. CORNÉLIO. ORFITO. COS.[1]) ‖ ISIDI INVICTAI. ET SERÁPI. ‖ M. AÍDIVS. SERHILIAE. AHIOL . . . ‖ LIB. AMERIMNVS ‖ EX HISV. — Vrbini, vel Romae. Grut. 1065, 11. correctius ap. Fabrett. p. 472, XXII. Vt ineditum in *Memorie della Soc. Colombaria Fior.* T. 1. p. 284. Tum in Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 9.

1) p. Chr. 51.

715. TI. CLAV(*dio Drusi F. Caisari* ‖
AVGV(*sto Germanico* ‖
PONTIFIC(*i Maximo Trib. Potest. XI.* ‖
COS. V (*Imp. XXIIII.*[1]) *Patri. Patriai* ‖
SENATVS POPV(*lusque Romanus quod* ‖
REGES BRIT(*anniai perduelles sine* ‖
VLLA IACTV(*ra suorum captivos habuerit* ‖
GENTESQ. E (*barbaras ultra Oceanum* ‖
PRIMVS INDICIO (*indicto bello Imperio adiecerit.* ‖ —

Romae. Quae minoribus literis excusa vides, supplementa sunt Fabretti p. 728, 446. non omni reprehensione libera. v. c. in *Gentesq. E.* lapidis latere potius videntur: *extremas* orbis terrarum; in INDICIO, *in ditionem P. Ro. redegerit.*

1) Nota Claudium ultimo vitae anno u. c. 807. p. Chr. 54. fuisse Imp. XXVII. Mur. 225, 7. et in Tabula honestae missionis. in *Praef. Tom. V. Antiq. Hercul.* p. XXXIX. Spangenberg. Tab. 1.

716. MEDVLLINAE CAMILLI[1]) ‖ TI. CLAVDII NERONIS ‖ GERMANICI SPONSAE ‖ ACRATVS L. PAIDAGOGVS. — Velitris, nunc Romae. — Marini *Iscriz. Alb.* p. 88. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 81.

1) v. Suet. *Claud.* C. 26.

717. 'SABBIO. PVP. VALER ‖ MESSALINAE DISP ‖ HIC SITVS ‖ VIXIT ANN. XXX. — Romae. Murat. 914, 9.

718. DIVO CLAVDIO ‖ RESP. PANHORMIT. — Panormi. Torremuzza p. 28, 7. Referebant alii ad Claudium Gothicum, quos confutavit idem Torremuzza *Iscriz. di Palermo* p. 15. De Divo Claudio, eiusque templo v. Marini *Atti.* p. 112. *Claudium* i. e. Templum Claudii ib. 618. b.

719. TI. CLAVDIVS ‖ LEMNIVS ‖ DIVI CLAVDII ‖ AVGVSTI LIB. A STVDIIS. — Romae. Spon *Misc.* p. 211, 6. Mur. 895, 3.

720. D. M. ‖ CLAVDIAE ‖ DICAEOSYNAE ‖ TI. CLAVDIVS NARCISSVS LIB. EID. COIV. ‖ PIENTISSIMAE ‖ ET FRVGALISSI ‖ B. M. — Ferrariae. Mur. 1325, 5. (Gud. 269, 9. ex Ligorio.) v. Burm. ad Suet. *Claud.* 28. Dubium tamen, utrum sit famosus ille Narcissus, Claudii Imp. libertus, an huiusce libertus.

721. Longe certior haec est:

NARCISI. TI. CLAVDI ‖ BRITANICHI. ‖ SVPRA ‖ INSVLAS. — In lamina aenea. Memorie Romane 1, 3. p. 174.

722. M. CALVI M. F. PAP. PRISCI ‖ FILI. M. CALVI PAP. PRISCI PATR. ADLECT. IN ORD. ‖ SENATORIO. A TI. CLAVDIO ‖ CAES. AVG. GERMANICO CENS. 1) ‖ INTER TRIBVNOS ‖ T. CALVI M. F . . . . . . — Cori. Grut. 384, 3.

1) de censura Claudii v. Sueton. C. 16. Grut.

723. P. PLAVTIVS. PVLCHER. TRIVMPHALIS ‖ FILIVS. AVGVR. IIIVIR. A. A. A. F. F. Q. TI. ‖ CAESARIS AVGVSTI. V. CONSVLIS. TR. P. ‖ PR. AD. AERAR. COMES. DRVSI. FIL. GER‖MANICI. AVVNCVLVS. DRVSI. TI. CLAVD ‖ CAESARIS. AVGVSTI. FILI. ET. AB. EO ‖ CENSORE. INTER. PATRITIOS. CVRATOR ‖ VIARVM. STERNENDARVM. A VICINIS. LECTVS ‖ EX. AVCTORITATE. TI. CLAVDI. AVGVSTI ‖ GERMANICI. PROCOS. PROVINCIAE. SICI‖LIAE. VIBIA. MARSI. ET. LAELIA. NATA ‖ PVLCHRI. — Tibure. Grut. 452, 5. et 454, 1.

§. 9. NERO.

724. Cn. Domitius Ahenobarbus, Neronis pater, memoratur in Actis Frat. Arval. Tab. XIII. et XIV., ubi vide Marinium.

725. DEC. XXVII ‖
. . . DLECTVS AD NVMERVM EX S. C. ‖
. . . . . CAES. AVG. ‖
GERMANICVS ‖
. . . . . CLAVDIO CAESARE AVG. GERMAN. V. ‖
. . . . R. CORNELIO ORFITO. COS. ‖
P. R. C. ANN. DCCCIIII. ‖ — Romae; fragm. fastorum sacerdotalium. Grut. 300, 1. Morcelli *St.* 2. p. 125. ad Britannicum retulit, qui teste Suet. *Claud.* C. 27. prius vocitatus sit Ger-

manicus, Sed rectius Eckhel D. N. 6. p. 261. de Nerone interpretatus est.

726. ° NERONI CLAVDIO DRVSO GER. COS. DESIG ‖ EQVESTER ORDO. PRINCIPI IVVENT. — Romae. Grut. 236, 11. Morcellius *St.* 1, 83. male ad Drusum seniorem retulit, quum sit Imperatori Neroni, adolescentulo etiam tunc, circa a. u. c. 804. dedicatum; v. Eckhel D. N. 6, p. 261. Ceterum eandem plane inscriptionem exhibet Neronis nummus ap. Eckhel D. N. l. l., unde, si quis titulum nostrum inde effictum contendat, haud valde repugnem.

727. NERO CLAVDIVS DIVI CLAVD. ‖ AVG. GERM. CAES. AVG. ‖ N. TIB. CAES. AVG. PRON. ‖ DIVI AVG. ABN. CAES. AVG. ‖ GER. PONT. MAX. TR. POT. IMP. COS. ‖ A. PISOR.[1] M. L. — Prope Herream Hispan. Grut. 154, 1.

1) Pisoraca, hodie Pisuerga. Initium sic emendavit Hagenb. (in Walchii *uberior. Explanat.* p. LIII.): NERO CLAVDIVS DIVI CLAVD. FIL. GERM(*anici*) CAESARIS N(*epos*.)

728. NERO CLAVDIVS ‖ DIVI CLAVDI. F. ‖ GERMANICI C. N. ‖ TI. CAESAR. AVG. PRONEP. ‖ DIVI. AVG. ABNEPOS[1] ‖ CAESAR. AVG. ‖ GERMANICVS PONTIFEX ‖ MAX. TRIB. POT. IIII. IMP. ITER. ‖ COS. III. P. P. ‖ RESTITVIT. — In vico Luc agri Foroiul. in Provincia. Mur. 445, 5. et 2007. 3. (Reines. p. 332. 79.)

1) Cfr. de hac ratione γενεαλογίαν texendi hic primum reperienda Eckhel D. N. 8. p. 367. — Cfr. Grut. 154, 2.

729. NERONI CLAVDIO ‖ CAESARI AVG. ‖ GERM. PONT. MAX. ‖ TRIB. POT. XIII. IMP. ‖ IIII. COS. IIII. P. P. ‖ L. STENIVS SILVANVS ‖ EX TESTAMENTO. — In civ. S. Germani. Mur. 227. 1. Neronis tituli integri sunt rarissimi: hic pertinet ad a. p. Chr. 66. cfr. Walch. *marm. Hisp.* p. XXXIII. et p. 53. — Octaviae Aug. mentio fit in *Act. Frat. Arval.* Tab. XV. v. Marini p. 106.

730. ° NERONI CL. CAIS ‖ AVG. PONT. MAX ‖ OB PROVINCIAM LATRONIB ‖ ET HIS QVI NOVAM ‖ GENERI HVM. SVPER‖STITION. INCVLCAB ‖ PVRGATAM. — Marquesiae in Lusitania. Grut. 238, 9. Quantivis sane pretii esset hoc marmor ad Christianos a Nerone vexatos pertinens, nisi spurium esset, ut scite demonstravit Hagenbuch. in Walchii *Persequutionis Christ. Neron. in Hisp. – uberior. explanat.* Ienae 1753. 4.

Dextra parte tabulae marmoreae, prope Caecinam in agro Lunensi erutae:

731. DIVAE POPPEAE AVGVSTAE ‖ IMP. NERONIS. CAESARIS AVGVST. L. TITINIVS — DIVI AVG. cet. (*eadem, quae infra leguntur, sed mutila.*)

Sinistra parte:

732. IMP. NERONI CLAVDIO DIVI CLAVDI. F. GERM. ‖ CAESARIS N. TI. CAESARIS AVG. PRO. N. DIVI AVG. AB. N. ‖ CAESARI AVG. GERM. P. M. TR. POT. XIII. IMP. XI. COS. IIII. ‖

L. TITINIVS L. F. GAL. GLAVCVS LVCRETIANVS. FLAM. ROMAE ET AVG. II VIR ‖ IIII P. C.[1]) SEVIR. EQ. R. CVRIO. PRAEF. FABR. COS.[2]) TR. MIL. LEG. XXII. PRIMIG. PRAEF. PRAELEGATO.[3]) ‖ INSVLAR. BALIARVM TR. MIL. LEG. VI. VICTRICIS. EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP. ‖ NERONIS. QVOD BALIARIBVS VOVERAT ANNO.[4]) A LICINIO NERVA COS.[5]) II VIRIS L. SAVFETO[6]) ‖ VEGETO ET Q. ABVRIO NEPOTE. VBE VELLET. PONERET. VOTO. COMPOS POSIT. IOVI. IVNO.. ‖ MINERVAE. FELICITATI. ROMAE. DIVO AVGVSTO. — Gori *Etr.* T. 2. p. 46. Mur. 227, 4. accuratius iterum ap. Gor. *Etr.* 3. p. 173. cuius typum exhibemus. Lapis positus est p. Chr. 66.

1) P. C. Mur. *Potestate Censoria.* recte. v. Mur. 135, 1. P. LVCILIO .. II VIR. CENSORIAE POT. QVINQVENNAL. 2) *Consulem* hunc Titinium fastis ignotum fecerunt Gorius et Mur. Sed minime suo loco positum esset huius dignitatis nomen inter Praef. Fabrum et Tr. Mil. Apud Fabr. p. 459, 83. habes *Praef. Fabr. Aug.*, unde hic quoque iungo *Praef. Fabr. Cos.* id est *Consulis alicuius.* 3) ita Gor. 3. p. 173. sed melius utique loco priore et ap. Mur. *Prolegato.* iunge *Praefectus pro legato*, praefectus legati munere fungens. 4) i. e. anno proximo superiore, *vor einem Jahre.* v. Gronov. ad Plaut. *Amph. prol.* v. 91. Hagenb. Mss. 5) p. Chr. 65. 6) f. Saufeio. Hagenb. — De NERONIS IMPERATORIA DIGNITATE XI. v. Marini *Atti.* 1. p. 102.

733. POLYTIMVS ‖ POPPAIAE (*sic*) AVG. ‖ DISPENSATOR FORTVNAE V. S. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2, 242.

734. Poppaeae Augustae et Claudiae Augustae, Neronis filiae, mentio fit in *Actis Frat. Arval.* Tab. XVII. b. p. CXXIII. ed. Marini.

735. DIS. MANIBVS ‖ CLAVDIAE ACTES AVG. L. L. AVCTAE[1]) ‖ TI. CLAVDIVS DEMETRIVS ‖ VXORI ET ‖ TI. CLAVDIVS EVPLASTVS ‖ CONLIB. OPTIME DE SE MERITAE. FECIT. — Romae. Fabrett. p. 126, 40.

1) i. e. Auctae libertae Claudiae Actes Augusti (sc. Neronis) libertae. Fuit ista Neronis pellex, Suet. *Ner.* 28. Permulti eius liberti in saxis memorantur.

736. HAEC AREA . INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORVM ‖ CLAVSA VERVBVS . ET AREA . QVAE EST INFERIVS DEDICATA EST EX VOTO SVSCEPTO. QVOD DIV ‖ ERAT NEGLECTVM . NEC REDDITVM . INCENDIORVM ‖ ARCENDORVM CAVSA . QVANDO ‖ VRBS PER NOVEM DIES ARSIT ‖ NERONIANIS TEMPORIBVS ET HAC ‖ LEGE DICATA EST . NE CVI LICEAT IN‖TRA HOS TERMINOS AEDIFICIVM EX‖TRVERE . MANERE . NEGOTIARI . ARBO‖REM PONERE . ALIVDVE QVID SERERE ‖ ET VT PRAETOR. CVI HAEC REGIO[1]) SOR‖TE OBVENERIT . LITATVRVM SE SCIAT ‖ ALIVSVE QVIS MAGISTRATVS VOLCA‖NALIBVS X KAL. SEPT. OMNIBVS ANNIS ‖ VITVLO ROBIO ET VERRE. — Romae ad templum Mercurii. Grut. 61, 3. Fabrett. p. 684, 83. Nardini 3. p. 245. inde ab: *ex voto.* Morcelli *St.* 1. p. 59., qui egregie hoc saxum vindicat a suspicionibus Maffeii A. C. L. p. 281.

1) undecima.

§. 10. GALBA.

737. Ser. Galbae tituli quum perpauci ad nos pervenerint, damus hoc loco tabulam honestae missionis, tum ex auctoribus Spangenbergio laudatis Tab. II., tum praecipue ex Gorio (*Etr.* 3. p. 144. seqq.) ἔκτυπον eius tabulae exhibente, quod Spangenbergius ipse oculis usurpasse non videtur:

SER. GALBA. IMPERATOR. CAESAR AVGVSTVS
PONTIF. MAX. TRIB. POT. COS. DES. II O
VETERANIS. QVI MILITAVERVNT. IN LEGIONI (*sic*)
I. ADIVTRICE. HONESTAM MISSIONEM ET CIVI
TATEM. DEDIT. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA
SVNT. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE EORVM.
ET CONVBIVM CVM VXORIBVS . QVAS TVNC.
HABVISSENT . CVM EST CIVITAS IIS DATA . AVT
SI QVI CAELIBES ESSENT. CVM IIS. QVAS POSTEA
O O

DVXISSENT. DVM. TAXAT SINGVLI SINGVLAS
A. D. XI. K. IAN.
C. BELLICO NATALE. P. CORNELIO
SCIPIONE COS.
DIOMEDI ARTEMONIS F. PHRYGIA VDIC
DESCRIPTVM. ET RECOGNITVM. EX TABVLA AENEA
QVAE FIXA EST ROMAE. IN CAPITOLIO
IN ARA GENTIS IVLIA (*sic*) O[1])

TI. IVLIVS	PARDALA SARD.
C. IVLI. CHAR	MI SARDIAN
TI. CLAVDI	QVI. FIDINI MAO MIAN
C. IVLI. C. F. COL.	LIBON. SARD
TI. FONTEIVS	CERIALIS. SARD.
P. GRALTI. P. F	AEM. PROVIN CIAL IPESIVS
M. ARRI. RVFI	SARDIAN
O	O

— Marini *Atti.* 2. p. 449. dedit typum Morcellii *St.* 1. p. 308. Quod ad χρίσιν attinet, cfr. Hagenb. ap. Gor. l. l. et Morcellium. — De Galba, et adoptione Pisonis agit fragm. *Act. Frat. Arval.* XX.

1) Sex illa O foramina referunt tabulae plicatilis.

738. IMAGINVM DOMVS ‖ AVG. CVLTORIB. SIGNVM ‖ LIBERTATIS RESTITVTAE ‖ SER. GALBAE IMPERATORIS AVG. ‖ CVRATORES ANNI SECVNDI ‖ C. TVRRANIVS POLYBIVS. ‖ L. CALPVRNIVS ZENA ‖ C. MVRDIVS LALVS. ‖ C. TVRRANIVS FLORVS. ‖ C. MVRDIVS. DEMOSTHENES ‖ S. P. D. D. — *ab altera parte:* DEDIC. IDIB. OCTOBR. ‖ C. BELLICO NATALE ‖ P. CORNELIO SCIPIONE ASIATICO COS.[1]) — Romae. Grut. 238, 12.

1) ex Kal. Sept. u. c. 821. p. Chr. 68. Suspectum erat hoc monumentum Maffeio *Mus. Ver.* p. 97. 109. *Veron. illustr.* T. 2. p. 501. Sed talia, quis finxerit? LIBERTAS RESTITVTA et ROMA RENASCES vel RENASCENS in nummis Galbae legitur.

§. 11. VESPASIANVS.

739. Othonis et Vitellii sincerae inscriptiones nullae supersunt, nisi quod Vitellii mentio fit in *Actis Frat. Arval.* Tab. XV.

740. PACI AETERNAE ‖ DOMVS ‖ IMP. VESPASIANI ‖ CAESARIS AVG. ‖ LIBERORVMQVE EIVS ‖ SACRVM ‖ TRIB. SVC. IVNIOR.[1])

DEDIC. XV. K. DEC. ‖ L. ANNIO BASSO. C. CAECINA PAETO. COS.[2])

A tergo et ab altero latere incisum est album centuriarum septem, quae in ponendam statuam contulerunt, observato ordine alphabetico. — Romae. Grut. 239, 3.

1) Tribus Sucusana Iuniorum. 2) ex Kal. Nov. u. c. 823. p. Chr. 70. Cfr. Franckium *de tribuum ratione* p. 95. Alias similes damus in capite de Tribubus.

741. IMP. CAESAR. ‖ VESPASIANVS AVGVSTVS. PONTIFEX ‖ MAX. TRIB POTES. ‖ COS. III. COS.[1]) DESI‖GNAT. IIII P. F. — Segusii. Don. 115, 7. Spon *Misc.* p. 267. *Cos.* ante *Designat.* plerumque omittitur. Est etiam in saxo Nemaus. ap. Rein. II. 1. p. 249. Hag.

1) p. Chr. 71.

742. IMP. CAESARI ‖ VESPASIANO AVG. ‖ PONT. MAX. TR. POT. III ‖ IMP. IIX. P. P. COS. III. DES. IIII.[1]) ‖ S. C ‖ QVOD VIAS VRBIS ‖ NEGLIGENTIA ‖ SVPERIOR. TEMPOR. ‖ CORRVPTAS IN‖PENSA SVA RESTITVIT. — Romae. Grut. 243, 2. cfr. ib. 3.

1) p. Chr. 71.

743.

T. CAESARI	IMP. CAESARI	CAESARI AVG. F.
VESPASIANO	VESPASIANO AVG.	DOMITIANO
PONTIF. TR.	PONT. MAX. TR. POT.	COS. DESIG.[2]) II.
POT. II. IMP. III ‖ IIII.	IMP. VIIII. COS. IIII.[1]) ‖	PRINCIPI IVVENTVTIS
COS. II.	P. P.	

C. PAPIRIVS AEQVOS. 7. LEG. III. AVG. TESTAMENTO PONI IVSSIT.

EX AVRI P. X. — Romae. Grut 245, 2.

1) p. Chr. 72. 2) Mazoch. p. 107. DESTINATO.

744. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG ‖ PONT. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. XVII ‖ PP. COS. VII. DESIGN. VIII [1] ‖ TEMPLVM MATRIS DEVM TERRAE MOTV ‖ COLLAPSVM RESTITVIT. — Herculani. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 86.

1) p. Chr. 76.

745. IMP. CAESARI ‖ VESPASIANO AVGVST ‖ PONT. MAX. TRIB. ‖ POT. VIII. IMP. XIIX ‖ COS. VIII. [1] PP ‖ L. PORTIVS SABELLIVS II VIR ‖ PEQVNIA SVA DDD. — Antiquariae. Grut. 243, 6. correctius ap. Mur. 228, 2.

1) p. Chr. 77.

746. IMP. VESPASIANO AVG. ‖ PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. ‖ COS. VIII. DESIG. VIIII. [1] P. P. ‖ SACRARVM AEDIVM ‖ RESTITVTORI ‖ ET RITVVM ANTIQVOR ‖ CONSERVATORI ‖ SODALES TITII. — Romae. Grut. 243, 5.

1) p. Chr. 78. cfr. in Cap. *de Rebus sacris* (§. Sodales Titii) eundem, ut videtur, lapidem ampliorem.

747. FLAVIAE DOMITILL. VESPASIAN. CAESAR [1] . . . . — Herculani. Maffei *Mus. Ver.* 350, 8.

1) Vesp. Caesaris uxori.

748. C. VALERIO C. F. ‖ STEL. CLEMENTI ‖ PRIMIPILARI ‖ II VIR. QVINQVENNALI ‖ FLAMINI DIVI AVG. PERPETVO ‖ PATRONO COLONIAE ‖ DECVRIONES ALAE GETVLORVM ‖ QVIBVS PRAEFVIT BELLO IVDAICO ‖ SVB DIVO VESPASIANO. AVG ‖ PATRE ‖ HONORIS CAVSSA ‖ HIC OB DEDICATIONEM STATVARVM EQVESTRIS ET ‖ PEDESTRIS OLEVM PLEBEI VTRIVSQVE SEXVI (*sic*) DEDIT. — Augustae Taurinor. in aerea lamina. Grut. 478, 7.

749. L. LEPIDIO L. F. AN ‖ PROCVLO ‖ MIL. LEG. V. MACEDON ‖ 7. LEG. EIVSD. 7 LEG. EIVSD. II ‖ 7 LEG. VI VICTRICIS ‖ 7 LEG. XV. APOLLINAR ‖ PRIM. [1] LEG. XII GEMIN ‖ DONIS DONATO AB ‖ IMP. VESPASIANO AVG ‖ BELLO IVDAICO TORQVIB ‖ ARMILLIS. PHALERIS ‖ CORONA VALLARI ‖ SALINATORES [2] CIVITATIS ‖ MENAPIORVM ‖ OB. MER. EIVS. ‖ SEPTIMINA P. [3] REPONEND ‖ CVRAVIT — Arimini. Grut. 1096, 4.

1) Primipilo. 2) v. Cuperi *Harpocr.* p. 230. et Burm. *Vect. P. R.* p. 91. et 123. Hag. 3) f. F. filia, de qua vide Grut. 1100, 6. nisi leg. P. S. pecunia sua, aut denique P. sit Publice.

750. TI. PLAVTIO M. F . . . ‖ SILVANO AELIANO ‖ PONTIF. SODAL. AVG ‖ III VIR. A. A. A. F. F. Q. TI. CAESARIS ‖ LEGAT. LEG. V. IN GERMANIA ‖ PR. VRB. LEGAT. ET COMITI CLAVD. CAESARIS . IN BRITANNIA ‖ CONSVLI . PROCOS. ASIAE. LEGAT. PROPRAET. MOESIAE ‖ IN QVA PLVRA QVAM CENTVM MILL. EX NVMERO ‖ TRANSDANVVIANOR. AD PRAESTANDA TRIBVTA CVM CONIVGIB ‖ AC LIBERIS. ET PRINCIPIB. AVT REGIBVS SVIS. TRANSDVXIT. ‖ MOTVM ORIENTEM

SARMATAR. COMPRESSIT. QVAMVIS PARTE. ‖ MAGNA. EXERCITVS AD EXPEDITIONEM IN ARMENIAM MISISSET ‖ IGNOTOS ANTE AVT INFENSOS P. R. REGES SIGNA ROMANA ‖ ADORATVROS IN RIPAM. QVAM TVEBATVR. PERDVXIT. REGIBVS ‖ BASTARNARVM ET RHOXOLANORVM FILIOS. DACORVM FRATRVM[1]) ‖ CAPTOS. AVT HOSTIBVS EREPTOS REMISIT. AB ALIQVIS ‖ EORVM OPSIDES ACCEPIT. PER QVEM[2]) PACEM PROVINCIAE ‖ ET CONFIRMAVIT ET PROTVLIT. SCYTHARVM QVOQVE REGEM ‖ A CHERRONENSI. QVAE EST VLTRA BORVSTHENEM OPSIDIONE ‖ SVMMOTO. PRIMVS EX EA PROVINCIA MAGNO TRITICI MODO ‖ ANNONAM P. R. ADLEVAVIT. HVNC LEGATVM IN HISPANIAM ‖ AD PRAEFECTVR. VRBIS. REMISSVM. SENATVS IN PRAEFECTVRA ‖ TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT. AVCTORE IMP. ‖ CAESARE AVGVSTO. VESPASIANO VERBIS EX ORATIONE EIVS Q. I. S. S.[3]) ‖

MOESIAE ITA PRAEFVIT. VT NON DEBVERIT. IN ME DIFFERRI ‖ HONOR TRIVMPHALIVM EIVS ORNAMENTORVM. NISI QVOD LATIOR EI CONTIGIT MORA TITVLVS PRAEFECTO VRBIS ‖

HVNC IN EADEM PRAEFECTVRA VRBIS. IMP. CAESAR. AVG ‖ VESPASIANVS ITERVM COS.[4]) FECIT. — Tibure. Grut. p. 453. correctius ap. Morcelli *St.* 2. p. 89. ex Dominici de Sanctis *Dissert. de Plautiis*, Tab. 2. Nibby *Viaggio* 1. p. 116.

1) error pro *fratres*. 2) per quem Regem Scytharum summotum cet. Morcelli. An simplicius leg. QVAE, et mox REGE? 3) quae infra scripta sunt. 4) Consulem suffectum anni incerti. Primum fuerat Cos. suffectus u. c. 800. p. Chr. 47.

§. 12. TITVS. IVLIA TITI FILIA.

751. TIT. CAESARI AVG. F. ‖ VESPASIANO IMP. ‖ PONT. TRIB. POT. VI. ‖ COS. DES. VI.[1]) CENSORI.[2]) D. D. — Vilchez in Hispania. Mur. 228, 5.

1) p. Chr. 76. 2) cfr. Marini *Atti* p. 729. Notandum Titum, etiam vivente Vespasiano dictum fuisse Imperatorem; v. Marini *Atti*. 1. p. 160.

752. IMP. TITVS ‖ CAESAR ‖ VESPASIANVS ‖ PONTIFEX ‖ MAXIMVS. TRIBVNIC. POTESTAT. VIIII. ‖ IMP. XIIII. COS. VII. ‖ DESIGNATVS VIII.[1]) ‖ CENSOR FECIT. — In via Aurelia. Fabrett. p. 414, 364.

1) p. Chr. 79.

753. GENIO ET VICTORIAE ‖ IMP. AVG. CAES. T. VESPASIAN ‖ COS. VIII. P. P. ‖ L. NAERATIVS PRISCVS. L. F ‖ AEDIL. ITER. Q. ET CVR. AQV. ‖ PROCOS. CAMPANIAE ‖ SIGNVM POS. ET POPVL. ‖ SPECTAC. ET EPVL. DED. V. ID. OCT. ‖ VESPASIANO VIII. ET DOMITIANO VII.[1]) ‖ COS. — Capuae. Donati 1. p. 159, 2.

1) p. Chr. 80.

754. IMP. T. CAESARI || DIVI F. || VESPASIANO AVG. || PLEBS VRBANA || QVAE FRVMENTVM || PVBLICVM ACCEPIT || ET TRIBVS. — Romae. Grut. 244, 4. ex Panvinio.

755. Restitutio et dedicatio Capitolii a Tito, non a Vespasiano facta memoratur in *Actis Frat. Arv.* Tab. XXIII., ubi vide Mariniuin.

756. et 757. PRO SALVTE. REDITVS || DIVI [1]) TITI. CAES. DIVI. IMP. || VESPASIANI. AVG. F. || Q. LABERIVS RVFVS. || SAC. DEI. HERCVLIS || P. S. F. — Romae. Grut. 113, 4.

1) Elogium *Divi* mortuis tantum Impp. dari solebat. Tac. *Ann.* 15, 74. Contra autem venire videtur haec inscriptio, item Grut. 153, 9. et 226, 9. Reines. ap. Hessel. *Praef. Gud.* p. 7. — Vide ne in hac *Divi* nomen post Titi obitum additum fuerit; sic Grut. 153, 9. IMP. DIVVS CLAVDIVS. || DRVSI F. CAES. AVG. || GERM. PONT. MAX || TRIB. POT. X. COS. IIII. IMP. XI. ITER. REPARAVIT. || VI. — Emeritae in columna milliaria. Masson emendabat *Ti.* vel *Tib.* pro *Divus.* (Grut. 226, 9. spuria videtur.)

758. SENATVS || POPVLVSQVE ROMANVS || DIVO TITO DIVI VESPASIANI F. || VESPASIANO AVGVSTO. — Romae, inscriptio arcus Titi in Via sacra. Grut. 244, 3. Müller *For. Roman.* p. 185. Nardini 1. p. 306. Altera, quae ibidem affertur ex Grutero 244, 6. suspectissima est:

759. * IMP. TITO CAESARI DIVI VESPASIANI F || VESPASIANO AVG. PONTIFICI MAXIMO || TRIB. POT. X. IMP. XVII. COS. VIII. P. P. || PRINCIPI SVO S. P. Q. R || QVOD PRAECEPTIS PATRIS. CONSILIISQVE ET || AVSPICIS. GENTEM IVDAEORVM DOMVIT ET || VRBEM HIEROSOLYMAM OMNIBVS ANTE SE REGIBVS. GENTIBVSQVE. AVT FRVSTRA || PETITAM. AVT OMNINO INTENTATAM DELEVIT. — Talia enim fingere in proclivi erat iis, qui singularia captarent.

760. S. P. Q. R. || DIVO TITO DIVI VESPASIANI || VESPASIANO AVG. SACRVM. || IOVI OPTIMO MAXIMO || SALVTARI. || AEDEM VOTO SVSCEPTO. — Romae. Mur. 131, 2.

761. D. TITO. || D. VESPASIANI F. AVGVSTO || IMP. CAESAR. D. NERVAE F. NERVA TRAIANVS AVG. || GERMANICVS. DACICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. || P. P. FECIT. — Romae. Morcelli *St.* 2, p. 23. v. Nardini 1. p. 307.

762. IVLIAE AVGVS || T. FIL. — Triventi. Mur. 229, 3. Ad eandem Murat. perperam, ut videtur Eckhelio D. N. 6. p. 365. retulit 914, 10:

763. SABINA AVG. SABINA || CLERA.. SER. T. CAES. AVG. || AB ORNAMENTO SVI. FECIT. — Romae in urnula. Hic omnia turbata; sed hoc tamen manifestum est, sermonem potius esse de Sabina Augusta, Hadriani coniuge. Nunquam enim Iulia, Titi filia, Sabinae nomen gessit. v. Eckhel D. N. 6, p. 521.

§. 13. DOMITIANVS. DOMITIA. FLAVIA. DOMITILLA.

764. . . DOMITIANO COS ‖ . . . ‖ SACERDOTI ‖ . ONLEGIORVM OMNIV . .[1]) ‖ . . INCIPI IVVENTVTI . . .

Ab altero latere:

PRO SALVTE IMPERAT ‖ HADRIANI AVG. P. P. ‖ FORTVN. RED. DECRETO C. V.[2]) ‖ PEC. PVBL. EX ARG. P. X ≋ ≈ CVR. AG[3]) ‖ P. ABVRTENNIO PRISCO. P. ABVRTENNIO RESTITVTO ‖ IIII VIR. — Loco incognito reperta, nunc Romae. Marini *Atti* 1. p. 191.

1) Ita in nummo Neronis: *Sacerdos cooptatus in omnia Collegia;* in alio Alexandri Severi *Sacerdos Vrbis.* v. Marini p. 153. 2) Civium Universorum. 3) AG*entibus.*

765. * A. P. R. C. DCCCXLI. ‖ IMP. CAESARE DIVI VESPASIANI F. ‖ DOMITIANO AVG. GERMANICO ‖ MAGISTRO XV. VIR. ‖ EX S. C. LVDI SAECVLARES FACTI. — Romae. Fletwood p. 100, 3. Morcelli *St.* 1. p. 66. Ex tabulis Capitolinis memorat Eckhel D. N. 6. p. 383. Est suspecta.

766. D. N. IMPERATOR CAESAR ‖ DIVI VESPASIANI AVGVSTI ‖ . . . . ‖ GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIB. POT. ‖ VIII. IMP. XXI. ‖ COS. XV.[1]) CENSOR PERPETVVS. — Cordubae. Mur. 229, 6.

1) p. Chr. 90.

767. IMP. DOMITIANO[1]) ‖ CAESARI ‖ AVG. GERMANICO ‖ L. MVNICIVS QVIR. NOVATVS ET L. MVNICIVS QVIR. AVRELIANVS ‖ TI. COR. NER. TEM . . . . II VIR. CONSTITVTI ‖ D. P. P.[2]) D. D. — In vico Illuro Cataloniae. Grut. 245, 4. Mur. 229, 4.

1) In plerisque Domitiani titulis eius nomen erasum est. 2) de propria pecunia.

768. IMP. CAESARI DIVI VESPASIANI F. DOMITIANO ‖ AVG. GER. PONT. MAX. TRIB. POT. XIIII. IMP. XXII ‖ CONS. XVI.[1]) CENSORI PERPETVO P. P. REG.[2]) ‖ VICI VESTORIANI ET CALPVRNIANI. — Neapoli. Grut. 245, 3. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 529.

1) p. Chr. 93. Est hoc unum ex optime conservatis Domitiani monumentis. 2) Regionis urbis Neapolitanae, uti alibi vidimus.

769. * T. FLAVIO T. F. GERMANO ‖ CVRATORI TRIVMPHI FELICISSIMI ‖ GERMANICI SECVNDI cet. — Praeneste. Grut. 411, 1. Si fidem meretur lapis iste, Domitiano adulatores dabant nomen Germanici Secundi, cuius tamen in nummis nullum vestigium exstat.

770. OLYMPVS DOMIN.[1]) ‖ DOMITIANI ‖ AVG SER. ‖ VER. ROM ‖ NAT.[2]) VIXIT. AN. IIII. M. IV. D. XX. ‖ FEC. OLYMPVS PAT. INFELI‖CISSIMVS. — Romae. Don. p. 306, 169. Fabr. p. 146, 175.

1) observa *Domini* nomen Domitiano primum datum; etsi obloquitur Marini; v. supra. 2) servus verna Romae natus.

771. AMPL̄COLL
ET PRISC̄C̄OS.[1]) — In latere. Perusiae. Vermiglioli *Iscr. Per.* T. 2. p. 153.

1) i. e. Ampliati opus. Collega et Prisco Coss. u. c. 846. p. Chr. 93. Videtur antiquissima omnium inscriptionum adhuc notarum in opere figulino sive doliario.

772. . . . . . ‖ . . . ‖ . . LIAE ‖ APPI. MAXIMI ‖ BIS. COS.[1]) ‖ CONFECTORIS ‖ BELLI ‖ GERMANICI[2]) . . . . ‖ — Romae. Grut. 359, 5.

1) p. Chr. 103. 2) v. Grut.

773. CN. DOMITIO SEX. F. VEL. ‖ AFRO TITIO MARCELLO ‖ CVRVIO[1]) LVCANO ‖ COS.[2]) PROCOS. PROVINCIAE AFRICAE. ‖ LEGATO EIVSDEM PROVINCIAE TVLI ‖ FRATRIS SVI. SEPTEMVIRO. EPVLONVM. PRAETORIO LEGATO PROVINCIAE AFR. ‖ IMP. CAES. AVG.[3]) PRAEF. AVXILIORVM OMNIVM ‖ ADVERSVS GERMANOS.[4]) DONATO AB ‖ IMP. VESPASIANO AVG. ET T. CAESAR. AVG. F. CORONIS ‖ MVRALI VALLARI. AVREIS. HASTIS PVRIS ĪĪĪ. ‖ VEXILLIS ĪĪ. ADLECTO INTER PATRICIOS. PRAETORI ‖ TR. PL. QVAEST. PROPRAETORE PROVINCIAE AFRIC ‖ TRIB. MIL. LEG. V̄. ALAVDAE. ĪĪĪĪ VIR. VIARVM. CVRAND. PATRONO ‖ OPTIMO ‖ D. D. — Fulginei in Vmbria. Grut. 403, 1.

1) ita lapis. Grut. CVRINO v. Plin. *Epp.* 8, 18. Martial. 9, 8. 2) anni adhuc incerti v. Murat. p. 433. 766, 5. 810, 7. 858, 4. 3) cfr. Casaub. et Salm. ad *Spart. Adrian.* 3. p. 34. H. et construe: Legato praetorio Imperatoris Caes. Aug. in Prov. Africa. 4) Domitiani puta temporibus.

774. DOMITIAE CN. F. ‖ DOMITIANI CAESARIS ‖ D. D. — Herculani. Maffei *Mus. Ver.* 350, 9.

775. IN HONOREM MEMORIAE DOMVS DOMITIAE AVGVSTAE. CN. DOMITI. CORBVLONIS ‖ FIL. DOMITI. POLYCARPVS ET EVROPE LOC. DAT. DECRETO ORDINIS DECVR. AEDEM ‖ FECERVNT ET EXORNAVERVNT STATVIS. ET RELIQVIS REBVS PECVNIA SVA. EIVSDEM‖QVE TVTELAM IN PERPETVVM REIPVBLICAE DEDERVNT. SVB INSCRIPTIONE INFRA SCRIPTA

IMP. CAES. T. AELIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO. ĪĪĪ. M. AELIO AVRELIO CAES. COS. V̄ĪĪĪĪ[1]) K. MAIAS IN MVNICIPIO. IN CVRIA AELIA AVGVSTA SCRIBVNDO ATFVIT VNIVERSVS ORDO

DECVRIONVM. REFERENTIBVS L. VIPSTANO L. F. CL. PVBLICOLA. MESSALLA. L. SETRIO L. F. PAL. PRISCO ĪĪĪĪVIR. QQ. CN. DOMITIVM POLYCARPVM NOMINE SVO ET DOMITIAE EVROPES CONIVGIS SVAE

OFFERRE ORDINI DECVRIONVM ET SEVIRVM AVGVSTALIVM HS. X̄. M̄. N. QVI IAMPRIDEM EXTRVXISSET TEMPLVM IN HONOREM AC MEMORIAM DOMITIAE CORBVLONIS FIL. ET HOC PIETATIS SVAE ADFECTV

EXORNET ET MELIOREM FACIAT. ORDINEM N. SINGVLIS ET IAM VNIVERSISQVE PRODESSE FESTINET. AT QVOS EX REDITV EIVS PECVNIAE FRVCTVM SEMPER DESIDERET PERVENIRE CONFVGIENDO AT

AETERNAM REM PVBL. N̄. PETENDO VT SECVNDVM EXEMPLVM CODICILLORVM CL. VITALIS. STIPVLATIONE INTERPOSITA. DESIDERIO SVO TALIS CONDICIO DECERNERETVR. VT EX REDITV EIVS PECVNIAE

III. IDVS FEBRAR. NATALE DOMITIAE PRAESENTIBVS DECVRIONIB. ET SEVIR. DISCVMBENTIBVS IN PVBLICO. AEQVIS PORTIONIBVS FIERET DIVISIO. ITEM HOC AMPLIVS IN TVTELA ET ORNATIONIBVS

TEMPLI HS. V̄. M̄. N. SVB EADEM CONDICIONE INFERRET. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. T. C.[2])

PLACERE VNIVERSIS SECVNDVM RELATIONEM S. S.[3]) PECVNIAM ACCIPI. PRAESTARIQVE IN PERPETVVM. VT CELEBRARETVR NATALIS DIES AC MEMORIA DOMITIAE CORBVLONIS FIL. ET EX REDITV HS. X̄. M̄. N.

DIVISIONIBVS FACTIS DISCVMBERETVR IN PVBL. ET SI VLLO TEMPORE INTERMISSVM ESSET. QVOMINVS PRAESTARETVR IT QVOT ORDO DECREVISSET. AVT SI ORDO RESCIDISSET DECRETVM

SVVM MVTASSETVE. CONDICIONEM. TVM. OMNIS SVMMA. QVAE IN HANC REM ACCEPTA ESSET. EADEM CONDICIONE MVNICIPIBVS TVSCVLANIS CONFESTIM RENVMERARETVR.

HOC DECRETVM POST TRES RELATIONES ‖ PLACVIT IN TABVLA AEREA SCRIBI. ET PROPONI IN PVBLICO. VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSSIT. — Gabiis. Visconti *Museo Pio. Clem.* T. 6. p. 239. Mediol. v. Eckhel D. N. 6. p. 399.

1) p. Chr. 140. 2) quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt. T. Viscontius expl. *toti*, sed hoc Italici est sermonis, non Latini, pro *universi*. Videtur potius iungendum IT(a). 3) supra scriptam.

776. FLAVIA DOMITILLA FILIA FLAVIAE DOMITILLAE[1]) IMP. CAESARIS . . . . ANI NEPTIS FECIT GLYCERAE I.[2]) ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM. CVRANTE ‖ T. FLAVIO ONESIMO CONIVGI. BENEMER. — Romae. Grut. 245, 5.

1) Haec tria verba hoc tempore non leguntur in lap. 2) Scalig. explic. *Primae.* sed leg. L.(*ibertae*) Hagenb.

§. 14. NERVA.

777. SERGIAE ‖ LAENATIS F. ‖ PLAVTILLAE ‖ MATRI ‖ IMP. NERVAE ‖ CAESARIS AVG. — prope Antium. Grut. 246, 2.

778. IMP. NERVAE CAES. ‖ AVG PONT. MAX. ‖ TRIB P. P. P. COS. III̅.[1]) ‖ . . ASTVRIC . . ‖ MIL . . . . — Asturicae, Mur. 229, 7.

1) p. Chr. 97.

779. IMP. NERVAE CAESARI ‖ AVG. III. COS.[1]) ‖ TI. CLAVDIVS FELIX ET P. LOLLIVS PARIS ‖ ALLECTORES.[2]) ‖ CVLTORES SILVANI ‖ IDEM IMMVN. — Romae. Grut. 245, 7.

1) p. Chr. 97. 2) i. e. quibus in collegium Silvani alios adlegendi ius est.

780. IMP. CAESAR ‖ NERVA. AVG. CEN.[1]) ‖ PONTIF. M. ‖ TRIB. POTEST. III.[2]) ‖ COS. IIII. P. P. ‖ VIAM A TRIPONTIO AD ‖ FORVM APPI. EX GLAREA ‖ SILICE STERNENDAM ‖ SVA PECVNIA INCOHAVIT. ‖ IMP. CAESAR NERVA. DIVI NERVAE FILIVS AVG ‖ GERMA . . . . ‖ TRIB. POTEST. COS III. ‖ CONSVMMAVIT. — S. l. Morcelli *St.* 2. p. 129.

1) Censor, ut Claudius in marmoribus, in nummis L. Vitellius, Vitellii Aug. pater, Vespasianus, Titus ac Domitianus. 2) Cfr. Eckhel D. N. 8. p. 411.

781. VMMIDIA C. F. ‖ QVADRATILLA ‖ AMPHITHEATRVM ET ‖ TEMPLVM CASINATIBVS ‖ SVA PECVNIA FECIT. — Monte Casino. Marini *Atti.* 2. p. 521. cfr. de hac matrona Plin. *Epist.* L. 6, 11. L. 7, 24.

§. 15. TRAIANVS. EIVSQVE TEMPORA.

782. LARIBVS AVGVSTIS ET GENIS CAESARVM ‖ IMP. CAESARI DIVI NERVAE FILIO NERVAI[1]) TRAIANO AVG. GERM. PONTIFICI MAXIMO TRIB. POT. IIII. COS. III. DESIG IIII ‖ PERMISSV C. CASSI INTERAMNANI PISIBANI PRISCI PRAETORIS. AEDICVLAM REG. XIIII. VICI CENSORI MAGISTRI ANNI GVLII[2])‖ VETVSTATE DILAPSAM INPENSA SVA RESTITVERVNT. IDEM PR. PROBAVIT. ‖ L. ROSCIO AELIANO. ‖ TI. CLAVDIO SACERDOTAE COS.[3]) ‖ L. CERCENIVS L. LIB. HERMES. M. LIVIVS Ɔ LIB DONAX ‖ P. RVTILIVS P. F. PRISCVS. L. CORANIVS L LIB. EVARISTVS. ‖ DEDICATA ‖ IIII K. IANVARIAS. — Romae Murat. 315, 5. Donati 1. p. 161, 3.

1) Sic Donat. deest ap. Mur. 2) Sic Donat., qua in corruptela latet numerus annorum ab institutis Magistris Vicorum. Instituti autem sunt p. u. c. 747. v. Dio Cass. 55, 8. ita ut Muratorii typus CVI . . . rectissime habeat, nisi forte fuit CVII. 3) Consules suffecti Anni 100. p. Chr., cum quo congruit centesimus septimus ab institutis Magg. Vicor. De illis consule nunc Marinium quoque *Atti.* T. 1. in Indice Coss.

783. IMP. CAESAR DIVI ‖ NERVAE F. NERVA ‖ TRAIANVS GERMANICVS ‖ PONT. MAX. TRIB. POT. VI ‖ IMP. II. COS. IIII. P. P. ‖ INCOHATAM[1]) A DIVO NERVA ‖ PATRE SVO PERFICIENDAM ‖ CVRAVIT. — Puteolis. Grut. 190, 3. correctius ap. Fabrett. *de Col. Tr.* p. 278. Similis exstat etiam Venusii. Grut. 177, 2. et ad notas chronologicas definiendas utilis fuit Eckhelio D. N. 6. p. 416. Refertur a l a. u. c. 855. p. Chr. 102.

1) scil. viam.

784. L. ARRVNTIO STELLA[1]) ‖ L. IVLIO MARINO COS.[2]) ‖ XIIII KAL. NOV.

M. ACILIVS PLACIDVS. L. PETRONIVS FRONTO ‖ IIII VIR. I. D. S. C.[3]) FERENTIN. IN CVRIA AEDIS MER‖CVRI. SCRIBVNDO

ADFVERVNT Q. SEGIARNVS. MAE‖CIANVS. T. MVNNIVS NOMANTINVS. ‖ QVOD VNIVERSI V. F.[4]) T. POMPONIVM BASSVM CLARIS‖SIMVM VIRVM. DEMANDATAM SIBI CVRAM. AB ‖ INDVLGENTISSIMO IMP. CAESARE NERVA TRAIANO ‖ AVGVSTO GERMANICO. QVA AETERNITATI ITALIAE ‖ SVAE PROSPEXIT.[5]) SECVNDVM LIBERALITATEM EIVS ‖ ITA ORDINARI. VT OMNIS AETAS CVRAE EIVS MERITO ‖ GRATIAS AGERE DEBEAT. FVTVRVMQVE. VT TANTAE VIRTVTIS VIR. AVXILIO SIT FVTVRVS MVNICIPIO NOSTRO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.[6])

ΩN.[7]) PLACERE CONSCRIPTIS. LEGATOS EX HOC ORDINE‖ MITTI. AD T. POMPONIVM BASSVM CLARISSI‖MVM VIRVM. QVI AB EO IMPETRENT IN CLIENTELAM AMPLISSIMAE DOMVS SVAE. MVNI‖CIPIVM NOSTRVM RECIPERE DIGNETVR ‖ PATRONVMQVE SE COOPTARI. TABVLA ‖ HOSPITALI INCISA IN HOC DECRETO. IN DOMO ‖ SVA POSITA PERMITTAT. CENSVERE. ‖ EGERVNT LEGATI ‖ A. CAECILIVS A. F. QVIRINALIS ET QVIRINALIS F.

AD AVGVST　　　　AD AVGVST
TEM. C. P.　　　　TEM. C. P.[8]) —

Romae, in aenea tabella. Grut. 456, 1.

1) Idem fortasse, in cuius honorem Epithalamium conscripsit Statius. 2) Coss. suffecti anni incerti, ut videtur ante a. p. Chr. 103., quum Traiano Dacici cognomentum nondum tribuatur. v. Marini *Atti* 2. p. 753. Minime vero cum Reines. emendandum MACKINO. 3) Senatusconsulti Gud. Sed praestet, opinor, senatum consuluerunt. 4) verba fecerunt. 5) Videntur pueri alimentarii significari. 6) quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt. 7) Omnino. 8) Ad Augustale temperamentum comprobatum pondus. Scalig.

785. IMP. DIVI NER F ‖ NERVAE TRAIAN ‖ CAESARI AVG ‖ GER DACIC PONT ‖ MAX TRIB. POT PP ‖ COS V[1]) ‖ C. RVFIVS MODERATVS ‖ IVNIANVS IVNCINVS ‖ PRAEF COH. VI. RAET TRIB ‖ MIL. LEG. VII G F EX ‖ CODICIL ‖ F I.[2]) — Celeiae, nunc Vindobonae. Corrupte ap. Mur. 230, 8. melius ap. Maff. *Mus. Ver.* 240, 2. Donati 1. p. 138, 9.

1) Quum annus Trib. Pot. relatus non sit, titulus fluctuat inter annos 104 — 111. sic multi Traiani sunt nummi vagi consulatu V. notati. Eckhel D. N. 6. p. 423. 2) Geminae Felicis. Ex codicillis fieri iussit; rariore formula pro T. F. I.

786. PLOTINAE AVGVST.	IMP. CAES. NERVAE TRAIANO. AVG. GERM DACICO. PONT. MAX. TR. POT. IX. COS. V.[1]) D. D.	MARTIANAE AVG.

— Sarzanae. Mur. 230, 7. cfr. Grut. 247, 6.

1) p. Chr. 105.

787. IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE TRAIANO ‖ AVG. GERM. DACICO PONTIFICI MAX ‖ TRIBVNIC. POTEST. XII.[1]) IMP. VI. COS. V ‖ P. P. DEVICTIS DACIS FOROCLAVD. PVBL. — In urbe Aixme Tarantasiae. Spon *Misc.* p. 185, 4.

1) p. Chr. 108.

788. IMP. CAESARI DIVI NERVAE FILIO ‖ NERVAE TRAIANO ‖ OPTIMO. AVG. GERMANICO. DACICO. PONT. MAX. TRIB. ‖ POTEST. XVIII.[1]) IMP. VII. COS. VI.[2]) P. P. ‖ FORTISSIMO PRINCIPI S. P. Q. R. — Beneventi in arcu Traiani. Grut. 247, 5. Mur. 231, 2.

1. 2) Ita de Vita αὐτόπτης. *Inscr.* p. 18. Grut.: *Trib. Pot.* XVIIII. — *Cos.* VII. cfr. Eckhel D. N. 8. p. 400. — p. Chr. 115. cfr. Raoul-Rochette in *Journal des Savans*, Avril 1824 p. 244.

789. GENIO IMP. CAESARIS ‖ NERVAE TRAIANI OPTIMI ‖ AVG. GERMANICI DACICI ‖ CORINTHVS CAESARIS ‖ N. METTIANVS ‖ . . EDISECVS. RATIONIS ‖ . . . VPTVARIAE.[1]) COLLEGIO D. D. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 92.

1) Pedisequus. Rationis voluptuariae. — Similis est sequens: ubi pro *Genio Imp.* est *Numini* cet.

790. NVMINI. IMP. CAESARIS NERVAE TRAIANI AVG. GERM. DACICI N[1]) ‖ CRESCENS. ALYPIANVS. DISP. FISCI. FRVMENTARI. FECIT. — Romae. Marini. l. l.

1) Nostri. Sacratissimus Princeps vocatur Traianus ap. Spon *Misc.* p. 181. item Hadrianus ap. Marini *Atti* p. 21.

791. DEO. HERCVLI ‖ PRO SALVTE ‖ DIVI[1]) TRAIANI ‖ AVGVSTI ET ‖ MARCIANAE ‖ SORORIS AVG. COLONIA. DAC. SARMIZ.[2]) — Warhel. Grut. 46, 1.

1) Probari hinc poterat Traianum vel ante obitum Divum iam cognominatum fuisse, nisi Clusius ap. Sax. *Peric.* p. 26. rectius exhiberet: *pro salute* IMP. *Traiani.* 2) Sarmizegetusa.

792.

PLOTINAE AVG. CONIVGI AVG.	IMP CAESARI. DIVI NERVAE F. NERVAE TRAIANO. OPTIMO AVG. GERMANICO. DACICO 1) PONT. MAX. TR. POT. XVIIII. 2) IMP. VIIII COS. VI. PP. PROVIDENTISSIMO PRINCIPI SENATVS P. Q. R. QVOD ACCESSVM ITALIAE HOC ETIAM ADDITO EX PECVNIA SVA PORTV. TVTIOREM NAVIGANTIBVS. REDDIDERIT	DIVAE MARCIANAE AVG. SORORI. AVG.

— Anconae, in arcu Traiani. Grut. 247, 6. Calogerà *Raccolta* T. 19. p. 119.

1) post haec Grut. Ed. 2da addit ET. CYRIACO. ex Schotti scil. *Itin. Ital.* p. 134. quo is significare voluit, *et Cyriacum Anconitanum* exhibere hanc inscript. Ita Hagenb. Mss. et Leich. *Cur. sec.* p. 40. 2) p. Chr. 115. Cfr. Fabretti *Col. Tr.* p. 293. Fea *ad Winckelmann* Vol. 2. p. 373. Eckhel D. N. 8. p. 401.

793. PLOTINAE ‖ AVG. ‖ IMP. TRAIANI ‖ AVG. P. P. ‖ AGATHYRSVS ‖ AVG. LIB. — Alla Riccia. Marini *Atti* 1. p. 176.

794. M. VLPIO AVG. LIB. PHAEDIMO ‖ DIVI TRAIANI AVG. A POTIONE ‖ ITEM A LAGVNA[1]) ET TRICLINARCH[2]) ‖ LICTORI PROXIMO ET A COMMENT ‖ BENEFICIORVM. VIXIT ANN. XXVIII. ‖ ABSCESSIT[3]) SELINVNTE PRI. IDVS AVGVS ‖ NIGRO ET APRONIANO COS.[4]) ‖ RELIQVIAE TRAIECTAE EIVS ‖ III. NONAS FEBR. EX PERMISSV ‖ COLLEGII PONTIF. PIACVLO FACTO ‖ CATVLLINO ET APRO COS.[5]) ‖ DVLCISSIMAE MEMO-

RIAE EIVS ‖ VALENS AVG. LIB. PHAEDIMIANVS [6]) ‖ A VESTE BEN. MER. FECIT. — Romae. Grut. 578, 1. Smetius quidem non vidit (v. Smet. p. 101, 9.) sed vidit Fabrettus, qui ut ineditum rursus dat *Col. Traian.* p. 185. Hinc manifestum fit, a Maffeio A. C. L. p. 349. sine ulla causa pro spurio habitum esse tam egregium monumentum.

1) Differre hinc discimus *a potione* et *a laguna s. lacuna* (cfr. Grut. 578, 4.), contra quam voluit Gudius in *Act. Erud. Suppl.* T. V. p. 23. Hagenb. Mss. 2) His officiis functus est Phaedimus, dum servus erat; manumissus quum esset, factus est *Lictor proximus*, quod v. prae ceteris fere Maffeio suspicionem movit. Sed non recordabatur Val. Maximi 2, 2, 4. Ciceronis *ad Q. Fr.* 1, 1, 7. Sic *Lictor proximus.* Grut. 630, 6. et *proximus tabular.* Grut. 589, 9. 3) hoc quoque singulare pro *decessit.* Obiit Selinunte, ubi etiam Traianus iuxta Dionem, quamvis alii Seleuciae dicant, fato concessit, altero post eum die. Fabr. cfr. Scalig. *ad Euseb.* p. 208. 4) p. Chr. 117. 5) p. Chr. 130. 6) Valens igitur iste, ut ex Phaedimiani nomine colligitur, servus antea M. Vlpii Phaedimi, testamento in potestatem pervenerat Hadriani, et ab eo postea manumissus est. Ceterum cfr. de hoc lap. etiam d'Orville *Misc. Observ.* T. 3. 1741. p. 128. et 135.

795. IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. ‖ DIVO TRAIANO OPTVMO ‖ AVG. GERM. DACICO. PARTHICO ‖ PONT. MAX. TRIB. POT. XXI. IMP ‖ XIII. COS. VI. P. P. OPTVMO ‖ MAXVMO. QVE. PRINCIPI. CON‖SERVATORI GENERIS HVMANI ‖ RESPVBLICA ARATISPITANORVM ‖ DECREVIT. DIVO. DEDICAVIT. — Inter Gibraltar et Malacam. Ex Carteri *Itin.* Eckhel D. N. 6. p. 457., quem vide de singularibus huius monumenti notis: *Trib. Pot.* XXI. *Imp.* XIII.

796. * IMPERATORI CAESARI DI ‖ NERVAE FIL. NERVAE ‖ TRAIANO OPTIMO ‖ AVG. GERMANICO ‖ DACICO. PARTICO (*sic*) ‖ PONT. MAX. TR. POT. XXII (*sic*) IMP. X . . . ‖ COS. VI (*sic*) PATRI. PATRIAE ‖ SENATVS POPVLVSQVE. ROM ‖ OB RECIPERATOS. AGROS ‖ POSSESSORIBVSQ. RESTITVTOS ‖ QVOS LACVS. FVCIN. VIOLENTIA INVNDAVERAT. — Avellani Reines. p. 333, 81. Avezani a. 1615. inventa. Gud. 88, 3., cuius typum do. In urbe Teatina Mur. 231, 5. v. Fabrett. *Col. Trai.* p. 295. et 403. Ernestii *Excurs. ad Suet.* XXIII. Est manifesto spuria; nunquam enim Traianus *Trib. Pot.* XXII. vel adeo XXIII., ut alii typi habent.

797. DIVO NERVAE. TRAIANO. PARTHICO ET DIVAE ‖ PLOTINAE DIVI TRAIANI PARTHICI VXORI. ‖ IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVGVSTVS. ‖ PONT. MAX. TR. P. COS. III. PARENTIBVS SVIS. — Romae ad forum Vlpium. Maffei *Mus. Ver.* p. 251, 1. Morcelli *St.* 1. p. 12.

798. TIB. CL. [1]) CANDIDO COS. ‖ XV VIR. S. F. LEG. AVGG. ‖ PR. PR. PROVINCIAE H. C. [2]) ‖ ET IN EA DVCI TERRA MARIQVE ‖ ADVERSVS REBELLES H. H. P. P. [3]) ‖ ITEM ASIAE. ITEM NORICAE ‖ DVCI EXERCITVS ILLYRICI ‖ EXPEDITIONE ASIANA. ITEM PARTHICA ‖ ITEM GALLICA. LOGISTAE CIVITATIS ‖ SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM ‖ ITEM EPHESIORVM. LEG. PR. PR. PROVINC. ASIAE. CVR. CIVITATIS TEANENSIVM. ALLECTO INTER PRAETORIOS. ITEM ‖ TRIBVNICIOS. PROC. XX. HERED. PER GALLIAS. LVGDVNENSEM. ET BEL‖GICAM. ET VTRAMQ. GERMANIAM. ‖ PRAEPOSITO COPIARVM EXPE-

DITIO‖NIS GERMANICAE SECVNDAE ‖ TRIB. MIL. LEG. II AVG. PRAEFECTO. COHORTIS SECVNDAE CIVIVM ‖ ROMANORVM ‖ SILIVS HOSPES. HASTATVS LEG. X. ‖ GEMINAE. STRATOR EIVS ‖ OPTIMO PRAESIDI. — Tarracone. Grut. 389, 2.

1) Ita αὐτόπτης Schott. in *Vell. Paterc. ed. Burm.* p. 635. Grut.: T. CL. Omnes intelligunt Ti. Iulium Candidum Cos. II. u. c. 858. p. Chr. 105., qui primum fuerit Consul suffectus cum Octavio Frontone. (Fabrett. C. IV. N. 496.) anno incerto. vide in primis Marini *Atti* p. 192. 2) Hispaniae Citerioris. 3) Hispaniarum Provinciarum duarum.

799. T. AVRIDIO P. F. NICEPHORO ‖ PRIMIPILO LEG. II. ADIVT. IN ‖ BELLO CONTRA ‖ DACOS AB INVICTISSIMO IMP. NO‖STRO TRAIANO‖FELICITER PATRATO ‖ CASTRENSI CORONA DONATO ‖ ET IN ORDINEM EQVIT. RO‖MAN. ADSCITO ‖ L. GALERIVS VAFER ET ‖ C. CESIVS LISIMACVS II VIR. ‖ HVIVS MVNICIP. PATRON. B. M. P. C. VI. KAL. IVLII. (*sic*) — Prope Fabrianum. Marini *Atti* 2. p. 530.

800.

C. IVLIVS C. F. FAB. ANTIO‖CHVS PHILO PAPPVS. COS. ‖ FRATER. AR‖ VALIS. SVLLE‖CTVS INTER PRAETORI‖OS AB. IMP. CAESARE NERVA ‖ TRAIANO ‖ OPTVMO ‖ AVGVSTO ‖ GERMANICO DACICO.	*ΒΑΣΙΛΕΥΣ* ‖ *ΑΝΤΙΟΧ‖ΟΣ* *ΦΙΛΟ‖ΠΑΠΠΟΣ* ‖ *ΒΑΣΙΛΙ‖ΩΣ* *ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ* ‖ *ΤΟΥ ΑΝ* ‖ *ΤΙΟΧΟΥ.*

a reliquis lateribus:

a) *ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΒΗΣΑΙΕΥΣ*

b) *ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ*

c) *ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΝΙΚΑΤΩΡ.* — Athenis. Grut. 421, 2. et accuratius ap. Marini *Atti* Tab. LVI. cum luculento Commentario p. 721. seqq. Positum est anno p. Chr. 114.

801. CN. OCTAVIVS TITINIVS CAPITO [1] ‖ PRAEF. COHORTIS. TRIB. MILIT. DONAT ‖ HASTA PVRA. CORONA VALLARI. PROC. AB ‖ EPISTVLIS ET A PATRIMONIO. ITERVM AB ‖ EPISTVLIS DIVI NERVAE. EODEM AVCTORE ‖ EX S. C. PRAETORIIS ORNAMENTIS. AB EPISTVL. ‖ TERTIO. IMP. NERVAE. CAESAR. TRAIANI AVG. GER. ‖ PRAEF. VIGILVM. VOLCANO D. D. — Romae. Grut. 61, 4.

1) vide Plin. *Epist.* 1, 17. et 8, 12.

802. Q. POMPONIVS RVFVS.[1]) COS. PONT. SO*dalis*?) . . . . *Leg. Aug* ‖ PROPR. PROVINC. MOESIAE DALMATI . . . — Lepti in Africa. Borghesi *nuovi Fasti* Cap. 2. p. 115.

1) Est Pomponius Rufus, *vir paratus et vehemens* Plin. *Epist.* 4, 9. cfr. 3, 9. consul suffectus anni incerti. 2) scil. Augustalis. Ita supplevit Borghesius, melius sane, quam PONTifex SOlis, nescio quis.

803. ANNO. XII. IMP. NERVAE. TRAIANO ‖ CAESARI. AVG. GERMANICO ‖ DACICO ‖ P. I. R. SOLPICIVM. SIMIVM[1]) ‖ PRAEF.

AEG. — In Aegypto. Loco mihi ignoto. *Revue Encycl.* T. 21. p. 458. Labus *di un' epigrafe Latina* p. 101.

1) PER P. SVLPICIVM. SIMILEM ingeniose emendat Labus. Cfr. Dionem Cass. L. 69, 19.

804. M. MAENIO C. F. COR. AGRIP‖PAE TVSIDIO 1) CAMPESTRI ‖ HOSPITI DIVI HADRIANI PATRIS ‖ SENATORIS 2) PRAE. COH. II. FL ‖ BRITTON 3) EQVITAT. ELECTO ‖ A DIVO HADRIANO ET MISSO ‖ IN EXPEDITIONEM. BRITAN‖NICAM TRIB. COH. I. HISPAN. ‖ EQVIT. PRAE. ALAE ‖ GALLOR. ‖ ET PANNONIOR CATAFR. ACHA‖IAE 4) PROC. AVG. PRAE. CLASSIS ‖ BRITANNICAE. EQVO PV‖BLICO. PATRONO MVNICIPI ‖ VICANI CENSORGLACENSES M. P. L. 5) ‖ CONSECVTI AB INDVLGENTIA ‖ OPTIMI MAXIMIQVE IMP. ANTO‖NINI AVG. PII BENEFICIO INTER‖PRETATIONIS EIVS PRIVILEGIA ‖ QVIBVS IN IVRE CIVIVM AVCTI ‖ CONFIRMATIQVE SVNT. ‖ L. D. D. D. — Prope Camerinum. Don. p. 229, 19. αὐτόπτης. Reines. p. 462, 128. Gud. p. 175, 1.

1) ET VSIDIO Rein. Gud., unde Reines. coni. L. TVSIDIO. Duplex praenomen, quorum alterum a patre naturali, alterum ab adoptivo L. Tusidio Campestri, Grut. 563, 14. traxerit, excusatur saxo Murator. 1091, 1. collato Marini *Atti* 1, p. 149. Spon *Misc.* 189, 2. Gud. 186, 5. Infra N. 822. 2) cfr. Suidas in Ἀδριανός. 3) Flaviae Brittonum, quorum cohortes sex in saxis memorantur. Grut. 1001, 3. Magna de Brittonibus est controversia, plerisque pro Britannis eos habentibus, quamvis *cohortes Britannicae* memorentur Tacito, et in hoc quoque lap. distinctio facta videatur inter Brittones et Britannos. Masdéu *Opusc.* p. 204. de Brittonia Gallaeciae cogitat, ignota tamen vel accuratissimo Vckerto. Sed vide Sickler *Geographie* p. 59. 4) CATAFRACTA ‖ LAE FAE PROC. Gud. 5) vicus Censorglacensis municipium dicitur, ut *Plebs urbana Vici Herculani* in saxo non Ligoriano Gudii 172, 4.

§. 16. HADRIANVS. SABINA. ANTINOVS. L. AELIVS CAESAR CET.

805. NVMINI. DEORVM. AVG. IOVI OPT. MAX ‖ AEDEM VOTO SVSCEPTO Q. LEPIDVS M. F. ‖ M. CVRIVS M. F. COS. III. S. P. Q. R. —

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI F. D. NERVAE ‖ NEP. TRAIANO. HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. QVOD VNVS OMNIVM PRINCI‖PVM ET SOLVS. REMITTENDO SESTERTIVM ‖ NOVIES MILLIES CENTENA MILLIA N. ‖ DEBITVM FISCI. NON PRAESENTES MODO. SED ET ‖ POSTEROS SVOS PRAESTITIT HAC LIBERALITATE SECVROS. ‖ IVLIA AVG. MATER AVGG. ET ‖ CASTRORVM MATRONIS RESTITVIT. ‖ SABINA AVGVSTA ‖ MATRONIS. ‖ — DIVVS. AVG. PONT. MAX. EX S. C. ‖ REFECIT. — Romae. Grut. 10, 6. ex Mazochio 2: 1. et 2: 2. et 9: 2., qui ipse non vidit. Scil. 2: 1. exhibet: *Numini — — Matronis.* 2: 2. *Divus — refecit.* 9: 2. *Imp. Caesari — — Aug. Matronis.* Illis vero: *Imp. Caes. Divi*, optime, ni fallor, praemittit: S. P. Q. R., quae in Grut. 10, 6. et Mazoch. 2. 1. coaluerunt cum: *Numini. Deorum. Aug.* Priora denique *Numini — suscepto* dat Mur. 131, 5. ex Donio p. 2, 4., qui post *Opt. Max.* inserit: *Salutari.* Manifestum est

quinque inscriptt. hic coaluisse. Consules illi suffecti sunt anni incerti. v. Almelov. *Fast.* p. 266.; quamquam mirus accidit *Cos. III.*, cuius nulla mentio in fastis fiat. — Partem eam, quae ad Hadrianum spectat, explicant Scalig. *ad Euseb.* p. 210. (Ed. 1658.) Salmas. ad *H. Aug.* T. 1. ed. Hack. p. 66. Eckhel D. N. 6. p. 478. et 8. p. 413. Pertinet ad a. p. Chr. 118. Apud Baronium et Mabillon est tantum *Tr. Pot. II. Cos.* non *Cos. II.* Tertia ita legenda erit:

SABINA AVG.
MATRONIS.

Scil. Gallicis illis Matronis, s. Matribus, quas honoratas eiusmodi titulo fuisse etiam ab Sabina Augusta, nihil omnino vetat. Huic iam exolescenti subiunxisse videtur Iulia Domna:

IVLIA AVG.
MATER AVGG. ET CASTRORVM
MATRONIS
RESTITVIT.

Quinta denique inscriptio *Divus - refecit*, teste Mazochio 2: 2. legebatur in Ponte s. Mariae, olim Senatorio s. Palatino.

806. IMP. CAESAR D. NERVAE ‖ TRAIANI F. NERVAE NEPOS ‖ HADRIANVS TRAIANVS AVG. ‖ DACICVS MAXIMVS. BRITAN‖NICVS MAXIMVS. GERMANICVS ‖ MAXIMVS. PONTIFEX MAXIMVS. TRIB. ‖ POTEST. II. COS. II.[1]) P. P. PRAETERQVAM ‖ QVOD PROVINCIIS REMISIT DECIES ‖ NONIES ‖ CENTENA MILLIA N. ‖ SIBI DEBITA.[2]) A MVNDA ET FLVVIO ‖ SIGILA AD CERTIMAM[3]) VSQVE ‖ XX. M. P. P. S.[4]) RESTITVIT. — Prope Certimam. Don. p. 91, 82. Mur. 451, 1.

1) p. Chr. 118. 2) Cfr. Grut. 10, 6. Spartian. *Hadr.* 7. 3) v. Vckert *Geographie* 2, 1. p. 359. Ceterum hoc quoque Hispaniense marmor suspectum est tum propter Britannici titulum Hadriano tributum. cfr. Eckhel D. N. 6, p. 478., tum propter titulum P. P. ante Trib. Pot. XII. 4) Millia Passuum Pecunia Sua.

807. IMP. CAESARI ‖ DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI FIL. DIVI ‖ NERVAE NEPOTI ‖ TRAIANO HADRIANO ‖ AVG. PONTIF. MAXIM. ‖ TRIB. POT. II. COS. III ‖ FRATRI ARVALI. — Romae. Don. p. 117, 15. Murat. 188, 4. Marini *Atti* 1. p. CLXXII. T. 2. p. 718. — Errat Eckhel (D. N. 8. p. 414.) Donii p. 117, 16. Mur. 188, 5. Marini. l. l. Tav. L. ad Hadrianum referens, quum spectet ad Antoninum Pium.

808. DIVI NERVAE COCCEI. NEP. ‖ DIVI TRAIA. PARTHICI FIL. ‖ TRAIANO. HADRIANO AVG. ‖ PONT. MAX. TRIB. POTES. II ‖ COS. III.[1]) D. D. — Nursiae. Mur. 232, 5.

1) p. Chr. 119.

809. IMP. CAES. DIVI ‖ TRAIANI PARTHICI FIL. DIVI NERVAE ‖ NEPOTI TRAIANO ‖ ADRIANO AVG. PONTIF ‖ MAX. TRIB. POTEST ‖ III[1]) COS III ‖ N.[2]) RHODANICI ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ PRINCIPI. — Turnone ad ripam Rhodani. Grut. 1022, 10. it. 248, 8. Reines. p. 305, 16.

1) *Nautae.* apud Reines. l. l. est II. pro N.; sed coniectura idem assecutus est, leg. esse N. (Nautae). Alius contra apud Grut. 248, 8. perperam emendavit *Imp. II.*, unde

Eckhel, qui hunc tantum typum nosse videtur, quamvis dubitans, collegit, Hadrianum iam inde a Trib. Pot. III., Imp. II. dictum fuisse. v. D. N. 6. p. 518. Hoc igitur incertissimum. 2) p. Chr. 119. vel 120.

810. In duobus saxis Grut. 197, 5. et 198, 2. *Hadrianus* p. Chr. a. 122. dicitur: Trib. Potest. V. Imp. IIII., quum apud Eckhel D. N. 6. p. 480. hoc et sequentibus usque ad obitum annis Imp. II. continuetur, ut Cos. III. cfr. Fabrett. *Col. Tr.* p. 287. Sed utrobique Masson. ex *Episc. Vigorn.* notis in *Add. Holth.* emendat: *Imp. II.*

811. COLLEGIVM ‖ AVGVRVM. AVCTOR ‖ IMP. CAESARE DIVI ‖ TRAIANI PARTHICI F. ‖ DIVI NERVAE NEPOTE ‖ TRAIANO HADRIANO ‖ AVG. PONTIF. MAX TRIB. POT. V. COS. III. [1]) PROCOS. [2]) ‖ TERMINOS POMERII ‖ RESTITVENDOS CVRAVIT. — Romae. Grut. 198, 1. Mur. 451, 3.

1) p. Chr. 121. 2) nota Proconsulatum Hadriani. Cfr. Marini *Atti* 2. p. 719. et Eckhel D. N. 8. p. 342.

812. IMP. CAES. DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI HADRIAN. AVG. PONT. ‖ MAXIMO. TRIB. POTEST. XVI. COS. III. P. P. [1]) ‖ AQVA INDVCTA COLON. DACIC. SARMIZ ‖ PER CN. PAPIRIVM AELIANVM LEGAT. EIVS ‖ PR. PR. — In sacello Pagi Bodogfalvensis. Grut. 177, 3. Maffei *Osservaz. lett.* 1. p. 185, 6.

1) Ea demum monumenta, quae Hadriani Trib. Pot. XII. sequentesque memorant, eum Patrem patriae appellant. v. Eckhel D. N. 6. p. 516. Quae contra veniunt, aut suspecta, aut minus accurata sunt. Hoc pertinet ad a. p. Chr. 133.

813. IMP. CAESARI DIVI ‖ TRAIANI PARTHICI FIL ‖ DIVI NERVAE NEPOTI ‖ TRAIANO HADRIANO ‖ AVG. PONTIF. MAXIMO ‖ TRIBVNIC. POTESTAT. XX. [1]) ‖ IMP. II. COS. III. P. P. ‖ MAGISTRI VICORVM VRBIS ‖ REGIONVM XIIII. — Romae. Grut. 249, 8. Mur. 2125.

1) p. Chr. 136.

814. IMP. CAES. ‖ TRAIANO ‖ HADRIANO ‖ AVG. P. M. TRIB. POT. ‖ XXI. [1]) COS. III. IMP. II. ‖ L. AELIVS. CAES. FIL. ‖ TRIB. POTES. COS. IT. ‖ PROCOS. XV VIR. SACR. ‖ FACIVND. — Iaurini s. Arrabonae in Pannonia. Grut. 252, 2. Sestini. p. 196.

1) p. Chr. 137. Spurii sunt lapides, (v. c. Grut. 252, 7.) qui Hadriani Trib. Pot. XXII. prae se ferunt. v. Zaccaria *Istituz.* p. 513. Vide N. 827., ubi iterum datur.

815. I. O. M. ‖ OB SALVT. HADRI‖ANI AVGVR ‖ PV. PO. [1]) — Budae. Sestini *Viaggio.* p. 195.

1) Augures publice posuerunt. Sestini. Sed AVGVR. videtur corruptum esse pro AVGVS(ti). PV. PO. publice positum (monumentum), vel posita, (ara).

816. HADRIANO AVGVSTO COS. III. P. P. | SABINAE AVGVSTAE
LOCVPLETATORIBVS MVNICIPII ‖ EX D. D. PVBLICE. — Romae. Morcelli *St.* 2. p. 68.

817. IMP. HADRIANO ‖ AVG. N. [1]) P. P. ‖ M. PETRONIVS SVRA PROC [2]) ‖ CVM MAMERTINO ET ANTONINO ‖ LIBERIS ‖ EX ARG. P. V. S. [3]) — Romae, nunc Lugduni Bat. Donii *Append.*

p. 557, 18. Gud. 90, 3. Mur. 236, 3. Oudend. *Papenbr.* p. 20, 20. Saxii *Miss.* 4. p. 12. d'Orville *Misc. Crit.* T. 3. p. 101.

1) nostri. 2) *procurator*, potius quam proconsul. 3) ex argenti pondo quinque semis, potius quam: ex argento puro votum solvit. — Divum Hadrianum habes in seq.

818. EX INDVLGENTIA DIVI HADRIANI CAESAR. AVG ‖ L. PSIDIVS [1]) SVMPTIBVS SVIS EREXIT. — S. Angeli in Vado in aquae ductu plumbeo. Ughelli *Ital. Sacr.* 2. p. 895.

1) an PISIDIVS?

819. SABINAE AVG ‖ IMP. CAES. TRAIA‖NI HADRIANI AVGVSTI ‖ DIVI NERVAE NEPOTI [1]) ‖ DIVI TRAIANI DAC. PAR ‖ FIL. D. D. FELICITAS IVLIA ‖ OLISIPO. PER ‖ M. GELLIVM. RVTILIVM ET ‖ L. IVLIVM AVITVM. — Olisipone. Grut. 252, 5.

1) l. *Nepotis*. Add. Holth.

820. SABINAE ‖ AVGVST ‖ MAGISTRI QVINQVENNALES ‖ COLLEGI. FABRVM TIGNAR. LVST. XIIII ‖ Q. NVMISIVS MARITIMVS ‖ M. VALERIVS FELIX ‖ MARCIVS [1]) CARVS ‖ T. FLAVIVS ONESIMVS ‖ L. NAEVIVS L. F. PALPHRIPP [2]) ‖ Q. HORTENSIVS TYRANNVS ‖ Q. LOLLIVS HERMA ‖ IN MAGISTERIO DEFVNCTVS. — Romae. Grut. 252, 6.

1) A. LARGIVS Boiss. 2) PHILIPP. Boiss., unde leg. PAL*atina* PHILIPP*us*. Hagenb.

821. DOMITIAE ‖ PAVLINAE. SORORI ‖ IMP. CAESARIS ‖ TRAIANI HADRIANI ‖ AVG. FVNDANI ‖ D. D. — Fundi in Latio. Grut. 252, 4. cfr. Fabrett. p. 666.

822. A. PLATORIO A. F. ‖ SERG. NEPOTI ‖ APONIO. ITALICO ‖ MANILIANO ‖ C. LICINIO. POLLIONI ‖ COS. [1]) AVGVRI. LEGAT. AVG ‖ PRO. PRAET. PROVINC. BRI‖TANNIAE. LEG. PRO. PR. PRO‖VINC. GERMAN. INFERIOR ‖ LEG. PRO. PR. PROVINC. THRAC ‖ LEG. LEGION. I. ADIVTRICIS ‖ QVAEST. PROVIN. MACED ‖ CVRAT. VIARVM CASSIAE ‖ CLODIAE. CIMINIAE. NOVAE ‖ TRAIANAE. CANDIDAT. DIVI ‖ TRAIANI. TRIB. MIL. LEG. XXII ‖ PRIMIGEN. P. F. PRAET. TRIB ‖ PLEBIS. III VIR. CAPITALI ‖ D. D. — Aquileiae repertum 1815, nunc Vindobonae. Labus *Dissertaz.* p. 35.

1) Huius A. Platorii Nepotis, ter Spartiano inter Hadriani intimos amicos memorati *Hadr.* 4, 15, 23. (ubi est *Plaetorius*, videndumque omnino an in lapide literae AT sint explicandae AET.) consulatus in fastis non memoratur. Doctissime de singulis disputavit Labus. Nota duplex praenomen.

823. ANTINOO ET BELENO PAR AETAS FORMAQVE PAR EST
CVR NON ANTINOVS SIT QVOQVE QVI BELENVS [1])
Q. SICVLVS. —

Tibure. Mur. 24, 6.

1) Ita Antinous νέος Πύθιος, νέος Ἴακχος in nummis. Ceterum ut Antinoi nummi commatis Romani nulli exstant, ita hoc excepto nec marmora Latina. De cultu Antinoi in eius urbe Antinoopoli consule Origenem *adv. Cels.* 3, 36. p. 470. *Bened.*

824. * BORISTENES ALANVS ‖ CAESAREVS VEREDVS ‖ PER AEQVOR ET PALVDES ‖ ET TVMVLOS ET RVSCOS ‖ VOLARE

QVI SOLEBAT ‖ PANNONICOS IN APROS ‖ NEC VLLVS INSEQVENTEM ‖ DENTE APER ALBICANTI ‖ AVSVS FVIT NOCERE ‖ VEL EXTIMAM SALIVA ‖ SPARSIT AB ORE CAVDAM ‖ VT SOLET EVENIRE ‖ SED INTEGER IVVENTA ‖ INVIOLATVS ARTVS ‖ DIE SVA PEREMPTVS ‖ HOC SITVS EST IN AGRO. — Epitaphium est Borysthenis equi Hadriani Imp., quod Aptae Iuliae 1604. fertur efossum. v. omnino Burmanni *Anthol. Lat.* T. 2. p. 288. Quarto versu amplexus sum emendationem Masdéu *Opusc.* p. 175. *per tumulos et ruscos* pro: *per tumulos Etruscos:* apud eundem inveni v. 6. et 7. ita scriptos, ut edidi. Epigramma mihi est suspectum.

825. M. VLPIVS ‖ SYMPHORVS ‖ VIXIT ANNIS XXIIII ‖ MENSIBVS VII. DIEBVS XI ‖ M. VLPIVS CASTORAS ‖ LIBRARIVS ARABICVS 1) ‖ FECIT LIBERTO ‖ BENEMERENTI. QVOD IN EXPEDITIONIBVS ‖ DVABVS 2) ‖ GALLIAE ET SYRIAE ‖ SECVNDVM 3) FVERAT. — Romae. Act. Erud. *Lips.* 1773. p. 43. cum expositione Gaetani Migliore.

1) Quicquid dicit Migliore, nova sub Traiano cum Arabibus commercia, novos etiam Arabici sermonis interpretes ac librarios requisivisse, ut de interpretibus concedamus, de librariis vero permirum mihi accidit, videndumque ne error subsit. v. c. A RATIONIBVS. 2) ds Hadriani expeditt. recte intelligit Italus. 3) l. SECVM.

826. . . . . ONINVS. PIVS. FEL. AVG. TRIB. P*ot*

L. AELIVS CAESAR	IMP. CA*esar*
IMP. HADRIANI. AVG.	DIVI HAD*riani F*
FIL. TRIB. POT. COS II	DIVI TR*aiani*
IMP. CAESAR	PARTH*ici Nep*
L. SEPTIMIVS	DIVI NER*vae Pronep*
SEVERVS. PERTINAX	**T. AELIVS HA*drianus***
AVG. PONTIF. MAX P. P.	**ANTONINV*s Aug. Pius***
TRIBVNIC. POT. COS.	
DESIGNAT. II.	**PONT. MAX. *Tribunic. Pot***
IMP. CAES. P. SEPTIM	**COS DESIG*nat. II.***
GETA. TRIBVNIC. P. II. COS. II.	

Brixiae nuper effossum, mihique benigne missum a doctissimo Io. Labusio 1).

1) Qui haec simul adnotavit: „Ci offre Elio Cesare ed Antonino Pio, e nello spazio (nel mio tipo) punteggiato (*Imp. Caesar L. Septimius - - Cos.*), per indicare che fu raso ab antico, onde poi scolpirvi il nome di *Settimio Severo* e di *Geta;* sospetto che ci stesse prima il nome di *Commodo*, probabilissimo essendo, che a canto di *Antonino Pio*, ci fossero *M. Aurelio* e *Lucio Vero*, e sotto *Elio Cesare*, *Commodo.*" Verissime. Notandum praeterea P. Septimii Getae nomen ita esse erasum, ut tamen legi adhuc possit. Supplementa sunt Labusii.

827. IMP. CAES. ‖ TRAIANO ‖ HADRIANO ‖ AVG. P. P. ‖ TRIB. POT. XXI. COS. III. IMP. II. ‖ L. AELIVS. CAES. FIL. ‖ TRIB. POTES. COS II. ‖ PROCOS. XV VIR ‖ SACRIS FACIVND. 1) — Iaurini in Hungaria. Grut. 252, 2. Sestini. p. 196.

1) cfr. Saxii *Perio.* p. 35., qui de tempore adoptati ab Hadriano L. Aelii citat Spartian. in *Hadr.* p. 204. *Ed. Hack.* Murat. 325, 4. Pagii *Diss. Hypat.* 1, 3, 14. p. 34. De antepen. versu probat Massonum in *Add. Holth.* pro II. legentem PR*ovinciae.* scil. Pannoniae. Vehementer autem errat Saxius, II. post *Cos.* non ferens.

„L. Aelius, inquit, h. l. secundum Consul sumitur cum Hadriano tertium consule, quod quo modo fieri possit, Fasti opem vestram!" Nodum in scirpo quaerit. Hadrianus consulatum tertium gessit a. p. Chr. 119., neque ultra processit, nunquam Consul IV. factus, teste Spart. in *Hadr.* C. 8.; unde Hadrianus Trib. Pot. XXI. a. p. Chr. 137. non potuit nisi Cos. III. de more inscribi, eique saxum nostrum erexit p. Chr. 137. L. Aelius Consulatum tunc gerens secundum. — „Quid? si L. Aelius Caesar Trib. Potestate, atque imperio extra urbem Proconsulari simul fuerit donatus, ut postea de M. Antonino Philosopho narrat Capitolin. T. 1. *Hack.* p. 313.?" — Hagenb. Mss. cfr. Eckhel D. N. 6. p. 524. et 8, p. 342. Item Grut. 1009, 6:

828. IOVI FVL . . . MINERVAE FAL . . .[1]) ‖ EX VISV ‖ M. LVÇCIVS HERMES ‖ . . . . . . ‖ V. S. L. M. ‖ . . . TA KAL. IVL ‖ L. AELIO CAESARE II. ‖ P. COELIO BALBINO. COS. — Romae.

1) f. FATidicae.

829. L. AELIO CAESAR. IMP. CAES. TRAIANI ‖ ADRIANI AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXI ‖ IMP. II. COS. III.[1]) P. P. FILIO ‖ D. TRAIANI PARTHICI ‖ NEPOTI. DIVI NERVAE PRONEPOTI. TRIB. POT. COS. II. P.-F.[2]) — S. Angeli in Vado. Ughelli *Ital. Sacr.* Vol. 2. p. 895. mance apud Mur. 238, 6.

1) p. Chr. 137. L. Aelius Caesar mortem obiit ipsis Kal. Ianuariis p. Chr. 138. sepultus est in monumento Hadriani, ubi sequens exstabat olim titulus. 2) *Ptt.* habet Ughelli Ed. Veneta; ex quo Saxius *Misc.* 4. p. 15. fecit PII., sed est *Pio Felici*.

830. L. AELIO. CAES. DIVI. HADRIANI ‖ AVG. F. COS. II. F. — Smetius. fol. XI. 13. Grut. 253, 1. v. Hagenb. *Epp. epigr.* p. 14.

831. Q. MARCIO TVRBONI ‖ FRONTONI PVBLICIO ‖ SEVERO.[1]) PRAEF. PRAET. ‖ IMP. CAESARIS TRAIANI ‖ HADRIANI AVG. P. P. ‖ COLON. VLP. TRAIANA AVG ‖ DACICA SARMIZEGETVS. — Kereniest in Transilvania. Grut. 457, 1. Mur. 1122, 1.

1) Huius viri meminit Spartianus *Hadrian.* C. 7. 9. 15.

832. C. NVMMIO C. FIL. PAL ‖ CONSTANTI P. P.[1]) LEG. II. TRAIANAE ‖ CENTVRION. II. LEG.[2]) III. ‖ CYRENEICAE (*sic*) ET VII. CLA. ‖ EVOCATO IN FORO AB ACTIS[3]) ‖ MILITI COH. III. PRAET. ‖ II.[4]) X. VRB. DONIS DONATO AB ‖ IMP. TRAIANO TORQVIBVS ‖ ARMILLIS. PHALERIS OB ‖ BELLVM PARTHICVM III. M.[5]) AB ‖ IMP. HADRIANO CORONA ‖ AVREA. TORQVIBVS ARMILLIS ‖ PHALERIS OB BELLVM IVDAICVM[6]) ‖ HEREDES EX TESTAMENTO. — In oppido Duratiani. Mur. 838, 3.

1) Praeposito vel Primipilo. 2) duarum legionum. Hagenb. 3) Grut. 445, 9. et 10. Evoc. Aug. ab Act. vel Actis Fori. 4) fortasse ET. Hag. 5) f. ITEM id. 6) p. Chr. 134.

833. P. AELIO RASPARASANO. ‖ REGI ROXOLANORVM. ‖ V. V. F. — Capodistria. Carli *Antichità di Capodistria.* Calog. *Raccolta.* V. 28. p. 273. Notae sunt incertae. Explicant *Vt Voverat Fecit.* Carlius ad Hadriani tempora hunc Roxolanorum regem refert. cfr. Spartiani *Hadrian.* 6.

§. 17. ANTONINVS PIVS. FAVSTINA MAIOR. cet.

834. BOIONIA ANTVLLIA ‖ MATER NARCISSO ‖ F. ‖ ERGA SE PIENTISSIMO ‖ QVI VIXIT ANNIS ‖ XXVI ‖ MORATVS EST

IN DISPEN‖SATIONE BOIONIAE PROCILLAE[1]) ‖ ET AVRELI FVLVI[2]) ‖ HAEC SVPREMVM MVNVS LIBENTI ‖ ANIMO SIBI ET POSTERISQVE ‖ SVIS FECIT ET EORVM. — Romae. Grut. 597, 7.

1) Avia fuit materna Antonini Pii. Gud. 2) Patris Antonini Pii. Id. Utraque Gudii notula subiecta est Reinesio. v. *Ep. ad Rup.* p. 264. Hagenb.

835. EX. PR. ARR. FADILL[1]) ‖ CAEPIO CAS. DORID. — In latere. Zachar. *Excurs.* p. 194.

1) Arria Fadilla mater Antonini Pii. cfr. Grut. 607, 1. Murat. p. 572.

836. MATIDIAE ‖ AVG. FIL. DIVAE ‖ MARCIANAE AVG ‖ NEPTI DIVAE SABINAE ‖ AVG. SORORI ‖ IMP. ANTONINI ‖ AVG. PII P. P. MATERTERAE ‖ MINTVRNENSES ‖ D. D. — Suessae. Grut. 252, 9.

837. MATIDIAE AVG. F. ‖ DIVAE MARCIANAE AVG. NEPTI ‖ DIVAE SABINAE. AVG. SORORI ‖ IMP. ANTONINI AVG. PII ‖ P. P. MATERTERAE SVESSANI. — Suessae. Reines. p. 306, 20. Est Matidia iunior. v. Eckhel D. N. 6. p. 470. cfr. Raiser *Augsburg*. p. 43. Grut. 272, 4.

838. IMP. CAES. AELIO HADRIANO ‖ ANTONINO AVG. PIO. FEL. P. P. ‖ SVBIVGATORI ORBIS TERRARVM ‖ · RESPVBLICA AECLANENSIVM. — Mirabellae. Lupulus p. 103.

839. IMP. . . . SAR ‖ AEL . . DR. ANO. ‖ AVG. PIO. PONT. MA . . ‖ TR. POT. II.[1]) COS. II ‖ P. P. A C AVG.[2]) TR. ‖ M. P. XXII. — Treveris. In Eichstadii *Programmate Ienensi* 1824. p. 7.

1) p. Chr. 139. 2) Literae sunt ligatae. Recte Eichstadius: *A Colonia Augusta Treverorum.* Doctissime is de tota inscr. disputat.

840. IMP. CAESARI DIVI HADRIANI F. DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI NEP ‖ DIVI NERVAE PRON ‖ T. AELIO HADRIANO ANTONIN ‖ AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. II. ‖ COS. II.[1]) P. P. FRATRI ARVALI. — Romae. Doni p. 117, 16. Mur. 188, 5. Marini *Tav.* L. v. supra in Hadriano. N. 807.

1) p. Chr. 139.

841. IMP. CAESAR. DIVI HADRIANI. FIL ‖ DIVI TRAIANI PARTHICI NEPOS ‖ DIVI NERVAE PRONEPOS ‖ T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS ‖ AVG. PIVS PONT. MAX ‖ TRIB. POT. II. COS. II. DESIGNAT. III. P. P. ‖ OPVS PILARVM VI MARIS CONLAPSVM ‖ A DIVO PATRE SVO PROMISSVM ‖ RESTITVIT. — Puteolis. Martorelli *Theca calamar.* p. 582. Morcelli *Styl.* 1, 1. C. 4. Visconti *Museo P. Cl.* 2. p. 155.

842. IMP. CAESARI DIVI HADRIANI FIL. DIVI TRAIANI PARTHICI NEP. DIVI NERVAE PRON. T. AELIO ‖ HADRIANO ANTONINO AVG. PIO. PONT. MAX. TRIB. POT. III. COS. III. ‖ P. P. ‖ Q. PARIVS Q. F. VOL. SEVIR.[1]) OB HONOR. QVINQVEN. DE HS IIII M. N. EX DD ‖ CVIVS DEDICAT. EPVLVM DEDIT DECVR. ET AVGVSTAL. SING. HS VIII. MAGIST.[2]) HS. III. PLEBI HS. II. N. — In ponte oppidi Limosani ad fl. Tifernum. Mur. 238, 1.

1) SEVER. suspicatur Mur. 2) Magistratibus municipalibus.

843. *Im*P. CAES. DIVI HA*dri*‖*ani* FIL. DIVI TRA‖*iani* NEPOTI. DIVI NERV*ae* ‖ *p*RONEPOTI. T. AEL. *Ha*‖*d*RIANO ANTON*ino* *A*VG. PIO. P. P. PONT. *max*‖*im*. TRIB. POT. IIII. *Cos*. III ‖ AL*a* I. FL.[1]) O.[2]) — Koesching. Schoepfl. *Alsat*. 1. p. 242. Accuratius in Stark *paläogr*. *Abhandlung über diesen Denkstein*. München 1824. 4. Quae inclinatis literis excusa vides, supplementa sunt Starkii.

1) Ala prima Flavia, 2) Supplent: Optimo Principi, quod defendi potest e N. seq.

844. S. P. Q. R. ‖ IMP. CAESARI T. AELIO HADRIANO ‖ ANTONINO AVG. PIO P. P. ‖ PONTIF. MAX. TRIB. POT. VI COS. III.[1]) OPTIMO ‖ MAXIMOQ. PRINCIPI ET CVM SVMMA ‖ BENIGNITATE IVSTISSIMO. OB INSIGNEM ERGA ‖ CAERIMONIAS PVBLICAS CVRAM AC RELIGIONEM. — Romae. Fabrett. p. 681, 62. v. Eckhel D. N. 7. p. 29.

1) p. Chr. 143.

845. IMP. CAES. T. AELIO ‖ HADRIANO ANTONINO ‖ AVG. PIO. P. P. VEXILLATIO LEG. VI. VICTR. P. F. ‖ PER M. P. III. DCLXVI. — In Anglia. Fabr. 756, 620. Mur. 237, 2. Sermo est de vallo Antoniniano a leg. sexta victrice pia felice ducto per millia pedum tria cet. cfr. Grut. 256, 8.

846. Spuriam sine dubio Inscript. Grut. 259, 8. (Caryophil. *de Therm. Hercul.* p. 48. Seivert. p. 14.) hic inserere nolui. Fraus maxime deprehenditur in *Votis tricennalibus*, quae a. p. Chr. 153. suscipi nequaquam poterant.

847. DIVO ‖ ANTONINO ‖ AVG. PIO. ‖ ALIMENTARI.[1]) — Sestini. Grut. 1022, 7. Mur. 238, 4.

1) cfr. ib. 2. et 3. — Pueri et Puellae Alimentari.

848. DIVO. ANTONINO. AVG. PIO ‖ ANTONINVS AVGVSTVS ET ‖ VERVS AVGVSTVS FILII. — Romae. In Columna Antoniniana. (de qua vide *Diss.* Io. Vignolii. Romae 1705. et Nardini 3. p. 85. Probe haec distinguenda a Columna Centenaria. ib. p. 123. Consule de hac inscr. Saxii *Miss.* 4. p. 14. Visconti *Mus. Pio-Clem.* 5. p. 174.) Mur. 238, 5.

849. IVNONI[1]) ‖ FAVSTINAE ‖ AVG. ‖ SAC. — Calvi. Maffeii *Mus. Ver.* 475, 7.

1) i. e. Genio.

850. MEMORIAE ‖ DIVAE FAVSTINAE[1]) AVG ‖ PIAEQ. CLARISSIMAE ‖ RELICTA MATRE ‖ INFELICISSIMA ‖ VIX. ANN. XXXVI. MENS. III. DIEB. XI. — Romae. Grut. 261, 3.

1) Est Faustina maior. v. Eckhel D. N. 7. p. 37.

851. DIVAE FAVSTINAE AVGVSTAE ‖ IMP. CAESARIS T. AELI. HADRIANI ‖ ANTONINI AVG. PII. MAXIMI. ‖ TRIB. POT. IIII COS. III[1]) P. P. — Romae in Hadrianio. Mur. 239, 3.

1) p. Chr. 141.

Hanc inscriptionem ex Mabillonii *Vett. Analectis* p. 362. Ed. 1723. quum dedisset Muratorius, sequentes, quae l. l. dumtaxat leguntur ex Cod. Einsiedlensi, sed commentitiae minime videntur, nescio cur negle-

xerit. Mentionem tamen earum fecerunt Pagius *Crit. Baron.* ad a. u. c. 914. Eckhel D. N. 7. p. 38. de Boze *Mém. Acad. Inscript.* T. 15. p. 470.

852. M. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS. FILIVS IMPERATORIS CAESARIS TITI AELII HADRIANI ANTONINI AVG. PII P. P.

853. M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS. FILIVS IMPERATORIS CAESARIS TITI AELII HADRIANI ANTONINI AVG. PII. P. P.

854. AVRELIA FADILLA. FILIA IMP. CAESARIS TITI AELII HADRIANI ANTONINI AVGVSTI PII. P. P. — Vides exscriptorem hic quoque, ut fere in reliquis, pro notis literas omnes extense dedisse; idque fortasse Muratorio suspicionem movit, vel quod omnia hic casu primo, non tertio enunciata essent; solitá tamen est ellipsis: *hic situs* vel *sita est*, maxime in adolescentulis. Ceterum hi tituli omnes olim in Hadrianio exstabant.

855. INVICTI VENERANDA DVCIS PER SECVLA VELLENT
VICTRICES MVSAE PALLAS CRINITVS APOLLO
LAETA SERENIFICO DEFVNDERE CARMINA COELO
INTEMERATA MALAS HOMINVM SET[1]) NVMINA FRAVDES
IVRGIAQVE ARCANIS ET PERFIDA PECTORA CVRIS
FVGERE. HADRIANI TAMEN AD PIA SAECVLA VERTI
AVSA. PER OCCVLTAS REMEANT RIMATA LATEBRAS
VT SPIRENT CAVTES[2]) AC TEMPORA PRISCA SALVTENT
SACRA MAMERTINO[3]) SONVERVNT PRAESIDE (*signa*)
TVM SVPERVM MANIFESTA FIDES STETIT. INCLV(*tus heros*)
INACHIAS SOSPES DITI PEDE PRESSIT HARENAS
NAMQVE INTER CELSI DENSATA SEDILIA TEMPLI
INCOLA QVO PLEBES TECTIS EFFVNDITVR ALTIS
MVNERA COELICOLVM - - - - - -

In Talmensis templi atrio. Niebuhr *Inscriptt. Nubienses* Ed. Tubing. p. 8.

1) Nil opus Niebuhrii coniectura SEI, pro *si*. *Set* pro *sed* frequens est in Cdd. 2) *cantus?* 3) fortasse Petronio Mamertino, ad quem Frontonis epistola exstat; hinc sub Hadriano h. l. intelligendus Antoninus Pius. v. Niebuhr.

§. 18. M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS. FAVSTINA MINOR. CET.

856. De Domitia Lucilla s. Calvilla Publii (Calvisii Tulli) filia, Annii Veri uxore, M. Aurelii Antonini matre, v. Fabrett. p. 512, 164. Marini *Atti* p. 667. Saepe in figulinis memoratur p. Chr. a. 123 — 155. v. c. Marini l. l.

a) OP. DOL. EX. PR. DOMPFLVCILL[1]) ‖ PAETINO ET APRON ‖ COS.[2])

b) EX. PR. DPF LVCILLAE ODOLFIG MAPR ‖ L. AEL. CAES. II. P. COEL BALBIN ‖ COS.[3])

1) opus doliare ex praediis Domitiae Publii filiae Lucillae. 2) p. Chr. 123. 3) p. Chr. 137.

857. MARCO AE||LIO AVRELIO || VERO CAESARI || IMP. T. AELI CAESARIS HADRIANI ANTONI||NI AVGVSTI. PII. PATRIS PATRIAE FILIO. DIVI HADRIANI NEPOTI. DIVI TROIANI (*sic*) PARTHICI PRO||NEPOTI DIVI NERVAE ABNEPOTI. CON. II. 1) DECRETO DECVRIONVM. — In Pago Sinacensi in Dalmatia. Mur. 239, 4.

1) p. Chr. 145. M. Aurelio Caesari nondum Imperatori.

858. IMP. CAESARI DIVI ANTONINI || PII FIL. DIVI HADRIANI || NEPOTI DIVI TRAIANI PARTHICI PRONEPOTI || DIVI NERVAE ABNEPOTI || M. AELIO AVRELIO ANTONINO AVG. P. P. || TRIB. POT. XVII. COS. III. FRATRI ARVALI. — Romae. Doni 117, 18. Mur. 188, 6. Marini *Tav.* LI., ubi vide similes L. Aurelii Veri, Severi, Caracallae, Gordiani, quas, excepta Severiana, praetermittimus.

859. IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO || AVG. ARMENIACO. MEDICO. PARTHICO || PONT. MAX. TRIB. POT. XIX. COS. III || DIVI ANTONINI FIL. D. HADRIANI || NEP. D. TRAIANI PARTHICI PRONEPOTI || D. NERVAE ABNEPOTI PACATORI || ORBIS 1) || T. CORNELIVS CAMERINVS || DEVOTISSIMVS NVMINI MAIESTATIQ. || EIVS. — In Territorio Signino. Gorii *Symb. Dec.* II. Vol. 9. p. 230.

1) „*Pacator orbis* alias primum invenitur in saxis et nummis L. Septimii Severi: pertinet ad a. Christi 165. vel 166." Hagenb.

860. IMP. CAESARI. M. AVRELIO AN||TONINO AVG. || ARMENIACO || MEDICO || PARTHI||CO MAX. PONTIF. || MAX. TRIB. POT. XXI || IMP. IIII. COS. III. 1) P. P. 2) || DIVI ANTONINI FIL. || DIVI ADRIANI NE||POTI DIVI TRAIANI || PARTHICI PRONE||POTI DIVI NERBAE (*sic*) || ABNEPOTI D. D. — Belluni. Mur. 240, 5. cfr. Saxii *Miss.* 4. p. 16.

1) p. Chr. 167. 2) de titulo P. P. a M. Aurelio demum p. Chr. 176. assumpto v. Eckhel D. N. 7. p. 71.

861. IMP. CAES. DIVI ANTONINI F. VERI. PARTH. MAX...... || DIVI HADRIANI NEP. DIVI TRAIANI PARTH. PRON. DIVI NERVAE ABN || M. AVR. ANTONINO AVG. GERM. SARM. PONT. MAX. TRIB. POT. XX. 1) IMP. VIII || COS. III. P. P. || QVOD OMNES OMNIVM ANTE SE MAXIMOR. IMPP. GLORIAS || SVPERGRESSVS. BELLICOSISS. GENTIB. DELETIS. ATQVE SVBACTIS || S. P. Q. R. — Romae. Grut. 260, 4.

1) Leg. XXX. p. Chr. 176. v. *Add. Holth.* et Eckhel D. N. 7. p. 75.

862. IMP. CAES || M. ANTONINO || AVG. ARM. PARTH || PATRI PATRIAE || VIA AD PONTEM || AQVAR. INTERRVPT || ET LATROCINIIS. RESTITVTA || AECLANENSES || P. P. — Prope Mirabellam. Lupulus p. 179.

863. IMP. CAESAR. M. AVR. || ANTONINVS AVG || ARM. PARTH. P. P. || ET M. AVR. COMMO||DVS AVG. PROCOS || REFICIEND CVR. 1) — Ad Aufidum fl. Lupulus p. 178.

1) scil. pontem Aufidi.

864. ΣΑΛΒΩ ΚΩΜΜΟΔΩ ΦΗΛΙΞ ΦΑΥΣΤΕΙΝΑ. — Romae in patera argentea. Don. p. 103, 158. Mur. 242, 4.

865. FAVSTINAE. AVG. ‖ IMP. CAES. T. AELI ‖ HADRIANI ANTONI‖NI AVG. PII. P. P. TR. P. X. ‖ IMP. II. COS. IIII ‖ FILIAE ‖ M. AVRELI CAESARIS ‖ VXORI. — Tiferni Tiberini, nunc Città di Castello. Grut. 260, 6. Gor. *Etr.* 2. p. 340.

866. ....[1]) M. AVREL. FAVS‖TINAE AVG. MATRI ‖ AVG.[2]) ET CASTRORVM ‖ SVB CVRA IVL. PA‖TERNI PROC ‖ SYNTROPHVS ‖ VIL.[3]) — In Thermis Herculanis in Dacia. Mur. 241, 5.

1) Caryophilus *Therm. Herc.* p. 69. initio mancam dicit. HAG. 2) Commodi. 3) Procuratoris-Villicus. Ceterum de titulo Matris Castrorum primum Faustinae minori dato cfr. Marini *Atti.* p. 258.

867. DIVAE ‖ FAVSTINAE ‖ PII. AVG. FILIAE ‖ AVGVSTAE ‖ COL. VENVSIA. ‖ D. D. — Venusiae. Lupulus p. 309.

868. DIVO ANTONINO ET ‖ DIVAE FAVSTINAE EX S. C. — Romae in porticu templi Faustinae, quod Foro Rom. imminet. Grut. 257, 5. Müller *For. Rom.* p. 156., quo iudice refertur ad Marcum Aurelium Antoninum Philosophum et Faustinam minorem. Priora illa *Divo Antonino et* aliquot annis post reliqua videntur esse addita.

869. VIBIAE AVRELIAE ‖ SABINAE D. MARCI AVG. F ‖ HELIODORVS LIB. ET PROC. PV. — Romae. Grut. 252, 8.

870. T. AVRELIVS ANTONINVS. M. AVRELII CAESARIS FILIVS. IMP. ANTONINI AVGVSTI PII PP. NEPOS. — Romae in Hadrianio. Mabillon *Vett. Analecta.* p. 363.

871. T. AELIVS AVRELIVS. M. AVRELII CAESARIS ET FAVSTINAE AVG. FILIVS. IMP. ANTONINI AVGVSTI PII NEPOS. — ibid. ibid.

872. DOMITIA FAVSTINA. M. AVRELII CAESARIS FILIA. IMP. ANTONINI AVGVSTI PII P. P. NEPTIS. — ibid. ibid.

§. 19. L. AVRELIVS VERVS. LVCILLA.

873. IMPERATORI CAESARI ‖ DIVI ANTONINI ‖ PII FIL. DIVI HADRIANI ‖ NEPOTI DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI PRONEPOTI ‖ D. NERVAE ABNEPOTI ‖ L. AVRELIO VERO AVG. AR‖MENIACO PONT. MAXIM. ‖ TRIBVNIC POTEST. IIII ‖ IMP. II. COS. II. PROCOS ‖ DECVMANI[1]) NARBONENSES. — Narbone. Maffei *Ant. Gall.* p. 65. Mur. 242, 2.

1) milites Leg. decimae, vel incolae ex ea legione honestam missionem adepti, non vero publicani, decumarum exactores, ut volebat Mur. v. Maff. *Mus. Ver.* p. 415. Positus est titulus p. Chr. 164.

874. IVNONI LVCINAE ‖ PRO SALVTE DOMVS AVGVSTORVM ‖ IMP. CAES. M. AVRELI ANTONINI. AVG. ARMENIACI. PARTHICI. MAXIMI. MEDICI. ‖ ET FAVSTINAE AVG. EIVS ET ‖ IMP. CAES. L. AVRELI. VERI. AVG. ARMENIACI. PARTHICI MAXIMI. MEDICI ET LVCILLAE AVGVSTAE EIVS ‖ LIBERO-

RVMQVE. EORVM ‖ FORTVNATVS DECVRIALIVM GERVLORVM DISPENSATOR. ARAM CVM BASE CONSECR. ‖ PERMISSV ‖ HAEC. L.[1]) RVFI CVRAT. AEDIVM. ‖ CONSECRAVIT. X. K. SEPT. ‖ VLLIO RVDENTE[2]). L. FVFIDIO POLLIONE. COS. — Romae. Grut. 1009, 12.

1) RAECI Sirmond. 2) SERVILIO PVDENTE Sirm. p. Chr. 166. Nota praeterea *dispensatorem decurialium gerulorum*, et *Curatorem aedium*.

875. IMPERATORI CAESARI L. AVRELIO ‖ VERO AVG. ARMENIACO. MED ‖ PARTHICO PONTIF. MAX.[1]) TRIB. POT. VIIII. IMP. V. COS. III.[2]) P. P. — Romae in Hadrianio. Grut. 253, 2. 258, 3., melius quam apud Mur. 241, 6. (cfr. praeterea Grut. 257, 11.)

1) De pontificatu maximo L. Aurelii Veri cum Bimardo admodum dubitat Eckhel D. N. 7, p. 96. („Constat enim, si quando duo Augusti imperium una tenuerint, horum tantum unum, atque hunc seniorem pontif. max. munere functum, dum Balbinus et Pupienus morem veterum infregere.") Contra Ursini, et Smetii αὐτοψία testimonio est, in altero hoc lapide Romano, non provinciali, (ut Mur. 242, 2. Grut. 257, 11.) post *Pontifici* addi *Max.* quod abest in Grut. 253, 2., comparet vero 258, 3. Hinc L. Aurelium Verum pontificem maximum agnovit Hagenb. *Epp. Epigr.* p. 16. 2) p. Chr. 169.

876. In aliis inscriptionibus L. Aur. Verus accuratius non nominatur *Pont. Max.*, veluti in hoc reperto a. 1769. Rigomagi. (hod. Remagen): IMP. CAES. ‖ M. AVREL. ANTO‖NINO AVG. PONT. ‖ MAX. TR. POT. XVI.[1]) ‖ COS. III. ET ‖ IMP. CAES. ‖ L. AVREL. VERO AVG. ‖ TR. POT. II. COS. II. ‖ A COL. AGRIPP. ‖ M. P. XXX. — Gercken *Reisen* 3. p. 348.

1) p. Chr. 162.

1105. *FAVSTINAE ‖ CONSTANTI AVG. ‖ PIISSIMAE ET ‖ NOBILISSIMAE. ‖ C. IVNIVS VITRASIVS V. C. ‖ AVGVR. D. N. M Q E ‖ D. D. — Lunae. Ex Ligorio. Mur. 263, 2.

1106. LIBERATORI ORBIS ‖ ROMANI. RESTITVTORI ‖ LIBERTATIS ET R. P. CON‖SERVATORI MILI‖TVM ET PROVINCI‖ALIVM. D. N ‖ MAGNENTIO ‖ INVICTO PRINCI‖PI VICTORI ‖ TRIVM . . . — Bononiae. Grut. 281, 10. Maffei *Mus. Ver.* 105, 2.

Ex simili lap. Foroliviensi ap. Mur. 262, 1. supplendum est: *Triumphatori semper Augusto.*

1107. D. N. ‖ MAGNO ‖ DECENTIO ‖ NOBILISSIMO ET FLORENTISSI‖MO CAESARI B. R. P. NATO. ‖ M. P. XXXII. — Volta de Cavo in Lusitania. Mur. 2011, 5. cfr. 263, 3. circa a. p. Chr. 351.

1108. D. MASCLINIO. MATERNO. M.[1]) ‖ DECCA.[2]) AEDILICIO. DVMVIRALI (*sic*) ‖ CVRATORICIO. SACERDOTALI ‖ ET EX COMITIBVS. MASCLINIVS ‖ LEO PATRI BENEMERIT. FECIT. DECENTIO CAES. ET PAVLO COS.[3]) — Prope Tolpiacum. — Schannat *Eiflia.* T. 1. p. 557. Huepsch p. 40, 7.

1) Iunge D. M. 2) Decurioni Coloniae Agrippinae. 3) Consulatus fastis ignotus. Schannatus refert ad ann. p. Chr. 350. Notanda insuper vocabula *Curatoricius* et *Sacerdotalis*, alias vix obvia; quorum tamen significatus nulla eget explicatione.

1109. DOMINO TOTIVS ORBIS ‖ IVLIANO AVGVSTO ‖ EX OCEANO BRI‖TANNICO VIS PER ‖ BARBARAS GENTES ‖ STRAGE RESISTENTI‖VM PATEFACTIS . . . . . — Ancyrae. Mur. 263, 4.

1110. RESTITVTORI ‖ OMNIVM RER‖VM ET TOTIVS FELICITATIS DO‖MINO NOSTRO FL. IVLIANO PIO FELI‖CI PERPETVO. SEMPER ‖ AVG. BONO REIPVBLI‖CAE NATO — In Castello Camponisco. Mur. 263, 5. Eidem: AETERNO PRINCIPI D. N. FLAVIO CLAVDIO IVLIANO cet. ib. 8. cfr. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 396.

1111. IMP. CAESS. ‖ DN. FL. CL. IVLIANO ‖ P. F. VICTORI AC TRIVMF. ‖ SEMP. AVG. P. M. IMP. ‖ VII. CONS. III. BONO R. P. ‖ NATO PATRI PATRIAE ‖ PROCONSS. — Sirmione. Maffei *Mus. Ver.* 105, 5.

1112. D N FL IOVIANO ‖ VICTORI AC TRI‖VMFATORI SEM‖PER AVGVSTO ‖ B. R. P. N. ‖ XV. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 106, 1. Mur. 464, 4. cfr. Grut. 285, 5.

1113. D. N ‖ IOVIANO AVG ‖ INVIC‖TO. BONO REI P ‖ NATVS (*sic*) AB AEQVO[1]) ‖ M. VII. — Equotutici. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 338.

1) brevitatis causa pro Aequo - s. Equotutico.

1114. LEGVM DOMINO ROMA‖NARVM. IVSTITIAE AE‖QVITATISQVE RECTORI ‖ DOMITORI GENTIVM ‖ BARBARARVM.[1]) CONSER‖VATORI LIBERTATIS. DN. FL ‖ VALENTINIANO FORTISSIMO ‖ INVICTISSIMOQVE PRINCIPI ‖ SEMPER AVGVSTO ‖ FL. MAXIMVS[2]) V. P.[3]) PRAEF. VIG ‖ D. N. M. Q. EIVS. — Romae. Grut. 1086, 9.

1) Fabrett. *barbarum.* 2) id. *Maximinus.* 3) Vir perfectissimus. — In alia Valentiniano posita Mur. 264, 2. PROPAGATORI ROMANI IMPERII.

1115. DD. NN. IMPP. ‖ FLAVIO VALENT. ET ‖ FL. GRATIANO CAESS ‖ VICTORR. AC TRI‖VMP. SEMP. AVGG. — Ferrariae. Mur. 264, 9., sed correctius in Zachariae *It. Ital.* p. 162.

1116. FORVM. POPVLO. ROMANO ‖ DOMINI. ET. PRINCIPES. NOSTRI ‖ VALENTINIANVS. VALENS ET [1]) ..... ‖ CVRANTE. FLAVIO. EVPRAXIO V. C. — Romae in Foro Palatino. E Mabillonii *Vett. Anal.* p. 368, 14. Mur. 264, 8. e schedis *Cyriaci* Mur. 464, 8.

1) Supple GRATIANVS. Mur.

1117. DOMINI. NOSTRI. IMPERATORES. CAESARES. ‖ FL. VALENTINIANVS PIVS. FELIX. MAXIMVS. VICTOR AC. TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS ‖ GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. [1]) ET

FL. VALENS PIVS. FELIX. MAX. VICTOR. AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS ‖ GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. P. P. P. ET ‖ FL. GRATIANVS PIVS. FELIX. MAX. AC. TRIVMF. SEMPER. AVG. PONTIF. MAXIMVS ‖ GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. P P P.

PONTEM. FELICIS NOMINIS GRATIANI IN VSVM SENATVS AC POPVLI ROM. CONSTITVI DEDICARIQ. IVSSERVNT. — Romae. Grut. 160, 4. Nardini 3. p. 359. Est inscriptio pontis Cestii ab his Impp. restituti et dedicati p. Chr. 369. v. Nibby *ad Nard.* l. l.

1) „P P P. quid signent haud constat." Scal. in *Ind.* XX. — Hagenbuchius duplicem interpretationem dat: *Pater Patriae Praestantissimus*, et, quod praestat: *Pater Patriae Perpetuus.* Ego tamen praeferam *Perpetuus Princeps.* Alibi quoque P. P. significat *Perpetua*, nomen. Reperitur haec nota etiam in nummis Gratiani et in seq. inscriptione eiusdem:

1118. IMP. CAES. GRATIANVS ‖ PIVS. FELIX. MAX. VICT. ‖ AC TRIVMPH. SEMP. AVG. PONT. MAX. GERM. MAX ‖ ALAMANVS MAX. ‖ FRANC. MAX. GOTH. M. TR. P. III. ‖ IMP. II. COS. IIII. PRIM. P. P. P. ‖ RESTITVIT. ‖ C. XI. — Emeritae. Grut. 159, 7. cfr. 160, 4., unde hic quoque leg. videtur CONSVL PRIM(um). Ceterum nota Gratiano hic et in praecedenti titulum *Pontif. Max.* tribui, etsi is, si Zosimo fides (4, 36.) primus fuit imperator, qui (sub finem vitae) Pontificatum Max. repudiaret. cfr. Eckhel D. N. 8. p. 387. et ante omnes Thorlacium in *Proluss. et Opusc. acadd.* Vol. II. p. 175.

1119. D. D. D. N. N. N. FFF. LLL. [1]) ‖ VALENTINIANO VALENTI ET GRATIANO PIIS. FELICIBVS ‖ AC TRIVMPHATORIBVS ‖ SEMPER AVG. BO‖NO R. NATIS. VOTIS X. MVLTIS. XX. [2]) — Reate. Mur. p. 265, 2. „posita vid. a. p. Chr. 374., quo Valentinianus decennalia celebravit, adprecante ei populo multa vicennalia." Murat.

1) i. e. Flaviis. v. Fabrett. p. 659, 501. 2) v. Saxii *Misc.* 4. p. 38.

1120. VOTIVITATE ET TOTA MENTE D‖EVOTA GENIVM CVRIAE DEDI‖CATVM IN ISTATVAM IN ‖ CVRIA AVG. POSITVM PERPE‖TVE LVCIS POSVIT ADME‖NESTRATIONIS SVAE VE‖

SENVS FRONTINIANVS CVRATOR R. P. HVIVSCE PAT‖RIAE POSITA SVB DIAE (*sic*) XIIX ‖ OCTOBRIS POST CONSVLATV ‖ D. N. GRATIANI AVGVSTI III. ET EQ. VITIO C. CONSVLIBVS.[1]) — Sestini. Grut. 1018, 8. correctius ap. Gor. *Etr.* 2. p. 352. Mur. 386, 5.

1) Ita in fastis notatur a. 375. p. Chr.

1121. D. M ‖ HIC. REQVIESCIT ‖ IN. SOMNO. PACIS ‖ VIVIVS MARCIA‖NVS. QVI VIXIT ‖ ANNVS. PLVS. MENVS (*sic*) ‖ LXX. DEPOSITIO EIVS ‖ P. KALENDAS FEBRV‖ARIAS. POST. CONS ‖ RECEMEDES.[1]) V. C. — Mirabellae. Lupulus p. 131.

1) „Recemedis consulatus cum Fl. Clearcho incidit in a. p. Chr. 384. Hunc tamen ipsum appellatum offendimus Richomerem, ut frequenter in *Cod. Theodos.*, itemque Ricimerum, Ricomerum, Ricomedem, Ῥιχομήλιον, et Recimerem, ut in *Prosp. Aquitan.* et Ricimerem in lap. *Fleetwoodian.* p. 442. Tam variis eiusdem nominis lectionibus nunc primum, quod sciam, altera haec accedit RECEMEDIS per pulcherrimum nostrum lapidem. Verum alter Fl. Ricimer cum Patricio Consul fuit a. p. Chr. 459., cuius nomen easdem passum est variationes. Ad quem potius horum duorum consulatuum lapis amandandus sit, incerta res est. Verum collegae omissio mihi prorsus suadet, ut ad prioris Recemedis consulatum inscriptionis epocham referam. Quod si ad alterum pertineret, certe differentiae ergo collegae nomen praetermissum non esset." Lupulus.

1122. IMPP. AVGG. DD. NN. ‖ MAG. MAXIMO T[1]) ‖ FL. VICTOR‖ PERPETVIS PRINCIPIBVS ‖ M. P. V.[2]) — Veronae. Maffeii *Mus. Ver.* 106, 4. Mur. 465, 3. circa a. p. Chr. 387.

1) Nota hanc notam pro ET. 2) millia passuum quinque.

1123. DN. MAGNO MAXIMO AVG. II. CONSS ‖ III. IDVS MAIAS FATVM FECIT LEO ET ‖ DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS BENE‖MERENTI IN PACE. — Romae. Mur. 1999, 2. cfr. Corsini *Not. gr.* Append. p. XII. et XXIV. Walch. *Xen.* p. 92. tum Mur. 391, 2. propter Fabrett. 270, 138. et Mur. 393, 5. Ergo quattuor minimum exstant etiamnunc lapides Maximi sive Augusti, sive Tyranni.

1124. EXTINCTORI TYRANNORVM[1]) ‖ AC PVBLICAE SECVRITATI(*s*) AVCTORI ‖ D. N. VALENTINIANO[2]) ‖ PERPETVO AC FELICI ‖ SEMPER AVGVSTO ‖ CEIONIVS RVFIVS ALBINVS V. C. ‖ PRAEF. VRBI ITERVM[3]) ‖ VICE SACRA IVDICANS ‖ D. N. MQ. EIVS. — Romae. Grut. 285, 8. cfr. ibid. 6.

1) Magni Maximi. 2) Iuniori. 3) v. Reines. *ad Rupert.* p. 243. Almelov. refert ad a. p. Chr. 390, *Cod. Theodos.* XV. 1, 27. cfr. Corsin. p. 288.

1125. DIVO GRATIANO ‖ TYRANNIDE VINDICATA ‖ THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AVGG. EX VOTO. P. — Moirans prope Gratianopolin. Spon *Misc.* p. 276. Bimard *Proleg.* p. 80.

§. 39. THEODOSIVS MAGNVS. EIVSQVE SVCCESSORES VSQVE AD FINEM IMPERII ROMANI. THEODORICVS REX, CET.

1126. INCLITAE VENERANDAE‖QVE MEMORIAE VIRO ‖ FLAVIO THEODOSIO ‖ GENITORI DOMINI ‖ NOSTRI INVICTISSIMI ‖ PERENNISQVE PRĪCIPIS ‖ THEODOSI PERPETVI AVG ‖

CVIVS VIRTVTE. FELICITATE || IVSTITIA PROPAGATVS TERRARVM ORBIS EST || ET RETENTVS. STATVAM || EQVESTREM SVBAVRAIITAM APVLI ET CALABRI || PRO VOTO ET DEVOTIONE || POSVERVNT. CVRANTE AC PERFICIENTE || FLAVIO SEXINE [1]) VIRO PERFECTISSIMO || CORRECTORE APVLIAE ET CALABRIAE. — Canusii. Reines. p. 326, 62. Gud. *Indic.* p. LVIII. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 169.

1) Gud. SEXIONE. Sed ligatae, credo, literae SEX + ONE, Sextione, ut Rein. coniecit. Hagenb. Mss. — Pro IVSTITIA PROPAGATVS Romanellius habet: IVSTITIA ET PROB*itate* PACATVS.

1127. IMPP. || DDD. NNN. FFF. LLL.[1]) || THEODOSIO ARCADIO || ET HONORIO PP.P. FFF. || SEMPER AVGGG. BONO || REIP. NATIS. — Signiae. Don. p. 96, 106. Mur. 265, 3. circa a. p. Chr. 393.

1) Flaviis. Male in simili Don. p. 96. 105. FFF. CCC.

1128. . . . SE̅ IMPERATORIBVS NOST . . || SIO. ET. ARCADIO ET FL. EVGENIO || . . . . I̅ CONLAPSAM. IVSSV VIRI CL. || . . . TIS. COMITIS ET INSTANTIA V. C. || . . . . . MITIS. DOMESTICORVM EI . || . . VS EX INTEGRO OPERE FACIVN || . . . . VIT. MAGISTER PRAELIVS.[1]) — Coloniae Agripp. Grut. 192, 1.

1) Hanc inscript. ita supplevit Vir doctus in *Giornale de' Letterati di Roma* 1744. p. 315.: „DOMINIS ET IMPERATORIBVS NOSTRIS || FL. THEODOSIO. FL. ARCADIO ET FL. EVGENIO || AEDEM MERCVRI (?) CONLAPSAM IVSSV VIRI CL. || ARBOGASTIS COMITIS ET INSTANTIA V. C. || ARBETII COMITIS DOMESTICORVM EI . . . VS EX INTEGRO OPERE FACIVND || CVRAVIT MAGISTER PRAELIVS," v. Zaccaria *Istituz.* p. 469. Pertinet ad annum p. Chr. 394.

1129. D. N. FL. ARCADIO || PIO FELICI. VICTORI || AC TRIVMPHATORI || SEMPER AVGVSTO || CAECINA DECIVS ALBINVS [1]) V. C. || PRAEFECTVS VRBIS. VICE SACRA IVDICANS. || DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQ || EIVS. — Romae. Grut. 287, 2. Gor. *Etr.* 2. p. 156.

1) Eundem censebat Gothofredus, quem ut successorem sibi in praefectura urbis datum memorat Rutilius *Itin.* 1, 466., sed vide Corsinum p. 335.

1130. SEXTO PETRONIO PROBO V̅ C̅. || PROCONSVLI AFRICAE || PRAEFECTO PRAETORIO || QVATER ITALIAE ILLYRICI || AFRICAE GALLIARVM || CONSVLI ORDINARIO [1]) || PATRI CONSVLVM [2]) || ANICIVS PROBINVS V̅. C̅. CONSVL ORDINARIVS || ET ANICIVS PROBVS V̅. C̅. || QVAESTOR CANDIDATVS FILII || MVNVS SINGVLARI RELIGIONI || DEBITVM DEDICARVNT. — Romae. Grut. 450, 2. Marini *Iscriz. Alb.* p. 59.

1) p. Chr. 371. 2) Sex. Anicii Hermogeniani Olybrii, et Sex. Anicii Probini, qui mox nominatur. p. Chr. 395.

1131. ANICIAE FALTONIAE || PROBAE [1]) AMNIOS PINCIOS || ANICIOSQVE DECORANTI || CONSVLIS VXORI || CONSVLIS FILIAE || CONSVLVM MATRI || ANICIVS PROBINVS V. C. || CONSVL ORDINARIVS [2]) || ET ANICIVS PROBVS V. C || QVAESTOR CANDIDATVS || FILII DEVINCTI || MATERNIS MERITIS ||

DEDICAVERVNT. (*In summa basi leg. disticha duo.*) Romae. Grut. 352, 5.

1) Cfr. ib. 6. 353, 1. 2) p. Chr. 395.

1132. IMPERATORIBVS INVICTISSIMIS FELICISSIMISQVE ‖ DD. NN. ARCADIO ET HONORIO FRATRIBVS ‖ SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS VINDICATA REBELLIONE ‖ ET AFRICAE RESTITVTIONE LAETVS. *In latere:* C. IVBENTIVS ‖ V. C. PR. VR. ‖ DD. — Romae. Grut. 287, 5. collato Mur. 265, 3. Vide in primis Corsini *Ser. Praef. Vrb.* ad a. 399. p. 303.

1133. FL. STILICHONI V. C. ‖ FL. STILICHONI. INLVSTRISSIMO VIRO ‖ MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQVE ‖ COMITI DOMESTICORVM. TRIBVNO PRAETORIANO ‖ ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARIS‖SIMAE MILITIAE AD COLVMEN GLORIAE ‖ SEMPITERNAE ET REGIAE ADFINITATIS EVECTO‖ PROGENERO DIVI THEODOSI. COMITI DIVI ‖ THEODOSI AVGVSTI. IN OMNIBVS BELLIS ‖ ADQVE VICTORIIS. ET AB EO IN ADFINITATEM ‖ REGIAM COOPTATO. ITEMQVE SOCERO D. N. ‖ HONORI AVGVSTI. AFRICA CONSILIIS EIVS ‖ ET PROVISIONE LIBERATA.[1]) EX S. C. — Romae. Grut. 412, 3.

1) a tyrannide Gildonis. p. Chr. 399. cfr. Grut. 412, 4. Pertinet huc etiam sequens:

1134. . . . .[1]) VIRO BIS CONSVLI ORDINARIO ‖ MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE ‖ COMITI DOMESTICORVM ‖ ET STABVLI SACRI. ADQVE (*sic*) AB INEVNTE AETATE PER ‖ GRADVS CLARISSIMAE ‖ MILITIAE AD COLVMEN REGIAE ‖ ADFINITATIS EVECTO. SOCIO BELLORVM OMNIVM ‖ ET VICTORIARVM. ADFINI ETIAM DIVI THEODOSI.[2]) AVGVSTI ‖ ITEMQVE SOCERO DOMINI NOSTRI HONORI. AVGVSTI ‖ POPVLVS ROMANVS ‖ PRO SINGVLARI EIVS ‖ CIRCA SE AMORE ‖ ADQVE PROVIDENTIA ‖ STATVAM EX AERE ARGENTOQVE ‖ IN ROSTRIS AD MEMORIAM ‖ GLORIAE SEMPITERNAE ‖ CONLOCANDAM DECREVIT ‖ EXEQVENTE FL. PISIDIO ROMVLO ‖ V. C. PRAEF. VRBIS.[3]) — Romae. Grut. 412, 4.

1) Supple FL. Stilichoni . . . 2) nota Divi titulum etiam Theodosio datum. 3) p. Chr. 406. v. Corsini *Ser. Praef. Vrb.* p. 317.

1135. IMP. CLEMENTISS. ET FELI‖CISS. TOTO ORBE VICTORIBBB. ‖ DDD. NNN. ARCADIO HONORIO ET THEODOSIO AVGGG. AD ‖ PERENNE INDICIVM TRIVM‖PH. QVOD GOTHORVM[1]) NATIO‖NEM IN OMNE AEVVM DOM.[2]) ‖ EXTR. ARCVM SIMVL‖LACRIS EORVM TROPHEISQVE[3]) ‖ DECORA . . . . ‖ S. P. Q. R. ‖ TOTIVS OPERIS SPLENDORE. — Romae. (Grut. 287, 1.) Mur. 466, 1. Mabillon *Vett. Anal.* p. 359, 7.

1) victoria de Radagaiso reportata p. Chr. 406. — *quo Getarum* Mab. 2) domuerunt. 3) *tropaeisque.* Mabillon.

1136. B. M ‖ AVRELIAE. CRISPINAE ‖ DVLCISS. CONIVGI ‖ CRESCENTIANVS. FE ‖ DEP. D. XII. KAL. AVGVSTARVM ‖

.. TER ... POST CONS. HONORI. VIII || ET THIVDOSI (*sic*). III. AVGG.[1]) — Mirabellae. Lupulus p. 130.


1) nota singularem modum huius anni p. Chr. 409. notandi.

1137. SALVIS DD. NN || HONORIO ET THEODOSIO || PP. FF. SEMP. AVGG || CAECINA DECIVS || ACINATIVS § ALBINVS || VC PRAEF. VRBI[1]) || FACTO A SE ADIECIT ORNATVI.

A latere dextro: DEDICATA PRIDIE || NONAS NOVEMBREIS || RVST . . . II. . . . LINIO || COS.[2]) → Romae. Grut. p. 286, 7., sed accuratius ap. Marini *Iscriz. Alb.* p. 43.

1) p. Chr. 414. 2) Rustico II. et Aquilino p. Chr. 162. His igitur relictis, antiquiori titulo suum substituit Albinus. v. Marinium.

1138.



Inscriptio gemmae Romae 1544. repertae. In altero latere eadem legebantur Honorii et Stilichonis, atque etiam haec nomina: THERMANTIA SERENA. Barth. ad *Claudian.* p. 767. ex epist. Henr. Bullingeri. Reland. *Fast.* p. 541. Magnis inscriptt. collectoribus haec ignota mansit. HAGENB. Mss.

1139. DOMINI NOSTRI INVICTISSIMI ET || VENERABILES. AC PERPETVI AVGV||STI THEODOSIVS ET ARCADIVS || TOTO ORBE VICTORES || MATERNO CYNEGIO OMNIVM VIRTV||TVM VIRO ET AD INSIGNEM LAVDEM || GLORIAMQVE PROGENITO. PER OM||NES HONORVM GRADVS MERITORVM || CONTEMPLATIONE. PROVECTO || PRAEFECTO PRAETORIO PER ORIEN||TEM STATVAM CIVILI HABITV AD PETI||TVM PRIMORVM NOBILIVM ALEXAN||DRINAE VRBIS. IN EADEM SPLENDIDA VRBE || AD PERPETVITATIS FAMAM LOCO CELEBER||RIMO CONSTITVI COLLOCARIQVE IVSSERVNT || PER CLARISSIMOS ALEXANDRINAE CIVITATIS. — Alexandriae in Aegypto. Donati T. 2. p. 223, 5. ex Bonada T. 1. p. 383.

1140. PETRONI MAXIMI. || D. D. D. N. N. N. INVICTISSIMI PRINCIPES HONORIVS || THEODOSIVS ET CONSTANTIVS.[1]) CENSORES || REMVNERATORESQVE VIRTVTVM. PETRONIO MAXIMO[2]) V. C. PRAEF. VRB. OB PETITION || SENATVS AMPLISSIMI. POPVLIQVE ROMANI || STATVAM MERITORVM PERENNE MONVMENTVM IN FORO || VLPIO CONSTITVI IVSSERVNT. CVM A PROAVIS || ATABISQ. (*sic*) NOBILITAS PARIBVS

TITVLORVM INSIGNIBVS || ORNATVR. QVI PRIMAEVVS IN CONSISTORIO || SACRO TRIBVNVS ET NOTARIVS MERVIT NONO DECIM || AETATIS ANNO SACRARVM REMVNERATIONVM || PER TRIENNIVM. COMES POST. PRAEF. VRBIS AET. SEX || MENSIB. HASQVE OMNES DIGNITATES INTRA VICE || SIMVM QVINTVM ADSECVTVS AETATIS ANNVM || PVBLICVM IN SE TESTIMONIVM ET AETERNORVM || PRINCIPVM IVDICIVM PROVOCAVIT. — Romae. Grut. 449, 7.

1) p. Chr. 421. 2) ei, qui p. Chr. 455. imperavit.

1141. Ad hunc Constantium sine causa Rhunkenius in *Diss. de Galla Placidia* p. 193. refert seq. inscript. Trevirensem ap. Brow. *Ann. Trev.* p. 283. Grut. 1051, 8. Mur. 401, 1. Donatum 1. p. 192. H. IACET ELIVS[1] || CONSTANTIVS VIR || CONSVLARIS. COMES ET || MAGISTER VTRIVSQVE || MILITIAE. ATQVE PATRICIVS || ET SECVNDO CONSVL ORDINARIVS.

1) Sic lapis. v. Saxii *Miss.* 4. p. 125. seqq. id est AELIVS, nihil cum Flavio Constantio, Gallae Placidiae marito, necessitudinis habens. — FILIVS alii habent typi; FLAVIVS e coniectura, Mur.

1142.

GALLA PLACIDIA AVGVSTA
PRO SE ET IIS. OMNIBVS
VOT. SOLVIT.

Ad dextram: iuxta imagines Augg.

D. CONSTANTINVS
D. THEODOSIVS
D. ARCADIVS
D. HONORIVS
THEODOSIVS. NEP

ad sinistram:

D. VALENTINIANVS
D. GRATIANVS
D. CONSTANTINVS
GRATIANVS. NEP
IOHANNES. NEP

Circa subsellia ad dextram:

D. N. THEODOSIVS
D. N. EVDOCIA

Ad laevam:

D. N. ARCADIVS
D. N. EVDOXIA. AVG.

Testudini inscriptum:

SANCTO AC BEATISSIMO || APOSTOLO IOHANNI EVANGELISTAE || GALLA PLACIDIA AVGVSTA || CVM FILIO SVO || PLAC. VALENTINIANO AVG. || ET FILIA SVA || IVSTA GRATA HONORIA AVG. LIBERATIONIS PERICVLO MARIS || VOT. SOLVIT. —

Ravennae in S. Ioannis Evang. templo. Grut. 1048, 1. Postrema *Sancto-solvit* habet etiam Mur. 1878, 12. cuius typum in plerisque secuti sumus.

1143. †. FL. ARDABVR ASPAR. VIR. INLVSTRIS || COM. ET MAG. MILITVM ET CONSVL || ORDINARIVS.[1]) *In argenteo clypeo cum manubrio Rosatum prope reperto* 1769. *In area eiusdem.* ARDABVR. PLINTA || ARDABVR IVNIOR || PRETOR. — Donati 2. p. 471, 13.

1) p. Chr. 434.

1144. D. N PLACIDVS VALENTIN*ianus Aug. Praestan* || TISSIMVS OMNIVM RETRO *principum* ||

SALVO ATQVE CONCORDI D (*N. Theo*) ||
DOSIO INVICTISSIMO AVG. *ad gloriam no* ||
MINIS SVI NEAPOLITA*nam civitatem* ||
AD OMNES TERRA MARIQ. *incursiones* ||
EXPOSITAM ET NVLLA *securitate* ||
GAVDENTEM INGENTI *cura atque*
SVMPTV MVRIS TVRRIB*usque munivit.* —

Neapoli. Zaccaria *Istituzione* p. 473. Quae minoribus literis excusa vides, supplementa sunt Sabbatinii et Zaccariae.

1145. P. CC. DD. NN.[1]) VALENTINIANI V̄ ET ANATOLĪ || DIE X̄V̄ KALENDAS MAIAS CONSTAN || DEPOSITVS IN PACE QVI || VIXIT ANNIS L̄X̄X̄ MEN || LOCVS CONSTANT ARCITEC[2]) || QVI FVIT. — Romae. Mur. 405, 3. Gud. 372, 3. Saxii *Miss.* 4. p. 151. (qui volebat: P. CC. D. N.)

1) *Post consulatum Domini Nostri* (p. Chr. 441.) hic praeter morem incidi πληθυντικῶς quasi *Dominorum nostrorum* pulchre observat Muratorius. Ita: VV. CCSS. pro V. CS. Mur. *Proleg.* p. 126, 12. Quid? quod extense CONS. DOMINIS. NOSTRIS pro: CONS. D*omino* N*ostro* est in Mur. 2101, 3. Quin adsidet proxime hic in Mur. 405, 4. μετὰ τὴν υπατεἰαν ΤΩΝ ΔΕCΠΟΤΩΝ ἡμῶν, ubi tamen Reinesius et Fleetwoodus Chorierii *ΤΟΝ ΔΕCΠΟΤΟΝ* in *ΤΟΥ ΔΕCΠΟΤΟΥ* emendant, ut nescias, Bimardusne et Muratorius O rectius in *Ω*, an Rein. et Fleetw. N in Y felicius mutarint. Exemplo Muratoriano, si non Graeco 405, 4. at Latino 2101, 3. nixus poteris ruditatem fabrorum ἁπλῶς incusare. Attamen ut hic *post consulatum dominorum nostrorum Valentiniani V* (in altero exemplarium Gudii duorum τὸ V. abesse monuit Hesselius) *et Anatolii* pro *post Cons. domini nostri Valentiniani V et Anatolii Viri clarissimi*, ita e contrario in Actis concilii Romani a. 433. habiti: *Ipse Sixtus colligi praecepit Valentiniano et Anatolio viris clarissimis Coss.* apud Relandum *Fast.* p. 613. In Mur. 410, 5. DN N. SEVERO ET IORDANE VV. CC. Muratorium valde torquet, quia non Augustus fuerit Severus iste. Nonne expediemus rem dicendo, rudem marmorarium formulas consulares, Imperatorum alias, alias aliorum non satis distinxisse? Cfr. denique Mur. 414, 6. ANASTASIO ET RVFO VV CC. Maffeii sententiam *Mus. Ver.* p. 109. non probo. Hagenb. Mss. 2) Constantii Architectus.

1146. DOMINO RERVM HVMANARVM || VALENTINIANO AVGVSTO || PETRONIVS MAXIMVS || V. C. FORI CONDITOR || POST QVATVOR PRAEFECTVRAS || ET DVOS ORDINARIOS CONSVLATVS || AVCTORI SIBI TOT HONORVM LOCAVIT.[1]) — Romae. Mur. 406, 3.

1) scil. intra ann. 443 — 455. p. Chr. v. omnino Corsini *Ser. Praef. Vrb.* p. 339.

1147. PETRONIVS PERPENNA. MAGNVS QVADRATIANVS[1]) V. C. ET INL. PRAEF. VRB || CONSTANTINIANAS THERMAS LONGA INCVRIA ET ABOLENDAE CIVILIS VEL || POTIVS FERALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER ADFLICTAS ITA VT AGNI||TIONEM (*sic*) SVI EX OMNI PARTE PERDITA DESPERATIONEM CVNCTIS REPA||RATIONIS ADFERRENT. DEPVTATO AB AMPLISSIMO ORDINE PARVO || SVMPTV QVANTVM PVBLICAE PATIEBANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO || VINDICAVIT OCCASV ET PROVISIONE LARGISSIMA IN PRISTINAM || FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT. — Romae inscript. Therm. Constantinianarum. Grut. 177, 7.

1) Ad Quadratianum Pf. P. est lex. Nov. Valent. III. s. Lib. II. Tit. VI. XLIV.

Maximo et Paterio Coss. p. Chr. 443. v. Hugo *Ius Anteiustin.* p. 1292. Igitur ad idem fere tempus inscriptio haec, gravissimum calamitatis publicae documentum, referenda erit. Eadem est sententia Corsinii *Ser. Praef. Vrb.* p. 349.

1148. DEP. 1) TIMOTHEA ‖ IN PACE. D. KAL. NOV. ‖ CONS. D. N. AVITI. 2) — Romae. Mur. 408, 3.

1) deposita. 2) *Aviti* vix alia mentio superest in titulis; nisi hic, et Mur. 408, 4, 5, (6.) in sepulcral. Christianis. Minime enim ad eum spectant Mur. 409, 1. et 2. de quo videsis Hagenb. *Epp. epigr.* p. 30. et 40. — Haec refertur ad a. p. Chr. 456.

1149. SALVIS DD NN ‖ LEONE ET LIBIO ‖ SEVERO PP. 1) AVGG ‖ *In adversa parte:* CELIVS ACONIV ‖ PROBIANVS PRAE ‖ PRAET. FECIT. — Romae in lamina aerea. Maffei *Mus. Ver.* 254, 6.

1) Perpetuis Augustis, p. Chr. 465.

1150. SALVIS DD. NN. 1) ‖ ET PATRICIO ‖ RICIMERE 2) ‖ PLVTINVS ‖ EVSTATIVS V̅C̅. VRB. P. FECIT. — Romae (ex Ligorio.) Mur. 266, 3.

1) Leone et Anthemio. a. p. Chr. 468. 2) *Patricio et Ricimere* Coss. p. Chr. 459. leg. censebat Saxius *Miss.* 4. p. 38. Refutatur vero sequenti, quae huiusce ipsius verior videtur typus:

1151. PLOTINVS EV‖STHASIVS VC ‖ PF VB 1) FECIT. In altera parte: SALVIS DD. NN. ‖ ET PATRICIO URIGIMERE. (*sic*) — Caylus *Recueil* T. VI. p. 252.

1) Praefectus Vrbis, Almeloveenio non memoratus. Corsin. p. 356. a. p. Chr. 470.

1152. FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIAE. PATRICIVS ET EXCONS. ORD. PRO VOTO SVO ADORNAVIT. — Romae. (*nella Tribuna della Diaconia di S. Agata*) Nardini 1. p. 192.

1153.

SALVO D. N IVLIO NEPOTE P. F̅. AVG.	AVDAX V̅C̅. PRAEFECTVS VRBI FECIT

— Romae; in tessella aurea. Mur. 266, 7. p. Chr. 474. Cfr. Reines. Cl. III. 173. Spon *Misc.* p. 303. Fabrett. C. VII. 37.

1154. SALVIS DOMINO NOSTRO ZENONE ‖ AVGVSTO ET GLORIOSISSIMO REGE ‖ THEODERICO. VALENTINIANI V. C. ET. INL. ‖ EX COM. DOMESTICO SACRI PALATII ‖ IN ATRIO LIBERTATIS . . . QVAE VETVSTATE . . . VE CONFEC — Romanellae. Spon *Misc.* p. 277, 2. Mur. 467, 4.

1155. D̅N̅. GLORIOSISS. ADQ. IN‖CLVTVS REX. THEODORICVS. 1) VICT ‖ AC TRIF̅. SEMPER AV̅G̅. BONO REIP̅. ‖ NATVS. CVSTOS LIBERTATIS ET ‖ PROPAGATOR ROMANI NOMINIS ‖ DOMITOR GENTIVM cet. cet. — Anxuri s. Terracinae. Grut. 152, 8. Reliqua de via a Basilio Decio strata agunt.

1) THEODERICVS. Fabrett.

1156. REG D N THEODE‖RICO FELIX ROMA. — Fabrett. p. 521, XXIV. ex opere doliari.

1157. † REGN. DN. THEODE‖ RICO BONO ROME. **— DE OFFICINA IVSTI** (inverse printed)

In opere doliari ap. Marini *Atti* 2. p. 620. Ceterum in hisce operibus doliaribus consules non iam memorantur post primos M. Aurelii et L. Veri annos.

1158. REX THEODERICVS FAVENTE ‖ DO̅. ET BELLO GLORIOSVS ET ‖ OTIO. FABRICIS. SVIS AMOENA CON‖IVNGENS STERILI PALVDE SICCATA ‖ HOS HORTOS SVAVI POMORVM FOE‖CVNDITATE DITAVIT. — Ravennae. Mur. 467, 6. et ante eum Scalig. ad *Euseb.* p. 225. ex vetere schedio membranaceo. E Scaligero descripsisse videtur P. P. Ginanni, qui misit Muratorio.

1159. FINES ‖ INTER VANDA‖LOS ET GOTHOS [1]) ‖ MIL. I̅I̅I̅I̅. — Marsalae in Sicilia. Mur. 495, 4. Torremuzza p. 73, 14.

1) p. Chr. circiter 493.

1160. HIC IN PACE REQVI‖ESCIT COLVMBA VIRGO ‖ SACRATA DI [1]) QVE VI‖XIT IN DN̅O̅ ANNOS ‖ PL. M. NONAGINTA ‖ DP [2]) SVB D. V̅I̅I̅I̅. IDVS ‖ AVGVSTAS OPILIO‖NE V. C CONS. IN. SEC. [3]) — In castello Osopi in Foro Iulii. Fontanini *di Santa Colomba vergine sacra*. Roma 1726. 4. Acta *Erud. Lips.* 1730. p. 177. Mur. 408, 1.

1) ut hic *Virgo sacrata Dei*, sic Mur. 409, 4. SACRE VIRGINIS DEPositio. Mur. 407, 4. GAVDIOSA CF. (clarissima femina) ANCILLA DEI. Mur. 413, 5. RELIGIOSA FEMINA. 2) Deposita. 3) Indictione secunda a. p. Chr. 524. non 453. v. Hagenb. *Epp. Epigr.* p. 336. Saxii *Misc.* 4. p. 134.

1161. † D̅N̅ ATALARICVS REX † ‖ GLORIOSISSIMVS HAS ‖ SEDIS ‖ SPECTACVLI. ANNO REGNI SVI ‖ TERTIO [1]) FIERI ‖ FELICITER PRECEPIT. — Ticini. Grut. 168, 9. Mur. 468, 1.

1) p. Chr. 528.

1162. IMPERANTE D̅N̅ PIISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER. IVSTINIANO PP. AVG. ANN. X̅X̅X̅V̅I̅I̅I̅I̅ [1]) ‖ NARSES. VIR GLORIOSISSIMVS. EX PRAEPOSITO SACRI PALATII. EX CONS ‖ ATQVE PATRICIVS. POST VICTORIAM GOTHICAM IPSIS EORVM REGIBVS ‖ CELERITATE MIRABILI CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS ‖ LIBERTATE VRBIS ROMAE AC TOTIVS ITALIAE RESTITVTA PONTEM VIAE SALARIAE VS‖QVE AD AQVAM A NEFANDISSIMO TOTILA TYRANNO DISTRVCTVM. PVRGATO FLVMINIS ALVEO ‖ IN MELIOREM STATVM. QVAM QVONDAM FVERAT. RENOVAVIT. — *In altera parte:*

QVAM BENE CVRBATI DIRECTA EST SEMITA PONTIS
ATQVE INTERRVPTVM CONTINVATVR ITER.
CALCAMVS RAPIDAS. SVBIECTI GVRGITIS VNDAS
ET LIBET IRATAE CERNERE MVRMVR AQVAE.
ITE IGITVR FACILES PER GAVDIA VESTRA QVIRITES.
ET NARSIM RESONANS PLAVSVS VBIQVE CANAT
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM SVBDERE MENTES [2])
HIC DOCVIT DVRVM FLVMINA FERRE IVGVM. —

In ponte Salario. Grut. 161, 1. et 2. Nibby *Viaggio* 1. p. 74.

1) p. Chr. 565. 2) al. GENTES.

CAPVT III.

HISTORIA LITERARIA. STVDIA.

1163. DIPHILOS ‖ POETES — Tusculi. Nibby *Viaggio.* 2. p. 37. In basi statuae deperditae.

1164. T. ACCII[1]) ‖ PISAVR. ‖ CINERES. — Pisauri, in operculo cinerario. Marm. Pis. p. 56. CXXXI. Mur. 1070, 5.

1) Oliverius hunc pro T. Accio Oratore habet, de quo v. Cic. *Brut.* 78., sed hoc incertissimum, maxime propter genitivum in duplex *i* exeuntem. Reliquae Acciorum tragici et oratoris inscriptt. (Marm. Pis. p. 12. et 13.) spuriis accensentur. Vide tamen Amatium in *Collect. Pisaur. Poët. Lat.* T. IV. p. LI.

1165. V. F. ‖ T. LIVIVS[1]) ‖ LIVIAE T. F. ‖ QVARTAE L. HALYS ‖ CONCORDIALIS ‖ PATAVI ‖ SIBI ET SVIS ‖ OMNIBVS. — Patavii. Grut. 877, 9.

1) Hanc inscript. olim credebant pertinere ad T. Livium historicum, quum sit T. Livius Halys, libertus Liviae Titi filiae Quartae. v. von Lingen 2. p. 227. Fabr. p. 436, 28. CONCORDIALIVM saepe fit mentio in lapp. Patavinis.

1166. * L. COMINIVS L. F. LEM.
SEXT. AVREL. PROPERT. SEX. F. LEM. — Hispelli a. 1722. eruta. Mur. 1455, 1. quem consule. Videtur conficta.

1167. Q. VERRIO Q. F. PAL ‖ FLACCO ‖ SEVIRO AVG ‖ CVRATORI MVNERIS PVBLICI ‖ DECRETO STATVAM ET FAS[1]) ‖ ORDO DECVRIONVM ET AVGVSTALIVM ‖ ET PLEBS VNIVERSA S. P. P. P. D. D. — Praeneste. Fabrett. 486, 162. Don. *Cass.* V. 120. Mur. 618, 3. Male, si quid video, Fogginius *Fasti.* p. XVIII. retulit ad celeberrimum grammaticum Verrium Flaccum: nimis enim obstat Ordo Augustalium serius sane institutus. Praeterea grammaticus fuit libertinus vel libertus (v. Fogg. p. XVII.) ideoque Q. F. dici nequibat. Praenomen denique, si fides Hieronymo, habuit Marcus.

1) *Fastigium* explicans Fogg. parum probabiliter coniecit, AD FAS*tos*. 2) sumptu publico postulante populo dedicarunt. Fogg. Non placet.

1168. MARTIALIS. C. OLLI PRIMI ‖ M. SALARIVS CROCVS ‖ PRIMIGENIVS. C. OLLI PRIMI ‖ MIN.[1]) FORTVNAE. ‖ AVG ‖ IVSSV ‖ Q. POSTVMI. MODESTI. C. VIBI. SECVNDI ‖ D. V. I. D.[2]) ‖ C. MEMMI. IVNIANI. Q. BRVTI. BALBI. AEDIL. ‖ . . .

CLVVIO. P. CLODIO. COS. 3) — Pompeiis. Borghesi *Giornale Arcadico* 1825. p. 105.

1) Ministri. 2) Duumvirorum Iuri Dicundo. 3) Consules suffecti anni incerti; priorem Borghesius habet pro M. Cluvio Rufo, consularem iam a. c. 794. Ioseph. *Ant. Iud.* 19, 1, 13., alterum pro Clodio Turrino, oratore memorato Senecae Rhetori. *Controv.* L. 10. *Prooem.*

1169. * APOLLINI . . . ‖ RATIONATORIS HONORE ‖ VSVRVS SECVNDVM ‖ CORNELIVS VERVS TACITVS ‖ EREXIT MONVMENTI LOCO. — In agro Iuliacensi prope Pattenes. Reines. p. 105, 53. Ad historicum olim referebant, sed spuria videtur, ut similes Virgilii, Propertii, Plinii maioris tituli.

1170. *C. Salvi*O. C. T. VEL. LIBERALI ‖ *Nonio* BASSO. 1) COS. 2) PROCOS. PROVIN‖*ciae Ma*CEDONIAE. LEGATO. AVGVSTORVM ‖ *provinc.* BRITANN. LEGATO. LEG. V. MACED ‖ *fratri A*RVALI. 3) ALLECTO. AB. DIVO. VESPASIANO ‖ *et divo Ti*TO. INTER. TRIBVNICIOS. AB. ISDEM ‖ *allecto* INTER. PRAETORIOS. QVINQ. IIII. P. C. 3) HIC SORTE ‖ *procos. fac*TVS PROVINCIAE. ASIAE. SE. EXCVSAVIT. — Reperta nuper prope Vrbem Salviam (Urbisaglia.) Borghesi in *Giorn. Arcadico Nov.* 1826. p. 164. Quae minoribus literis excusa vides, certissima sunt supplementa Borghesii.

1) Est orator Salvius Liberalis, de quo consule Sueton. *Vespas.* C. 13. et Plinium *Ep.* 2, 11. et 3, 9. cfr. Marini *Atti* 1. p. 164. ad seq. inscr. 2) consuli suffecto anni incerti. 3) a. p. Chr. 78. cfr. *Acta fr. Arval.* Tab. 22. IN. AEDE . . CONCORDIAE. ADSTANTIBVS. FRATRIBVS. ARVALIBVS. EX. TABELLA. IMP. CAES. VESPASIANI. AVG. MISSA. C. SALVIVM. LIBERALEM. NONIVM. BASSVM. IN. LOCVM. C. MATIDII. PATRVINI. DEMORTVI. COOPTAMVS. 3) Quinquennali quartum, Patrono Coloniae.

1171. VITELLIAE ‖ C. F. RVFILLAE. 1) ‖ C. SALVI. LIBERALIS. COS ‖ FLAMINI. 2) SALVTIS. AVG. MATRI ‖ OPTVMAE ‖ C. SALVIVS. VITELLIANVS. VIVOS. — Prope Vrbem Salviam. Grut. 1023, 6.

1) supple *uxoris*, ut saepe. 2) Explicabant *Flaminis Salutis Augustae:* sed quum hoc flaminium in lap. praeced. non memoretur, vide ne sit potius *Flaminicae.*

1172. C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS ‖ AVGVR. LEGAT. PROC. PR. 1) PROVINCIAE PONT . . . . . . 2) ‖ CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET 3) . . . . ‖ IMP. CAESAR. NERVA TRAIANO. AVG. GERMAN 4) . . . . ‖ CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM. ET ‖ PRAEF. AERARI. SATVRNI. PRAEF. AERARI. MIL. ‖ QVAESTOR. IMP. SEVIR. EQVITVM . . ‖ TRIB. MILIT. LEG III. GALLICAE ‖ X VIR. STLITIB. IVDICAND. THERM . . ‖ ADIECTIS IN ORNATVM HS CCC. AMPLIVS IN TVTELA HS CC. T. F. I . . ‖ — E. LIBERTOR. SVORVM. NOMIN. HS ‖ XVIII. LXVI. DCLVI. REI . . ‖ INCREMENT. POSTEA AD EPVLVM PLEB. VRBAN. VOLVIT PERTIN . . . ‖ AMPLIVS DEDIT IN ALIMENT. PVEROR. ET PVEL‖LAR. PLEB. VRB. HS ‖ CCC. IN TVTELAM BYBLIOTHECAE HS C. — Mediolani. Grut. 454, 5. 1028, 5. Murat. 732, 1. accuratius ap. Zachar. *Exc. litt.* p. 98., cuius typum exhibemus. Omnes

celebratissimae huius inscript. recensiones collegit C. Oct. Boarius: *De Plinii Secundi testamentaria inscript. – dissertatio.* Mantuae 1773, 4. nunquam mihi visa.

1) PRO. PR. Murat. melius. Paullo ante O. V. F. est: OVF*entina tribu.* 2) Supple: Ponti *et Bithyniae.* Marini *Atti.* p. 758. 3) et *in Thraciam ab.* id. 3) Germanico *Ducico missus.* id.

1173. I. O. M. ‖ IVNONI ‖ MINERVAE PRO ‖ SAL. SEXTI. IVL. ‖ FRONTINI. — Coloniae Traianae, s. Kellen in Duc. Clivensi. Mur. 12, 6. cfr. C. H. A. in *Misc. Obss.* 1742. 4. p. 183. Fragmentum est incertissimum. v. Saxii *Miss.* 1. p. 40.

1174.

D. M. ‖ PETRONII ANTIGENIDIS.[1]
TV PEDE QVI STRICTO VADIS PER SENTA. VIATOR
SISTE ROGO. TITVLVMQVE MEVM NE SPREVERIS. ORO.
BIS QVINOS ANNOS. MENSESQVE DVOS. DVO SOLES
IN SVPEROS[2] FECI. TENERE NVTRITVS. AMATVS
DOGMATA PYTHAGORAE SENSI STVDIVMQVE SOPHORVM.
ET LIBROS LEGI. LEGI PIA CARMINA HOMERI
SIVE QVOT EVCLIDES ABACO PRAESCRIPTA TVLISSET.
DELICIAS HABVI. PARITER. LVSVSQVE PROCACES.
HAEC HILARVS[3] MIHI CONTVLERAT PATER IPSE[4] PATRONVS.
SI NON INFELIX CONTRARIA FATA HABVISSEM.
NVNC VERO INFERNAS SEDES ACHERONTIS AD VNDAS
TETRAQVE TARTAREI PER SIDERA TENDO PROFVNDI.
EFFVGI TVMIDAM VITAM. SPES. FORMA VALETE.
NIL MIHI VOBISCVM EST. ALIOS DELVDITE. QVAESO.
HAEC DOMVS AETERNA EST. HIC SVM SITVS. HIC ERO SEMPER.

— Pisauri. E Schedis. Grut. 950, 7. Marm. Pis. p. 33. LXXIV. Burm. *Anthol.* 2. p. 254.

1) Sub huius nomine exstant epigr. quinque in Catalectis Petronianis. 2) superis. Burm. 3) Hyarus. B. 4) atque. B.

1175. D CERELLIAE FORTVNATAE CON § IVGI CARISSIMAE CVMQVA M.[1] V. ANN. XI. SVQ[2] ‖ M. ANTONIVS. ENCOLPVS.[3] FECIT. SIBI. ET. ANTONIO. ATHENAEO ‖ LIBERTO. SVO. KARISSIMO. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. EORVM ‖ ET. POSTERIS. EXCEPTO. M. ANTONIO. ATHENIONE. QVEM. VETO ‖ IN. EO. MONIMENTO. ADITVM. HABERE. NEQVE. ITER. AMBITVM ‖ INTROITVM. VLLVM. INEO. HABERE. NEQVE. SEPVLTVRAE. CAVSA. ‖ RELIQVIAS. EIVS. POSTERORVMQVE. EIVS. INFERRI. QVOD SIQVIS. AD‖VERSVS. HOC. QVIS. FECERIT. TVNC. IS. QVI. FECERIT. POENAE. NOMINE ‖ PONTIFICIBVS. AVT. ANTE. SCOLARIS.[4] VIRGINVM. HS. L. M. N. INFERRE DE‖BEBIT. IDEO. QVIA. ME. POS. MVLTAS. INIVRIAS. PARENTEM. SIBI. AMNEGAVERIT. ‖ ET. A. LELIO. APELLITI. CLIENTI. KARISSIMO. QVEM. BOLVERIT. DODATIONIS. CAVSA. SARCOFA‖GVM. ELIGAT. SIBI. OPTER.[5]

QVOD. INTAMMANA.[6]) CLADE. NON. ME. RELIQVERIT. CVIVS. BENEFICIA. ABEO.

ΜΗΜΟΥΠΑΡΕΛΘΗCΤΟΕΠΙΓΡΑΜΜΑΟΔΟΙΠΟΡΕΑΛΛΑCΤΑΘΕΙCΑΚ-ΟΥΕΚΑΙΜΑΘΩΝΑΗΙ ‖ ΟΥΚΕCΤΙΕΝΑΔΟΥΠΛΟΙΟΝΟΥΠΟΡΘΜΕΥCΧΑΡΩΝ ΟΥΚΑΙΑΚΟCΚΛΕΙΔΟΥΧΟCΟΥΧΙ‖ΚΕΡΒΕΡΟCΚΥΩΝ. ΗΜΕΙCΔΕΠΑΝΤΕC-ΟΙΚΑΤΩΤΕΘΝΗΚΟΤΕC ΟCΤΕΑΤΕΦΡΑΓΕΓΟΝΑ ‖ ΜΕΝΑΛΛΟΔΕΟΥ-ΔΕΕΝ . ΕΙΡΗΚΑCΟΙΟΡΘΩCΥΠΑΓΕΟΔΟΙΠΟΡΕ ΜΗΚΑΙΤΕΘΝΑΚΩCΑ-ΔΕΛΕC ‖ ΧΟCCΟΙΦΑΝΩ [7]). *ΜΗΜΥΡΑΜΗCΤΕΦΑΝΟΥCCΤΗΛΗΧΑΡΙ-CΗΛΙΘΟCΕCΤΙΝΜΗΔΕΤΟΠΥΡ ‖ ΦΛΕΞΕΙCΙCΚΕΝΟΝΗΔΑΠΑΝΗΖΩΝΤΙ-ΜΟΙΕΙΤΙΕΧΕΙCΜΕΤΑΔΟCΤΕΦΡΑΝΔΕΜΕΘΥCΚΩΝ‖ΠΗΝΟΝΠΟΙΗCΕΙC-ΚΑΙΟΥΚΟΘΑΝΩΝΠΙΕΤΑΙ* [8]) *ΤΟΥΤΟΙCΟΜΑΙΓΑΡΕΓΩCΥΔΕ ‖ ΤΟΥΤΟΙC-ΓΗΝΕΠΙΧΩCΑCΕΙΠΕΟΙΕΟΥΚΗΝΤΟΥΤΟΠΑΛΙΝΓΕΓΟΝΑ.* [9]) H. M. D. M. A. [10]) ‖

A. LAELIVS. APELLES. IN. HOC MONIMENTO. ADITVM. IVBEO. HABERE. IVSSO. ANTONI. ENCOLPI. ‖

OLO. LELIO. APELLETI. VNO. SARCHOFAGO. ITVM. AMBITVM. HABERE. DEVEVET. AMICO. OPTIMO. — In via Aurelia prope Vrbem. Gud. *Ind.* p. CVIII. primum tantum versum exhibet. Totam inscr. dat Mur. p. 1321, 10. correctius autem Niebuhr *Berliner Abhandlungen* 1822.-1823. p. 253. cuius typum, quantum potui, exhibeo.

1) Hoc *M*, cum *D* iungendum, ut sit *Diis Manibus*, Hagenb. *Mss.* 2) *Sine ulla querela* Idem. 3) Miro quum casu in stolidissima hac inscriptione tria reperiantur nomina Petronio quoque memorata, Encolpi scilicet, (qui tamen illi est Encolpius), Fortunatae Trimalchionis, et Apelletis; (Petron. C. 64. Apelletem cantorem habet) quum praeterea Encolpi nostri sermo plebeius, eruditio affectata, sensaque eadem fere fuisse videantur, atque Trimalchionis, Niebuhrius coniecit, a Satyrici scriptore ipsum illum M. Antonium Encolpum sub ficta C. Pompeii Trimalchionis persona exagitatum esse ac derisum; verum autem eius nomen celatum, ne lis iniuriarum moveri sibi posset; quo tamen omnem omnium errorem tolleret, tum Encolpium inter primarios fabulae actores inductum, tum coniugis „eupatriae illius", Fortunatae nomen retentum, Apelletem quoque obiter memoratum (C. 64.); inscriptionem vero nostram referre vitiatum iam et corruptum plebeiorum hominum sermonem, qui seculo tertio invaluerit, quemque ipsi Trimalchioni convivisque eius tribuerit poëta; eodem igitur seculo vixisse Petronium. Quae omnia tametsi satis ingeniose sunt excogitata, tamen haud multos fore puto, quibus suam divinationem probaturus sit Vir doctissimus. Ipsam quidem quaestionem de Petronii aetate missam faciens id tantummodo observabo, Cataldum Iannellium in *Codice Perottino. Neapoli* 1811. T. 2. p. CXXIII. complura argumenta haud contemnenda collegisse, quibus evinceret, Claudii illum ac Neronis aequalem fuisse. Quibus duo praeterea addere libet, a me reperta: 1.) *Cap.* 71. Trimalchio nominatur: *G. Pompeius Trimalchio Maecenatianus*, id est, vel *Maecenatis libertus*, vel potius, ut opinor, *Maecenatis liberti libertus* (nam quae de domino heraque narrat, ad Maecenatem sane atque Terentiam referri nequeunt) uti ANNA LIVIAE MAECENATIANA Gori *Columbar.* in Poleni *Thesaur.* 3, p. 150, 97. Cfr. Mur. 1678, 10. 1704, 9. et 10., quae, si sincera sunt, ad seculum Augusteum et subsequens spectant, uti ea quoque, quae praebet Gruterus; siquidem ultimus Maecenas Gruterianus (in longissimo illo albo Tribus Succussanae p. 240. *P. Maecenas Olympicus*) aequalis est Vespasiani. Tales vero Alexandri Severi tempore iam nulli erant; neque eiusmodi facete dictum tunc ullam gratiam vel leporem habuisset. 2.) Nusquam nec probat, nec exagitat Frontonianam eloquentiam, siccam illam ac tenuem, sed seculo secundo exeunte et sequentibus magnis honoribus affectam a rhetoribus; contra semper turgidam tumidamque, quam aetas inter Latronem et Frontonem unice admirabatur, is, prorsus ut Scriptor de causis corruptae eloquentiae, acriter insectatur. Quod si Alexandri Severi tempore vixisset Petronius, non solum summae Latini sermonis elegantiae, quam tum assequi poterat vel rhetor, vel poëta, lepidissime, ut fecit, opposuisset plebeium vulgi sermonem, iam sub Nerone et Vespasiano, immo diu ante

simillimum linguae illi rusticae, ex qua ortae sunt recentiores Italica, Hispanica cet., verum etiam inane illud tum Frontonianorum, tum Appuleii, Tertulliani, Arnobii, aliorum studium vocabula obsoleta, antiquata, et comica immoderate ac sine iudicio usurpandi alicubi sane tetigisset. Praeterea, (quod magnum est argumentum Niebuhrii,) *mammea* illa C. 69. nequaquam est *Mummaea* s. *Mamea*, mater Alexandri Severi, sed est ὑποκορισμός vernilis pro *mamma mea*, ut plebis Italicae *mámmama*, *mádrema;* sicque sine dubio vernulis pueris dominas interdum appellare licitum erat: quidni tandem ebrio liberto? Sed ut ad propositum redeamus: M. Antonius Encolpus, neminis is quidem libertus, etsi libertino genere ortus, Romae degebat, nulla omnino dignitate, ne sacerdotio quidem ullo vel magisterio praeditus, id quod sane oblitus non esset memorare. C. Pompeius Trimalchio, libertus in colonia, sive Neapolis fuit, („Ignarra:") sive Puteoli, („Iannellius:"), sive potius neutra, Seviratu Augustali gratuito honoratus suis se cupiditatibus explebat. Encolpus noster magnam rei familiaris cladem acceperat; divitiis affluebat Trimalchio. Latina hic epigrammata recitat; Graeca illi monumento suo incidenda curat. Numquaenam in his omnibus convenientia et conspiratio? Numquisnam, tunc temporis Romanorum in C. Pompeio Trimalchione Petronii agnovisset M. Antonium Encolpum in via Aurelia tumulatum? Casui igitur levis ista similitudo nominum aliquot admodum vulgarium Encolpi, Fortunatae, Apelletis tribuenda erit; nec quidquam inde reconditi et occulti expiscari debemus. Neque vero Petronius mores tum flagitiose, tum ridicule corruptos Romanorum descripturus necesse habebat, ut unum aliquem obscurissimum terrae filium mordaci stilo insectaretur, quoniam quidem sexcenti eiusdemmodi homines nequam, sed illustriores etiam ac stolidiores, quotidie ante oculos ei versabantur. 4) *Antescholarii Virginum Vestalium* alibi vix memorantur, nisi quod (notante Niebuhrio) miro iterum casu, ut mihi videtur, *Menelaus antescholanus* reperitur apud Petronium C. 81. Fuisse hoc collegium aliquod libertorum servorumque, quorum ministerio in caerimoniis suis nescio quomodo uterentur Virgines Vestales, consentaneum est. Mirum autem illud nomen inde repeto, quod viris ad Virgines nimis prope accedere haud liceret. Coibant igitur vel *ante* scholam Virginum ipsarum, vel in aedificio *ante* Vestae templum exstructo. 5) PROPTER Mur. 6) IN TAM MAGNA Mur. 7) Est in Anthologia *Palatina* T. 2. p. 831, 236. 8) Ibid. T. 2. p. 321, 8. 9) Postremos duos versus, quantum vidi, nemo in Anthologias recipere dignatus est. Vltimus est corruptus: nec nimis apta sententia corrigeres: *ΕΠΙΕΠΟΤΟΥΚΗΜΙΠΝ*. 10) huic monumento dolus malus abesto.

1176. M. AVFIDIO FRONTONI ‖ PRONEPOTI M. CORNELI ‖ FRONTONIS ORATORIS CONSVLIS 1) MAGISTRI ‖ IMPERATORVM LVCI ET ANTONINI ‖ NEPOTIS ‖ AVFIDI. VICTORINI ‖ PRAEFECTI VRBI. BIS CONSVLIS 2) FRONTO CONSVL 3) ‖ FILIO DVLCISSIMO. — Pisauri. (Grut. p. 369, 2.) Marm. Pis. p. 30. LXIX.

1) u. c. 896. cfr. Ang. Maii *Comment. praevium in Fronton.* p. XIII. et LXVI. 2) u. c. 936. 3) u. c. 952.

1177. LEG. II. AD. P. F. S. V. L. M. IMP. D. N. SEVE. ALEX. T. CASSI. DIONE. COS. 1) — Budae. Schoenvisner *Laconic.* p. 176.

1) i. e. Leg. II. Adiutrix Pia Fidelis Severiana Votum solvit libens merito, Domino nostro Severo Alexandro, T. Cassio Dione, (celebratissimo historico,) consulibus; p. Chr. 229.

1178. M. CAECILIO ‖ NOVATILIANO C. V. ‖ ORATORI ET POE‖TAE INLVSTRI ALLE‖CTO INTER CONSV‖LARES. PRAESIDI ‖ PROV. MAES. SVP. ‖ IVRID. APVL. ET CA‖LAB. PRAET. TRIB. PL. ‖ Q. PROV. AFRIC. ‖ SPLENDIDISSIMVS ‖ ORDO ‖ BENEVENTANORVM ‖ PRIVATIM ET PVBLIC ‖ PATROCINIO EIVS ‖ SAEPE DEFENSI P. D. D. — Beneventi. Mur. 1033, 2. de Vita p. XXII, 21. cfr. Spon 124, 2. et Zaccaria *Istituz.* p. 238.

1179. SILVANO CAELESTI ‖ Q. GLITIVS FELIX ‖ VERGILIANVS POETA. D. D. — Romae. Grut. 64, 5. v. Marm. Taur. 2. p. 31.

1180. M. ANTONIO RVFINO C. V ‖ PRO. MERITO. LABORVM ‖ STVDIORVM SVORVM QVI ‖ BASILICAM CIVITATIS NOSTRAE ‖ PECVNIA SVA A SOLO FECIT ‖ PATRONO OPTIMO ‖ ORDO SPLENDIDISSIMVS ‖ COLONIAE ABELLINATIVM. — Atripaldae. Lupulus p. 55., qui maxime propter voc. *studiorum* de Rufino grammatico cogitavit.

1181. TATIANI ‖ C. IVLIO RVFINIANO ‖ ABLAVIO [1]) TATIANO C. V. RVFINIANI ORATORIS FILIO FISCI PA‖TRONO RATIONVM SVMMARVM ‖ ADLECTO INTER CONSVLARES IVDICIO ‖ DIVI CONSTANTINI. LEGATO PRO‖VINC. ASIAE CORRECTORI TVSCIAE ‖ ET VMBRIAE. CONSVLARI AE‖MILIAE. ET LIGVRIAE PONTIFICI ‖ VESTAE MATRIS ET IN CONLEGIO PONTIFICVM PROMA‖GISTRO. SACERDOTI HERCV‖LIS CONSVLARI CAMPANIAE ‖ HVIC ORDO SPLEN‖DIDISSIMVS ET POPVLVS ‖ ABELLINATIVM OB INSIGNEM ‖ ERGA SE BENEVOLENTIAM ET RELI‖GIONEM ET INTEGRIT. EIVS STATVAM ‖ CONLOCANDAM CENSVIT. — Atripaldae prope Abellinum. Maffei *Ver. illustr.* T. 1. *Inscriptt.* p. 18. Murat. 1019, 2. Lupulus p. 56, cuius typum dedi. Cfr. Rhunck. in *Praef. ad Rutil. Lup.* p. XXV.

1) *Ablabio* Maffei.

1182. CL. CLAVDIANI V. C. ‖ CL. CLAVDIANO V. C. TRI‖BVNO ET NOTARIO INTER CETERAS ‖ VIGENTES [1]) ARTES PRAEGLORIOSISSIMO ‖ POETARVM. LICET AD MEMORIAM SEM‖PITERNAM CARMINA AB. EODEM ‖ SCRIPTA SVFFICIANT, ADTAMEN ‖ TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI ‖ FIDEM DD. NN. ARCADIVS ET HONORIVS ‖ FILICISSIMI (*sic*) AC DOCTISSIMI ‖ IMPERATORES SENATV PETENTE ‖ STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI ‖ ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ‖ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ ΟΜΗΡΟΥ ‖ ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ ‖ ΒΑΣΙΛΗΣ ΕΘΕΣΑΝ. — Romae, Grut. 391, 5. Hagenb. *Epp. epigr.* 1. p. 61.

1) in saxo, ut videtur, non legebatur nisi . . CENTES. unde fortasse melius suppleveris: *decentes*. Ceterum cfr. Claudian. *Praef. de bello Getico.* Totam autem istam inscriptionem a Pomponio Laeto fictam suspicantur Apostolus Zenus in *Dissertazioni Vossiane* T. 2. p. 250. et Tiraboschius in *Storia della lett. Ital.* T. 2. p. 649. ed. Mediol. 1824. Mihi tamen defendi posse videtur simili Merobaudi posita,

1183. FL. MEROBAVDI $\overline{\text{VS}}$ COM. SC. ‖ FL. MEROBAVDI. AEQVE FORTI ET DOCTO VIRO. TAM FACERE LAVDANDA QVAM ALIORVM FACTA LAVDARE PRAECIPVO. CASTRENSI EXPERIENTIA CLARO. FACVNDIA VEL OTIOSORVM STVDIA SVPERGRESSO. CVI A CREPVNDIIS PAR VIRTVTIS. ET ELOQVENTIAE CVRA. INGENIVM ITA FORTITVDINI VT DOCTRINAE NATVM. STILO ET GLADIO PARITER EXERCVIT. NEC IN

VMBRA. VEL LATEBRIS. MENTIS VIGOREM SCHOLARI TANTVM OTIO TORPERE PASSVS. INTER ARMA LITTERIS MILITABAT. ET IN ALPIBVS ACVEBAT ELOQVIVM. IDEO ILLI CESSIT IN PRAEMIVM NON VERBENA VILIS. NEC OTIOSA HEDERA. HONOR CAPITIS HELICONIVS . SED IMAGO AERE FORMATA. QVO RARI EXEMPLI VIROS. SEV IN CASTRIS PROBATOS. SEV OPTIMOS VATVM. ANTIQVITAS HONORABAT. QVOD HVIC QVOQVE CVM AVGVSTISSIMIS ROMA PRINCIPIBVS. THEODOSIO ET PLACIDO VALENTINIANO. RERVM DOMINIS. IN FORO VLPIO DETVLERVNT. REMVNERANTES IN VIRO ANTIQVAE NOBILITATIS. NOVAE GLORIAE. VEL INDVSTRIAM MILITAREM. VEL CARMEN. CVIVS PRAECONIO GLORIA TRIVMFALI CREVIT IMPERIO. || DEDICATA IIII KAL. AVG. CONSS DD NN THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IIII[1]) — Romae. Fl. Merobaudis *Reliq. ed. Niebuhr.* Ed. alt. Bonnae 1824. Praef. p. VII.

1) p. Chr. 435.

1184. NARDV || POETA || PVDENS || HOC || TEGITVR || TVMVLO — Cimitini. Grut. 1118, 6. Lupulus p. 17.

1185, C. CONCORDIVS SYRIA||CVS EQ. R. COMM. REIP || BENEVENT. MVNERARIVS || BIDVI POETA LATINVS CO||RONATVS. IN MVNERE PA||TRIAE SVAE ET VIBVS (*sic*) || SIBI FECIT QVI VIXIT || ANN. LVIII. M. VI. D. XII || HOR. III. — Beneventi. de Vita p. 217. et *Inscriptt.* p. 34, 1.

1186. Symmachorum titulos iunctim hic damus praeeunte Angelo Maio, αὐτόπτῃ, in libro inscripto *Iuris Civilis et Symmachi orationum partes* cet. Romae 1823. p. XXIIII. seqq., qui omnino hic erit consulendus.

PHOSPHORII[1]) || LVCIO. AVR. AVIANIO SYMMACHO VC || PRAEFECTO VRBI[2]) CONSVLI[3]) PROPRAEFECTIS[4]) PRAETORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE || PROVINCIIS PRAEFECTO ANNONAE VR||BIS ROMAE PONTIFICI MAIORI QVINDE||CEMVIRO. S. F. MVLTIS LEGATIONIBVS || PRO AMPLISSIMI ORDINIS DESIDERIIS || APVD DIVOS PRINCIPES FVNCTO QVI || PRIMVS IN SENATV SENTENTIAM ROGA||RI SOLITVS AVCTORITATE PRVDENTIA ATQ. || ELOQVENTIA PRO DIGNITATE TANTI ORDI||NIS MAGNITVDINEM LOCI EIVS INPLEVE||RIT AVRO INLVSTREM STATVAM QVAM || A DOMINIS AVGVSTISQ. NOSTRIS SENATVS || AMPLISSIMVS DECRETIS FREQVENTIB. IN||PETRABIT (*sic*) IDEM TRIVMFATORES PRINCIPES || NOSTRI CONSTITVI ADPOSITA ORATIONE IVS||SERVNT QVAE MERITORVM EIVS ORDINEM || AC SERIEM CONTINERET QVORVM PERENNE || IVDICIVM TANTO MVNERI HOC QVOQVE AD||DIDIT VT ALTERAM STATVAM PARI SPLEN||DORE ETIAM APVD CONSTANTINOPOLIM || CONLOCARET || [*dedi*]CATA. III. KAL. MAIAS ||

(*D. N.*) GRATIANO. IIII. ET MEROBAVDE (*Cos,*[5])) — Romae. Habet iam Grut. 370, 3.

1) de hoc cfr. Fabrett. p. 100. 2) p. Chr. 364. v. Corsini *Ser. Praef. Vrb.* p. 234. 3) Consul suffectus circa a. p. Chr. 376. dubitanter dicit Maius p. XXVII. 4) p. Chr. 377. 5) id est, aliquoties vicem gerenti et Praefecti Praetorio, et Praefectorum finitimis provinciis.

1187. EVSEBII ‖ Q. AVR. SYMMACHO. VC. ‖ QVAEST. PRAET. PONTIFICI ‖ MAIORI. CORRECTORI ‖ LVCANIAE. ET. BRITTIORVM[1]) ‖ COMITI. ORDINIS. TERTII ‖ PROCONS. AFRICAE.[2]) PRAEF ‖ VRB.[3]) COS. ORDINARIO[4]) ‖ ORATORI. DISERTISSIMO ‖ Q. FAB. MEM. SYMMACHVS ‖ VC. PATRI. OPTIMO. — Romae. Sic Maius p. XXX. (Reines. p. 399, 12. mance.) Spon *Misc.* p. 123, 1. Gudius *Indic.* p. LXI. Hi omnes Q. AVR. SYMMACHO. contra Fabrett. p. 102, 234., qui Sponium erroris insimulat propter ipsam hanc varietatem: Q. AVRELIO (*sic*) NICOMACHO.

1) p. Chr. 365. 2) p. Chr. 373. 3) p. Chr. 384. 4) p. Chr. 391., secundum Pagium, Stampam ac Muratorium. De EVSEBII nomine praemisso cfr. Maium p. XXVIIII. Ex hac in primis inscriptione apparet explicationibus huiusmodi genitivorum in initio lapp. Sec. quarti a Fabretto p. 99. allatis hanc quoque addendam esse, ut dicamus nominibus eorum, quibus titulus proprie fuerit dicatus, ex ipsorum voluntate praefixum interdum esse nomen amici alicuius, vel propinqui, quem simul honoratum vellent; quod genus caritatis celebratissimum est in illo: *Eusebius Pamphili.*

1188. VIRIO. NICOMACHO. FLAVIANO. VC ‖ QVAEST. PRAET. PONTIF. MAIORI ‖ CONSVLARI. SICILIAE ‖ VICARIO. AFRICAE ‖ QVAESTORI. INTRA. PALATIVM ‖ PRAEF. PRAET. ITERVM. COS. ORD.[1]) ‖ HISTORICO. DISERTISSIMO ‖ Q. FAB. MEMMIVS. SYMMACHVS. VC ‖ PROSOCERO. OPTIMO. — Romae. Maius. p. XXXXI. Reines. p. 441, 92. Spon *Misc.* p. 123, 2. Fabrett. p. 119, 3. Gud. *Ind.* p. LXX.

1) Flaviani consulatum nusquam notatum inveni. Fleetwoodus sine certa auctoritate (p. 159.) sumpsit sibi a. p. Chr. 392.

1189. L. TARQVITIO[1]) ‖ L. F. POM ‖ ETRVSCO ‖ SVLPICIANO ‖ SCRIBAE. QVAESTOR ‖ EX TESTAMENTO ‖ D. HS. XX. — Romae. Grut. 625, 4.

1) L. hic Tarquitius Valesio ad Ammian. 25, 2, 7. et Censori Halensi Frandseniani *de Haruspicibus* libelli. (Septemb. 1824.) idem esse creditur, cuius libri Tarquitiani memorantur Ammiano, Lactantio 1. 10, 2. Macrob. *Sat.* 3, 7. Sed falluntur: nam teste Ioanne Lydo *de Ostentis.* pag. 8. scriptor ille de Etrusca disciplina fuerat Rex sacrorum, quod sacerdotium titulus sepulcralis sane memorasset, et longe antiquiorem illum puto hoc scriba quaestorio, L. Tarquitio Sulpiciano.

1190. L. IVNII RVSTICI ‖ PHILOSOPHI STOICI.[1]) ‖ L. IVNIVS L. L. ‖ MYRINVS P. P.[2]) — Romae. Grut. 426, 10. Visconti *Iconogr. Rom.* 2. p. 419. Mil.

1) minoris, praeceptoris M. Aurelii Philosophi, imago. v. Viscont. 2) i. e. patrono posuit. id.

1191. C. TVTILIO HOSTILIANO ‖ PHILOSOPHO STOICO ‖ DOMO CORTONA ‖ PATRI OPTIMO ‖ C. TVTILIVS IVSTVS ‖ FILIVS ‖ TVTILIA QVINTA ‖ TVTILIA QVARTA ‖ FILIAE. — Romae. Mur. 1042, 1. cfr. Gori *Symbol.* 8. p. 14.

1192. SOMNO. AETERNAL. ‖ C. MATRINI ‖ VALEN‖TI. PHILOSOPHI EPICVR. VIX. AN. XXXIX ‖ M. VI. D. VII ‖ HOR. VIII. ‖ MATRINIA CONIV‖GI ‖ INFELICISSIM. ‖ IN FR. P. III. IN AGR. P. VIIII. — S. l. Fabr. p. 182, 385. Horae non solum in infantibus, sed etiam in primo senio et virili aetate interdum notantur. — *Matrinia* hic, quod rarum, uxor mariti familiam sequitur. Cfr. Fabrett. p. 117. adversus Reines.

1193. STALLIVS GAIVS HAS SEDES HAVRANVS TVETVR ‖ EX EPICVREIO GAVDIVIGENTE CHORO. — Neapoli. Fabr. p. 29, 130. Gor. *Etr.* III. 55, 70. Hagenbuch. coni. *Gauranus.* Hanc inscr. contra Gorium defendit Hagenb. *Tessar.* p. 478.

1194. T. FL. POSTVMIO TITIANO. V. C. COS. ‖ PROCOS. PROV. AFRICAE ‖ CVR. AQVARVM ET MINICIAE ‖ CORR. CAMPANIAE ‖ CORR. ITALIAE TRANSPADANAE ‖ COGNOSCENTI VICE SACRA. P. K. Q. K.[1]) PONTIFICI DEI SOLIS ‖ AVGVRI. ORATORI. PRONEPOTI ET SEC‖TATORI M. POSTVMI FESTI ORAT. ‖ T. AELIVS POEMENIVS V. E. SVFFRAGIO EIVS ‖ AD PROC. AQVARVM PROMOTVS ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO. — Romae. Grut. 459, 7. Fabrett. p. 208, 516. et 700, 218.

1) Praetori Candidato, Quaestori Candidato.

1195. . . . . . ‖ ORATORE MIRAQVE FACVND ‖ MAXIMVM PROCOS. ASIAE DESTINATVM. VII. VIRVM. FLAM. VENERABILIS ‖ MEMORIAE VIRVM ‖ T. FL. POSTVMIVS VARVS. COS ‖ PRONEPOS. SECTATOR ‖ EIVS. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 289, 5.

1196. L. ACVITIO ARTEMIDORI F. TRYPHONI RHETORI CECROPS AMPHIO LIBERT. B. M. R. — Pisauri. Olivieri in Calogerà *N. Raccolta* 6, p. VII. Vnica fere inscriptio sincera, quae Rhetorem prae se ferat, quum suppositiae sint Grut. 653, 1. Murat. 981, 4.

1368. VENERI. VERAE. FELICI. GABINAE ‖ A. PLVTIVS EPAPHRODITVS. ACCENS. VEL. AT.[1] NEGOTIATOR SERICARIVS. TEMPLVM CVM ‖ SIGNO AEREO. EFFIGIE VENERIS. ITEM SIGNIS AEREIS N. IIII. DISPOSITIS. IN ZOTECIS ET ‖ BALBIS[2] AEREIS. ET ARAM AEREAM. ET OMNI CVLTV A SOLO. SVA PECVNIA FECIT. CVIVS OB ‖ DEDICATIONEM DIVISIT DECVRIONIBVS SING. X.[3] V. ITEM VI. VIR. AVG. SING. X. III. ITEM TABER‖NARIS INTRA MVRVM NEGOTIANTIBVS. X. II. ET HS. X. M. N. REI. PVBL. GABINOR. INTVLIT. ITA VT EX ‖ VSVRIS EIVSDEM SVMMAE. QVOD. ANNIS III. K. OCTOBR. DIE. NATALIS PLVTIAE VERAE ‖ FILIAE SVAE. DECVR. ET VI. VIR. AVG. PVBLICE IN TRICLINIS SVIS EPVLENTVR. QVOD SI ‖ FACERE NEGLEXSERINT. TVNC AD MVNICIPIVM TVSCVLANOR HS. X M. N PERTINEANT. ‖ QVAE CONFESTIM EXIGANTVR. LOCO DATO DECRETO DECVR. ‖ DEDICATA IDIBVS MAIS. L. VENVLEIO APRONIANO II. L. SERGIO PAVLO II. COS.[4] — Gabiis. *Bibliothek der alten Literatur und Kunst.* Fasc. X. p. 4.

1) *velatus.* 2) *valvis.* 3) *denarios.* 4) p. Chr. 169.

1369. VENERI ‖ HORTORVM SALLVSTIANORVM ‖ C. SALLVSTIVS DRVDVS ‖ AEDITVVS D. D. — Romae. Don. p. 14, 52. Mur. 177, 5. cfr. Grut. 39, 4.

1370. IMPERIO VENERIS FISICAE ‖ I. O. M. ‖ ANTISTIA METHE. ANTISTI ‖ PRIMIGENI. EX.[1] D. D. — Pompeiis. Ex Capacio Reinesius p. 42, 18., quam equidem pro spuria facile habuissem, nisi idoneus auctor, Romanellius (*Viaggio a Pompej* 1. p. 15.) affirmaret, eundem lapidem iterum nuper effossum esse. Is habet PHYSICAE.

1) *Ex decurionum decreto* h. l. vix significare posse rati, Reines. VXor. Hagenb. E. ∞. D. D. i. e. *e denariis quingentis donavit*, vel EX. V. D. (*voto.*) suspicati sunt. Sed nihil omnino impedit, quo minus consueta illa formula hic quoque retineatur. Titulum scil. ut ponere liceret Antistiae, Decurionum decreto opus erat. Vt igitur admittamus Venerem istam Physicam, magis dubia est Holsteniana, immo Ligoriana *Venus Pelagia*, etsi Pontiam, Euploeamque probe novi.

1371. * VENERI PELAG ‖ P. LVCILIVS RVSTICVS V. C. ‖ PRAEFECTVS VRBI ‖ COS. PROCOS. LIBY. PROCVRA‖TOR LVDI MATVTINI ‖ PROCVRATOR LVDI MAGNI ‖ PROCVRATOR XX. HEREDITAT ‖ FLAMEN MART. ‖ S. P. SIGN. RESTIT.[1] — Caietae. Reines. p. 127, 93.

1) Defendit quidem saxum istud Corsinius in *Serie Praefect. Vrbis.* p. 79.; sed alia quoque insunt fraudis vestigia, velut procurationes tres tam dispares; nec notus aliunde P. Lucilius Rusticus Praefectus Vrbi et Consul, effictus fortasse a Ligorio ex Q. Iuniis Rusticis Coss. u. c. 872. et 915.

1372. * VENERI ‖ PLACIDAE ‖ CVM SIGN ‖ CVPIDIN ‖ ET BASI SV ‖ MARMOR. IVNIA TY‖CHE FEL. V. S. — Spoleti. Mur. 58, 6. Est suspectissima.

1373. VENERI PROBAE SANCTISS. SACR ‖ TI CLAVDIVS MARCION. ‖ SALVE MILLE ANIMARVM INLVSTRI CENARE

OPVS. SALVE ‖ (*p*)VLCHRI ONERIS PORTATRIX. IN. EXVPERABILE (*sic*) DONVM ‖ RERVM HVMANARVM DIVINARVMQVE MAGISTRA ‖ (*M*)ATRIX. SERVATRIX AMATRIX. SACRIFICATRIX ‖ SALVE MILLE ANIMARVM INLVSTRI CENARE OPVS. SALVE. — Herculanei. Martorelli p. 372. Donati 1. p. 53, 9.

1374. VENERI ‖ VESTINAE. ‖ L. IVLIVS KARICVS ‖ CVM VOLVNTILLA ‖ SEVERA VXORE. — Apud Neptunium ex parietinis Antii. Grut. 1069, 3.

1375. VENERI VICTRICI ‖ L. ARRONIVS AMANDVS. ‖ IV.[1]) VIR AVG. ‖ SOLO PRIVATO[2]) S. P. F.[3]) — Tiferni in Vmbria. Grut. 59, 10.

1) VI Vir. Ms. Smetii recte. 2) opponitur hoc notissimo L. D. D. D. 3) sua pecunia fecit.

1376. DEAE VENERI ‖ C. ENETRI C. L. ‖ SACRVM. — Beneventi. De Vita p. 66. et *Inscriptt.* p. 4, 21., qui interpretatur *Veneri a C. Enetrio Caii Liberto* privatim cultae. Sed, nisi obstaret aliquatenus eius *αὐτοψία*, suspicarer: GENETRICI. cuius, quod mirere, paucissima omnino supersunt monumenta, veluti:

1377. . . . . . ‖ . . . IO COS ‖ QVA DIE SPECVLAR ‖ A SACERD. VENERIS ‖ GENITRIC.[1]) ET GENI REIP ‖ DEDIC. — Lupatiae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 185.

1) Nisi admodum fallor, cultus Veneris Genitricis post Caesarum familiam exstinctam vel casu obsolevit, vel consulto est in oblivionem adductus. Duo haec verba: VENERI GENETRICI Telesiae quoque reperta esse perhibet Romanelli *Topogr.* T. 2. p. 423.

1378. AB LVCO LIBITINA[1]) ‖ Q. CORVNCANI STATI ‖ Q.[2]) Q. L. EROS ‖ CORVNCANIA Q. L. CRESTE ‖ IN FR. P. XIIII. IN A. P. XIII. — Romae. Grut. 971, 8.

1) *Libitinae* Voss. *de Anal.* Lib. 1. C. 26. p. 480. 2) i. e. Quintus Coruncanius Eros, Quinti Coruncanii Libertus. HAGENB. Mss.

1379. D . . ‖ ADONI SIG. ‖ EX VOTO M. VLPIVS ‖ ET AVR. SABINA. P. L. T. — Iustinopoli. Mur. 2099, 2. Carli *Antichità di Capodistria* in Calogerà *Racc.* 28. p. 272. habet P. L. I.

§. 6. VOLCANVS. STATA MATER. VESTA.

1380. VOLCANO ‖ EX AERE PVBLICO ‖ IN VIA RECTA ‖ CIV. TAR. ‖ PONTIFICVM IVSSV ‖ STATVIT. ‖ P. CORNIFICIVS. — Tarenti. Mur. 59, 5.

1381. DEO PATRIO. ‖ CN. TVRPILIVS ‖ CN. F. TVRPILIANVS AEDIL. ET PR SAC VOLK FAC[1]) ‖ SIGILL. VOLKANI ‖ EX VOTO POSVIT. ARG. P. XV. SCRP[2]) IX. — Ostiae. Marini *Atti.* 2. p. 357.

1) i. e. Aedilis et praetor sacris Volcanalibus faciundis; *praetor* h. l. significatu plane singulari is dicitur, qui praeest sacrificiis. 2) scripulorum.

1382. VOLK. MITI ‖ SIVE MVLCIBERO ‖ LVCI VETTI ‖ TELESPHORVS ET ‖ CHRISANTVS FRA ‖ VI VIR. AVG. NOMI[1]) ‖

VETTIAE L. F. SECVNDAE [2]) ‖ TELESPHORI FILI. ‖ L. D. D. D. — Brixiae. Grut. 1069, 5. Mur. 59, 6. Labus *Dissertazione* p. 22., cuius typum exhibemus.

1) nomine. 2) Secundi. Mur. Cet. cfr. corruptum lap. Grut. 472, 2. OLKMITI SIVE MVLCIBERO. Donati 1. 33, 2.

1383. Brixiae itidem, (praeter Grut. 356, 1. et 1069, 4. nunc deperditum, correctius apud Labus *Dissertazione* p. 21.

VOLKAN. AVG ‖ P. ANTONIVS ‖ CALISTIO VI ‖ VIR. AVG. ET. C. CLOD ‖ COMIC. ET P. POST ‖ AGATHO. IDEM ‖ SPORT. DEDIC. ET IN ‖ TVTEL. [1]) HS. CCCC. DED ‖ COLL. IVVEN. [2]) —

1) sportulas dedicatione et in tutelam. 2) Collegio Iuvenum:) repertum nuper est seq. saxum:

VOLCANO ‖ SACRVM ‖ PVBLICE. — Labus *Dissertazione* p. 13.

1384. ARSES ‖ VVRSES ‖ SETHLANL ‖ TEPHRAL ‖ APE TERMNV ‖ PISEST ESTV. — Cortonae. v. *Coltellini sopra un' ara etrusca con iscrizione finora inedita.* Roma 1790. Münter in *Det K. Danske vidensk. Selskabs. Afhandlinger.* Kiobenhavn. 1823. T. 1. p. 3., qui ita explicant: Avertas ignem, Vulcane, victimarum carne post terminum piatus esto. vel: Ignem avertas, Vulcane, in cinerem redigens (qui) apud terminum piatus esto. v. Festus in *Arse verse.*

1385. * VOLCANO. QVIETO. AVGVSTO ‖ ET STATAE MATRI AVGVSTAE ‖ SACRVM P. PINARIVS TRIASVS ET ‖ M. RABVTIVS BIRVTIVS ‖ MAG. VICI. ARMILVSTRI ANN. IV. — Romae. Gud. XL, 3., ex Ligorio. Mur. 59, 8. Gor. *Etr.* 3, p. 111. Haec omnino est spuria; certior est sequens ap. Mur. 297, 6. et emendatior ap. Gor. *Etr.* 3. p. 108.:

1386. STATAE MATRI SAC. ‖ Q. COELIVS Q. L. ‖ APOLLONIDES ‖ MAG. VICI. ‖ D. LAELIVS BALB.
C. ANTISTIO VET. COS. [1]) — Exstat Florentiae.

1) u. c. 747. v. Festum in *Statae Matris.* et cfr. Gud. L, 2.: STATAE FORTVNAE AVGVSTAE ‖ TITVS. LAENIVS T. F. QVIR. ‖ CAMARINVS. ‖ TRIBVNVS LEG. XV. AVG. D. D. Sed hoc Ligorii commentum est, ex Stata Matre et Seia Fortuna conflatum.

1387. STATAE MATRI ‖ AVG. SACRVM. ‖ MAG. REG. VII. ‖ VIC. MINERVI. ‖ ANNI L ‖ AP. ARRENIVS APPIANVS ‖ C. CORNELIVS EVTYCHVS. ‖ SEX. PLOTIVS QVARTIO. ‖ C. VIBIVS PHILET. ‖ DEDICATA EST. ‖ XVII. K. SEPT. LVSTRATIONE. — Romae. Mur. 33, 2. Cfr. ib. 1.

1388. STATAE MATRI AVGVST. ‖ MAGISTRI ANNI SECVNDI ‖ C. DVSONIVS SATVRNINVS ‖ CN. CAMPANIVS LOGVS. ‖ Q LIGINIVS (*sic*) TYCHIVS ‖ Q. CAFATIVS DIADVMENVS. — Capobianco prope Romam. Marini *Atti* 2. p. 614. Stata Mater, uni Festo memorata, quattuor praeter hunc habet lapides ap. Mur. 32, 2. 59, 8. Gori *Etr.* T. 3. p. 108. Anecd. liter. 1, 459. *Stata Mater* eadem cum Vesta. Marini *Atti* p. 379.

1389. In Actis Frat. Arval. Tab. XXXII. duae Vestae distinguun-

tur: VESTAE[1]) OVES II. VESTAE MATRI. OVES. II. — v. Marini p. 378.

1) scil. Virgini.

1390. VESTAE. SACRVM ‖ ANTISTITI ‖ PRAEDIORVM HELVIDIANORVM. — Romae. Fabrett. p. 694, 150. Morcelli *St.* 1, 9.

1391. VESTAE ET MATRIBVS ‖ T. CELERINVS. TEM. PORTIC ‖ CVSTODIARVM[1]) (*sic*) D. S.. — Asculi. Mur. 32, 3.

1) l. Custodiarium, in quo vasa sacra recondantur. Mur. Verum idem longe probabilius hunc lap. p. 147, 6., ita exhibet: VESTA T. F. CELERINA ‖ MATRVBVS. TEM. PORTIC ‖ CVSTODIARIVM. D. S. P. — Asculi; ubi igitur secundum utramvis lectionem Matres illae in Gallicanis saxis frequentes colebantur. *Vesta* tamen, feminae nomen haud nimis placet, etsi probe novi v. c. *Mercurios;* fuitne VESTIA? — Priorem typum praefert Saxius *Miss.* 2. p. 179.

1392. VESTAE tituli omnino rarissimi sunt, quippe quum Gruterus nullum habeat nisi hunc: (26, 5.)

VESTAE ‖ Q. CASSIVS ‖ M. F. ‖ VARVS ‖ V. S. L. M. — Veronae; ex Sarayna.

1393. IOVI OPTIMO. MAXIMO ‖ MINERVAE ‖ IVNONI. VESTAE ‖ ALBAN. SACR. ‖ L. CORNELIVS L. F. FALERINA ‖ PVPILLVS. FLAMEN. QVINQVEN ‖ PATRONVS CASTRI MOENENSIVM[1]) ‖ EX VOTO. — In Monte Albano. Spotorno *Trattato* 2. p. 192. ex Riccio (*Memorie d' Albano.*)

1) Iidem, qui Plinio H. N. 3, 9. p. 155. Hard. *Castrimonienses. Castrimonium* ap. Frontin. *de Col.* p. 85. Reichardo est *Castro Pignano.*

§. 7. MERCVRIVS.

1394. MERCVRIO ‖ L. COMINIVS ‖ POLLIO ‖ MIL. LEG. ‖ XIII. GEM. ‖ BENEFICIA‖RIVS LEGATI ‖ CONSVLA[1]) ‖ ARAM ET ‖ TECTVM ‖ V. S. L. M. — Arcisate Insubrum. Grut. 51, 4. (Murat. 46, 10. corrupte. v. Saxii *Miss.* 2. p. 198.)

1) Consularis.

1395. IN H DD[1]) ‖ DEO MERCVR‖IO AEDEM AR‖AM ATTIAN‖VS MAGISS‖ET MAGISSIVS H‖IBERNVS CA.[2]) ‖ LEG. XXII. P. P. F.[3]) — S. Remy in Alsatia. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 437., corrupte ap. Mur. p. 50, 3.

1) In honorem domus divinae. 2) *Camilla* tribu (?) Schoepfl. Melius Hagenb. *Custos Armorum.* (C*Ampidoctor* Mur. CA*ligatus* Saxius *Miss.* 2. p. 203.) 3) Primigeniae Piae Felicis. eadem legio *Severiana* in lap. Canstadiensi ap. Schoepfl. l. l. p. 443.

1396. DEO MERCVRIO ATTEGI‖AM[1]) TEGVLICIAM COMP‖OSITAM SEVERINIVS ‖ SATVLLINVS C. F. EX VO‖TO POSVIT. L. L. M. — Prope Niderbronnam vicum. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 445.

1) Iuven. 14, 196. *dirue Maurorum attegias, castella Brigantum.*

1397. SACRVM ‖ MERCVRIO ‖ EPVLONI ‖ EVPHROSYNO. — Romae. Gud. 56, 6. αὐτόπτης. Mur. 49, 10. Visconti *Ienkins.* p. 74., qui ipse quoque de hoc titulo non dubitabat. Vide, ne fraus lateat Ligoriana, ut arae antiquae a falsario haec sint incisa.

1398. PRIMIO CARIASSIS [1]) FILIVS ‖ MERCVRIO AEDEM ET SIGNVM ‖ SOLO SVO EX VOTO DEDIT. — Brixiae. Bianchi *Marmi Crem.* p. XLIV.

1) Cfr. Grut. 81, 3.

1399. MERCVRIO ‖ CVIVS SEDES A TERGO ‖ SVNT ‖ APPIVS CL. LATERANVS ‖ XV VIR. SAC. FAC ‖ COS. DESIGN [1]) ‖ LEG. AVG. PR. PR [2]) ‖ LEG. III. ITAL. V. S. L. M. — Augustae Vind. Grut. 51, 1. Raiser, αὐτόπτης. *Augsburg.* p. 26. Eadem corrupte ap. Mur. 45, 9. sic: MERCVRIO CVIVS SEDES AETER ‖ SVNT AELIVS. C. L. LATERANVS (cetera, ut Grut.) Viennae Allobr. Habent sua fata etiam inscriptiones.

1) p. Chr. 197. 2) Pro Praetor. *Raiser.* Pro Praefectus, rectius Hagenb. v. Saxii *Miss.* 2. p. 197.

1400. MERCVRIO ‖ CAELESTI. [1]) FATALI ‖ Q. MVNATIVS TRICHORVS ‖ EX VOT. ‖ MVNATIORVM ‖ ARAM SVA PECVNIA ‖ P. L. M. — Romae. Grut. 54, 4.

1) Checozzius *de vet. lucis* diss. II. italice edita p. 5. Mercurium hic *caelestem* vult dictum, ut distinguatur a χθονίῳ et ψυχοπόμπῳ. Hagenb.

1401. MERCVRIO ‖ CONSENTIENTI ‖ SACRVM. ‖ HERMIAS DEDICAVIT. ‖ IDEMQ. VOVIT. — Lonae in Dacia. Mur. 49, 6. Ita: MARTI-CONSENTIENTI id. 43, 4. Cfr. N. 1341.

1402. MERCVR. INVIC. SACR ‖ PRO SALVTE ‖ PRAESENTIS ‖ N̄ [1]) ‖ SAGARIS. [2]) ACTE. — Venusiae. Lupulus p. 289.

1) nostri. 2) Sagaris οἰκονόμος s. dispensator Bruttii Praesentis, et Acte, eius contubernalis, ut colligitur e lapide Graeco apud Lupulum p. 284. *Invicti* nomen Mercurio rarissime tribuitur.

1403. ...PLVM SACRVM ‖ ....TRI MERCVRIO LAN [1]) ‖ ... CILIX TVLLI L. S. — Arpini. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 374.

1) Explicant: Mercurio Lanario.

1404. MERCVRIO ‖ LVCRORVM POTENTI ‖ ET CONSERVATOR. SACR. ‖ C. GEMELLIVS C. FIL ‖ OVF. VALERIANVS IIIII VIR A. P. PRAEF. I. D. ‖ CVM CILONIA SECVNDA ‖ CONIVGE ET GEMELLIO ‖ VALERIANO SECVNDO ET ‖ VALERIA LIBERIS SVIS ‖ EX VOTO DONVM ‖ POSVIT ET DEDICAVIT. ‖ L. D. D. D. :: DEDICATA III. I. IVNIAS ‖ DEXTRO II. ‖ ET FVSCO COS. [1]) — Mediolani. Spon *Misc.* p. 91. correctius ap. Mur. 346, 2.

1) p. Chr. 196.

1405. DEO MERCVRIO TREVIRO‖RVM CONS. [1]) AELIVS MESSIVS ‖ ARAM POSVIT DE SVO. — Treviris repertum 1781. Huepsch. p. 47, 4.

1) Conservatori.

1406. DEO MERCVRIO CISSO‖NIO DVBITATIA [1]) CASTVLA ‖ NATIONE SYRIA TEMPLVM ‖ ET PORTICVS. VETVSTATE ‖ COLLABSVM DENVO DE SVO ‖ RESTITVIT. — Vesontione.

Mur. 144, 3. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 34. Fabrett. IX. 163. Schoepflin *Alsat.* 1. p. 459.

1) DVBERATIA s. DVBTERATIA alii typi.

1407. IN. H. D. D ‖ DEO. MERCVR. MOCCO. ‖ L. MASCL. MASCVLVS ET ‖ SEDATIA BLANDVLA ‖ MATER. ‖ EX VOTO. — Prope Andematunum Lingonum. Reines. p. 236, 266. Bimard. in *Mur. Proleg.* p. 51. Saxii *Miss.* 1. p. 11. Haec duo referri poterant ad Numina peregrina, Gallica scil.

1408. * MERCVRIO ‖ MAXIMO ‖ CONSERVATORI ‖ ORBIS ‖ C. SILIVS FVNDANVS C. FIL. QVIR. XV VIR. SACR. FAC. STATVAM ‖ ET ARAM C. C. ‖ V. S. L. M. — In agro Brixiensi. Reines. p. 118, 81. Spon *Misc.* p. 91, 41. Sed recte Maffeius A. C. L. p. 304. eam pro spuria habet; conficta fuit fortasse a Rubeo, talium mercium amatore. Sequens quoque eidem Maffeio l. l. suspecta est:

1409. MERCVRIO ‖ NVNDINATO‖RI — Birstadii. Reines. p. 118, 80. Sed hanc defendit quodammodo ista:

1410. MERCVRIO NEGOTIATORI ‖ SACRVM ‖ NVMISIVS ALBINVS ‖ EX VOTO. — Metis. Grut. 55, 1. Murat. 49, 8. et 1981, 7.

1411. M. AVRELIVS. M. F ‖ SILVIANVS ‖ TRIB. MILIT. AIDIL. Q. ‖ PRAEF. VIGILVM ‖ MERCVR. PACIF ‖ PERICVLO SVPERSTES ‖ VOT. SOLV. L. ‖ IV. KAL. IANVAR ‖ CN. LENTVLO. M. CRASSO COS.[1] ‖ OB. CVIVS. DEDICAT. OBTVLIT ‖ DECVRIONIB. ET VNIVERSO POP . . . . — Venusiae. Calogerà *Raccolta* Vol. 19. p. 128. Mur. 2029, 1., sed longe correctius ap. Lupulum p. 289.

1) u. c. 739.

1412. GENIO PACIFERO ‖ SACRVM. ‖ L. VIVASIVS L. FIL. ‖ STEL. POMPEIANVS MIL. COH. II. BRACAR. ‖ EX VOT. L. M. — Suessulae, sub signo Mercurii. Don. 49, 139. (Rein. 1, 166.) Fortasse ipse Mercurius significatur nomine Genii Paciferi. *Pacifer Cyllenius* Ovid. *Met.* XIV. 291. HAGENB. Mss.

1413. I. O. M. ET. MERCVRIO. REDVCI ‖ OB. REDITVM. M. CALEVII. PACATI ‖ M. VEBIVS. M. L. GEMINVS ‖ EX VOTO ‖ C. CAECILIO. RVFO ‖ L. POMPONIO. FLACCO ‖ COS.[1] — In vico S. Blasii Lucaniae. Maffei *Mus. Ver.* 353, 1. correctius, quam ap. Mur. 301, 1.

1) p. Chr. 17.

1414. MERCVRIO ARCECIO — (Brigantii.) Grut. 53, 10. — ARVERNO. (in ditione Iuliacensi Wenauten.) ib. 11. — AVGVSTO. (Viennae Allobr.) ib. 13. — CENSVALI (Reginoburgi.) 54, 3. — MAGNO. (Veronae.) ib. 13. — REDVCI (ad Sirmionem.) 55, 2. — CVSTODI. (Brixiae) Mur. 49, 9. Inscriptio suspectissima. cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 202.

1415. DEO MERCVRIO ET POSITVERTE [1] ‖ C. ANTIVS. TITI. FI. ‖ EX VOTO. — Antemoduni Lingonum. Grut. 50, 9. Mur. 50, 6. 108, 1.

1) Sic Grut. probante *Saxio Miss.* 2. p. 205., ut POSTVERTA Dea sit parturientibus propitia. Sed e typo Pauli Petavii Mur. 108, 1. ROS‖MERTE. e typo Montefalconii Mur. 50, 6. FORT. VERTE. quod explicant *Vertenti*, instabili.

1416. MERCVRIO REGI SIVE ‖ FORTVNE ‖ BLESIO BVR‖GIONIS FIL. ‖ V. S. L. M. — Zutphaniae. C. H. A. *Misc. Obs.* 1742, 4. p. 215.; quo in saxo quum Cuperus *Mon. Ant.* p. 185. (cfr. Murat. 50, 7.) legisset: MERCVRIO REGIS. VE. ‖ FORTVNE — misere se torsit. Cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 205., unde collatis similibus typis Mur. 51, 8. 9. 10. dubius omnino haerebis, utrum recte legerit C. H. A. (Cannegieterus), an in illo quoque N. 7. de homine potius Gallo sermo sit. Mercurius certe interdum hominis est nomen, non Dei.

1417. In basi Hermeraclis optimi artificii:

ΕΡΜΗΣ
LVCRI REPERTOR ATQVE SERMONIS DATOR
INFAS (*sic*) PALAESTRAM PROTVLII [1] CYLLENIVS.
(*Sequuntur quattuor versus Graeci, mutili.*)

a latere sinistro:

INTERPRES DIVVM CAELI TERRAEQ ‖ MEATOR
SERMONEM DOCVI MORTALES ATQ ‖ PALAESTRAM
. . . . . I . . I VSQVE TERRAE [2]
SERMONIS DATOR ATQ SOMNIORVM
IOVIS NVNTIVS ET PRECVM MINISTER. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 145. Visconti *Museo Pio-Clem.* 1. p. 39.

1) Sic ap. Marin. pro *protuli.* Visconti: *protulit Cullenius.* 2) *atque terrae.* Visc.

1418. OPTATVS CASSIVS ‖ OPTIONIS F ‖ SVSCEPTVM MERITO VOTVM TIBI MERCVRI SOLVI ‖ VT FACIAS HILARES SEMPER TVA TEMPLA COLAMVS. — Novariae. Maffei *Ant. Gall.* p. 75. *Mus. Ver.* 370, 5. „observans in lapp. raro nonnisi cognomina poni. Attamen varia eius formae et iuncturae exempla passim in promptu sunt, ut *Iulianus Didius* in Reinesii *Append.* 111." Saxii *Miss.* 2. p. 199. (Corrupte dat Mur. 46, 15.) Ut hic, alibi quoque dedicantis nomen, dei nomini praeponitur. v. c.:

1419. Q. PVPIVS ‖ SALVIVS ‖ MINERVAI [1] ‖ V. S. L. M. — Arimini. Don. 1, 74. Mur. 53, 3.

1) Sic Don. Mur. MINERVAE. v. Saxii *Miss.* 2. p. 209.

1420. Notamus hic, aliquando nomina Deorum, quibus monumenta dicata sunt, in ipsis inscriptionibus haud referri, propter additas ipsorum imagines. Sic in lapide votivo Augustano cum simulacris Mercurii, Martis ac Victoriae hic incisus est titulus:

AEL. MONT ‖ HAEDER. PRO ‖ SALVTE SVA ET P. HISP.

CANAVILI ‖ FILI ET AEL. MON ‖ FESTINAE CON‖IVGIS V. S. L. L. M. ‖ D. D. D. VII. KAL. ‖ SEPT. GETA II ‖ PLAVTIANO COS.[1] — Raiser *Augsburg*. p. 28.

1) p. Chr. 203. Nota secundum Septimii Getae, fratris Imp. Septimii Severi, consulatum, non aliunde notum; Consul antea suffectus fuerit, necesse est, nisi tamen pro II. in ipso lapide exstiterit ET, quod mihi quidem valde est probabile.

§. 8. MINERVA.

1421. PL. SPECIOS ‖ MENERVAI ‖ DONOM ‖ PORT.[1] — Florentiae in aerea lamina. Gor. *Etr.* 1. p. 68, 190. Mur. 52, 11.

1) portat?

1422. MINERVAE ‖ SENECA[1] MAGIA MAGI F. — Brixiae. Masdéu *Opusc.* p. 203.

1) *Seneca* feminae nomen alias inauditum. Masdéu tentat MINERVAE S(*acrum*) ENECA, sed hoc quoque nihil est.

1423. MINERVAE ‖ CABARDIACENSI ‖ MARIA C. MARI ‖ VMBRONIS F. ‖ V. S. L. M. — Infra Cabardiacum in agro Placentino, non longe Trebiâ. (quem locum frustra in Latio quaesivit Reines. p. 214. Cfr. Grut. 1067, 3.) Grut. 81, 8. Cfr. mox N. 1426.

1424. * SACRVM MINERVAE ‖ FATIDICAE. — Conserani Convenarum. Reines. p. 165, 128. Non omni caret suspicione.

1425. * IOVI O. M. ET ‖ MINERVAE FRVGIF ‖ C. IVLIVS RVFVS C. V. ‖ PROCOS. CAMPAN ‖ V. S. — Sine loco. Donati 1. p. 9, 6. Haec quoque suspecta.

1426. MINERVAE. MEDICAE ‖ CABARDIAC. ‖ VALERIA SAMMONIA ‖ VERCELLENS ‖ V. S. L. M. — Placentiae. Grut. 1067, 3. Cfr. 81, 8. correctius apud Lama p. 34.

1427. MINER. MEM.[1] ‖ VINCIA CRISPINA. ‖ P. F. V. S. L. M. — In vico Travi, agri Placentini. Mur. 53, 14.

1) Memori: in alio lap. ibid. eruto (Mur. 53, 15.) M. M. NAEVIVS VERVS — VOTVM EX BRITANNIA cet. Sic ap. Lama p. 35. M. M. ‖ SANCTISS ‖ L. COELIVS AGATHOPVS. ‖ MEDIOL. PRO COELIA ‖ MARCELLINA ‖ LIB. V. S. L. M.

1428. MINERVAE ‖ MEMORI ‖ COELIA IVLIANA ‖ INDVLGENTIA MEDICINARVM ‖ EIVS. INFIRMITATE ‖ GRAVI LIBERATA ‖ D. S. P. — Velleiae. Grut. 81, 9. Lama p. 34.

1429. MINERVAE ‖ MEMORI TVLLI‖A SVPERIANA. RESTITVTIONE FACTA ‖ SIBI CAPILLORVM. — Placentiae. Grut. 1067, 4. v. Graev. *Praefatt.* ed. Fabric. p. 310.

1430. DEAE PALLADI C. ‖ AVR. FESTINVS 7. ‖ STRAT.[1] CI... EI ‖ ..GNATIANI LEG. ‖ TABVLARIVM PENSI‖LEM A SOLO FECIT ‖ ADIVTORE COSSIO ‖ MARTINO PRAE‖ƎИƎ Ǝ ‖ EXTR. CATO.[2] — Moguntiaci. Fuchs. 1. p. 40.

1) Centurio Stratorum (?) 2) haec nondum explicata sunt.

1431. MINERVAE ‖ BELISAMAE ‖ SACRVM ‖ Q. VALERIVS ‖ MONIM...[1] — Apud Consueranos (Convenas) in Novempopulonia.

Grut. 1067, 2. Don. Class. 1, 163. Mur. 53, 13. — Seldenus *de Diis Syris*, p. 171. et Münter *Religion der Karthager* p. 75. *Minervam* istam *Belisamam* eandem esse arbitrantur cum Dea Caelesti Carthaginiensium, *Sa inensi* dicta Ulpiano *Tit.* 22, 6. Mihi potius videtur confusa cum Dea aliqua Gallica.

1) Ita Grut. sed Mur.: *Montanus.*

1432. *Minerva* dein *Berecyntia*, et corrupte *Paracentia* in saxis quibusdam, eadem est cum Magna Matre Deûm Idaea. v. in Cap. *de Rebus Sacris* §. 16. *Religg. Matris Deûm.* et De Vita *Inscriptt.* p. 2. — Utramque Deam iungit etiam Augustinus *de Civ. Dei.* 2, 4. *Ludis turpissimis, qui diis deabusque exhibebantur, oblectabamur, Caelesti Virgini, et Berecyntiae matri omnium* cet.

§. 9. APOLLO.

1433. M. MINDIOS L. FI ‖ P. CONDETIOS VA. FI ‖ AIDILES VICESMA. PARTI. ‖ APOLONES DEDERI.[1]) — Antiquissima inscriptio in lamina aerea ap. Lanzi *Saggio.* 2. p. 275.

1) Valerii filius Aediles vicesimam partem Apollini dedere.

1434. C. IVLIVS SOSIGENES. EX VOTO ‖ APOLLINI AEDICLAM ‖ REFICIENDAM CVRAVIT. V. S. L. M. ‖ — S. l. Passionei. p. 3, 7. (Polcastro p. 6.)

1435. APOLLINI. GENIOQVE AVGVSTI CAESARIS ‖ L. APVSVLENVS. L. L. EROS MAGISTER ‖ PVTEVM. PVTEAL. LAVRVS. ‖ SACRVM D. S. P. — Ad antiquum puteum in agro Bononiensi. Morcelli *St.* 2. p. 323. Cfr. Donati 1. p. 17, 4.

1436. APOLLINI AVGVSTO ‖ SACRVM ‖ MAGISTER ET MINISTER ‖ ANNI LII. D. D. ‖ L. LABERIVS L. L. FELIX ‖ TERTIVS QQ. NANNIORVM ‖ LVNENSIS ET MONTANI.[1]) — Sine loco. Fabrett. p. 40, 207.

1) scil. servus.

1437. APOLLINI CVMANO ‖ Q. TINEIVS RVFVS. — Cumis. de Iorio p. 73.

1438. APOLLINI LYCIO. ‖ M. PVBLICIVS CAMPANVS AE‖DITVVS IVSSV ‖ IPSIVS D. D. — Apud Iaderam. Mur. 23, 10.

1439. APOLLINI ‖ PYTHIO SACR. ‖ NASELLIVS ‖ PROCLIANVS ‖ 7 LEG. VIII AVG. ‖ TORQVATO ET IVLIANO COS.[1]) ‖ V. S. L. M. — Prope Heilbronnam. (1766.) Acta *Acad. Theod. Pal.* 2. p. 52.

1) p. Chr. 148. post *Torquato*, ut fit, omittitur II. vel Iterum.

1440. Inter Apollinis praecipua epitheta ap. Grut. 38. refero: APOLLINI PACIFERO. 38, 7. PRAESTANTI ib. 8.

1441. INTONSI SVM CVRA DEI ‖ PENEIA VIRGO
PERPETVO PVLCHRO FRONDIS ‖ HONORE VIRENS

QVISQVIS AMAS PHOEBVM LAVRVM COLE ‖ QVICQVID AMATAE
DEDITVR. ACCEPTVM ‖ GRATVS AMATOR HABET.
— Tarvisii in vase rotundo. Mur. 146, 5. Burmann, *Anthol. Lat.* 1. XXXII. Estne seculi XVI.?

1442. PHOEBO dicatae Inscriptiones omnes spuriae sunt. v. c. Murat. 22, 10. 1979, 7.

§. 10. DIANA.

1443. DIANAE SACRVM. IMPERIO.[1]) — Romae. Gud. 29, 2.

1) i. e. ex imperio, ἐξ ἐπιταγῆς. Hagenb. Ibid. VIRIBVS SACRVM. Cfr. Grut. 89, 9. item 1011, 1. DIANAE VICTRICI ET VIRIBVS. (*Vires*, id est, Acdestis genitalia, alias memorantur in tauroboliis, et ab Arnobio 5, 6, 11, et 14.)

1444. DIANAE SANCTAE ‖ T. FLAMINIVS. ARISTION ‖ EX MONITV ARAM FECIT. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 294, 1.

1445. IVSSV ‖ IMPERIOVE ‖ CAEL. DIANAE[1]) AVG. ‖ C. AVIA.[2]) SECVNDVS CVM ‖ VALERIA ATILIANA CONIVGE. — Mediolani. Don. p. 11, 40. Donati p. 22, 6.

1) DIANA CAELESTIS etiam Grut. 41, 1. Eadem est cum Dea Caelesti Carthaginiensium. v. Münter *Religion der Karthag.* p. 75. 2) Avianus. v. Zachar. *Exc. liter.* p. 102.

1446. Q. VIBIVS L. F ‖ DIANAI V. S ‖ EIDEMQ. ARAM ‖ D. S. P. C. — Patavii. Polcastro p. 199, 18.

1447. . . . BRARVM[1]) AC NEMO‖RVM INCOLAM ‖ FERARVM DOMITRICEM ‖ DIANAM DEAM VIRGINEM ‖ AVXENTIVS V. C. VBIQVE ‖ PIVS SVO NVMINI SEDI‖QVE RESTITVIT. — Romae. Fabrett. p. 689, 106.

1) Vmbrarum.

1448. . . IANE AVGVS‖TE SILVESTRI ‖ . . . IVSO[1]) POSV‖IT SEPTIMVS ‖ PRO FILIO SVO. — Salonae. Zachar. *Marm. Sal.* p. 8, 7.

1) ex viso. Hagenb.

1449. * INVICTAE DIANAE ET ‖ VICTRICI SANCTAE ‖ L. VALERIVS. L. F. POPIL. FELIX. ‖ S. P. V. S. — Ariciae. Mur. 37, 2. Fictitia est similis Ligoriana in Spon *Misc.* p. 88. Reines. Class. 1, 258. Mur. 12, 12. Ceterum nostram e Vulpio *Vet. Lat.* T. 7. p. 226., non e Lupo, certiore sane auctore, deprompsit Mur., notante Saxio *Miss.* 2. p. 186., eademque est cum Mur. 37, 1. Ligoriana; ita ut haec quoque ad spurias amandanda videatur.

1450. DIANAI LOCH.[1]) S. P. S. C. D. S.[2]) ‖ CINECEIA P. F. RVFA POM‖PONIA. — Neapoli. Grut. 1011, 3.

1) λοχείᾳ s. λοχίᾳ. v. Reines. p. 105. d'Orville *Misc. Observ.* 1741. T. 3. p. 153. 2) Siglae incertae; fortasse: *Sacrum. Pecunia sua curavit, dedicavit, sacravit.*; nisi in P. S. lateat potius *pro salute.*

1451. DIANAE LVCIFERAE ‖ L. LICINIVS ‖ VITVLI LIB. GRATVS. V. S. — Ticini. Mur. 37, 6.

1452. * DIANAE ‖ MELLIFICAE ‖ SACRVM. — Albae Iuliae s. Carolinae. Ex Ariosti III. 17. Seivert p. 181, 274. Suspecta.

1453. DEANAE ‖ NEMORENSI ‖ SAC. ‖ M. ACILIVS PRISCVS ‖ EGRILIVS FLAVIANVS. — Ariciae. Spon *Misc.* 88, 34. Mur. 36, 5.

1454. DIANAE ‖ NEMORENSI ‖ FELICI ‖ MAXIMA LVCI‖NIANA PRO INCO‖LVMIT. ET REDIT ‖ L. LVCINI VIRI S. ‖ VOT. SOLV. — Mirabellae. Lupulus p. 94.

1455. DIANAE ‖ NEMORESI. VESTAE ‖ SACRVM DICT[1]) ‖ IMP. NERVA[2]) TRAIANO AVG. ‖ GERMANICO III COS. PRAEF ‖ EIVS T. VOLTEDIO MAMILIANO ‖ QVAESTORIB ‖ L. CAECILIO VRSO. II. M. LVCRETIO ‖ SABINO II. AEDILIB. Q. VIBENNA QVIETO ‖ TI. CLAVDIO MAGNO ‖ P. CORNELIVS TROPHIMVS PISTOR ‖ ROMANIENSIS EX REG. XIIII. IDEM CVR ‖ VICI QVADRATI ET LANIA C. F. THYONOE CONIVX ‖ EIVS VOTVM LIBENS SOLVERVNT. — Reperta ad lacum Nemorensem, nunc in Museo Capitolino. Grut. 41, 7. Nibby *Viaggio* 2. p. 170.

1) Optime Marini *Atti* 2. p. 416. vindicavit egregiam hanc inscript. a censoris Maffeii A. C. L. p. 277. legens: *Dictatore* (Ariciae scil.) — *Traiano.* — *Praefecto eius.* (v. in Capite de Re municipali. §. *Praefecti Caesarum et Augustales.*) *Quaestoribus* (Ariciae) - *iterum. Aedilibus.* cet. 2) Ita Nibby. Perperam Grut. *Nervae.*

1456. ° DIANAI OPIFER ‖ NEMORENSI ‖ L. APVLEIVS L. L. ANTIO. — Tibure. Grut. 41, 8. a Pighio (non nimis certo auctore) Smetius.

1457. * DIANAE SACRVM ‖ M. NVMISIVS M. F. OVF. ‖ PHILIPPVS FLAMEN VIRBIALIS ‖ ET ARICINAE DIANAE VESTAE DICTAE CVSTOS ‖ XII. KAL IVNII EPVL. VIRBIAL. PVB. DEDIT. ‖ N. SIGNVM DEAE CONLOCAVIT. ‖ IMP. M. ANTONINO COMMODO ‖ AVG V. ET VALERIO AVRELIO GLABRIONE COSS.[1]) — Ariciae. Guasco T. 1. p. 40. ex Vulpio.

1) p. Chr. 186. sed commenticiam hanc inscriptionem esse recte observavit Marini *Atti.* p. 417.

1458. I. O. M. ET DIANAE PATR[1]) ‖ SACR. ‖ C. IVL. ARTEMO TRIB ‖ MIL. LEG. II. AD. ‖ V. S. L. M. — Vacii. Sestini p. 254.

1) Patronae.

1459. * DIANAE SOSPITE (*sic*) ‖ L. SEPTIMIVS L. F. TROM[1]) ‖ FELIX VICTOR. SACERD ‖ MATRI. D. M. I. ET ATTINI ‖ POP. ROM ‖ SVA PECVNIA DED. — Sine loco. Van Dale. p. 22. Donati 1. p. 21, 2.

1) Tromentina tribu. Ceterum est suspecta. Ligorianam credo, etsi nunc (1827.) ubi praeterea exstet, indicare nequeo.

1460. IMP. CAESAR ‖ VESPASIANVS ‖ AVG. COS. VIII[1]) ‖ FINES LOCORVM DICATOR ‖ DIANAE TIFATINAE ‖ CORNE-

LIO²) SVLLA EX || FORMA DIVI AVG. || RESTITVIT. — Capuae, Don. p. 12, 41. Mur. 446, 4. Cfr. Vellei. Paterc. 2, 25.

1) p. Chr. 77. 2) Exciditne *a*?

1461. P. VALERIVS BASSVS || PRAEFECTVS FABRVM || ET CAECILIA PROGNE || DIANAE VALERIANAE. — Romae. Grut. 41, 9. Vidit Smetius.

1462. M. AVRELIVS PACORVS || M. COCCEIVS STRATOCLES || AEDITVI. VENERIS HORTORVM || SALLVSTIANORVM. BASEM CVM || PAVIMENTO MARMORATO || DEANAE. || D. D. — Romae. Grut. 39, 4. Morcelli *St.* 1. p. 29. Grut. 40, 4.: *Dianium.* i. e. templum Dianae. Epitheta: DIANAE AVGVSTAE. Grut. 40, 14. — CAELESTI. 41, 1. COMPOTENTI vel COMPETENTI. 41, 2. VICTRICI. 41, 10. — Ligoriana consulto omisi. De epitheto *Montanae* v. Marini *Atti.* p. 302.

1463. * MVNERE TE HOC DONO. LATONIA. SANCTA VIRAGO.
CORNIGERAM CEPEI. VIRTVTE ET LAVDE POTITVS.
EXVVIEISQ. EIVS TE IPSAM TEMPLVMQ. DECORO. —

Hispelli. Mur. 54, 4. Dubius haereo, anne tribuendus sit hic lusus recentiori alicui Italo.

1464. LATONAE vix ullum vestigium superest in saxis Latinis, nisi ap. Mur. 37, 4.: . . . . TANA || . . . . . NI.¹) DIANAE || LATONAE. — Romae.

1) Apollini.

§. 11. DIS s. PLVTO. PROSERPINA. HECATE. DII INFERI. MANES. MVSAE (?)

1465. ANDRONI||CVS HERMAE. || TI. CLAVDI CAE||SARIS SERVI || VICARIVS DITI P. V. S. || L. M. — Romae. — Ibidem in alio lapide:

1466. FVLGVR || SVM. CONDIT. — i. e. Fulgur Summanum vel Summani Conditum. — Marini *Atti.* 2. p. 687. In Calendariis ap. Foggini p. 122. XII. Kal. Iul.: SVMMAN. AD. CIRC. MAXIM. Cfr. Grut. 1015, 7. fragm. Vicetinum suspectum: PLVTONI SVMMANO || ALIISQVE DIS STYGIIS.

1467. DITI PATRI || SACRVM. — Romae. Fabrett. p. 696, 174. Cfr. tamen Bertoli A. d. A. p. 105., qui ad Aquileiam refert. Non caret suspicione; quamvis similem habeat Huepsch p. 6, 14.:

1468. DITI || PATRI. ET || PROSERPIN || SACRVM. — Coloniae, e Schedis tantummodo. Omnino in his atque talibus argutias quaerebant falsarii Sec. XVI. et XVII. Sic PROSERPINA BVSSEIANA. Don. p. 14, 55. Mur. 504, 1. manifesto est Ligoriana, etsi Donius auctorem laudat Achillem Statium. Certiores iam sunt, atque indubitatae sequentes, confirmantes etiam Fabrettianam illam N. 1467.

1469. M. CAPONIVS FELIX ‖ DITI PATRI ‖ IMPERIO. — Aquileiae.

1470. D. P. D. M.[1]) ‖ VRBANVS ‖ XX. LIBERT.[2]) — Ibid. Utraque exhibetur a Labus *di un' epigrafe Latina scop. in Egitto*. p. 15.

1) Diti Patri Deo Magno. Lab. an DIS MAN.? 2) exactor (?) vicesimae libertatis.

1471. * GENIO PLVT. S. ‖ M. FAB. PHILEROS ‖ EX S.[1]) ARAM F. C. — Romae. Grut. 1073, 8. Est Pighiana.

1) *Suo.*

1472. PLVTONI ET PROSERPIN‖AE. FLAVIA VENERIA ‖ BESSA EX ‖ VISV AEDEM ‖ D. S. P. V. I. S. L. M.[1]) — Augustae Vind. Grut. 97, 5.

1) Raiser *Augsburg.* p. 22. *De sua pecunia* (poterat etiam: *de suo posuit.*) *votum illis* (sive *iisdem*) *solvit.* cet. — Cfr. *Proserpinae Servatrici.* Grut. 97, 6.

1473. * D. M. PORTITORI PLVTO‖NI ET PROSERPIN. — Ravennae. Donati 1. p. 23, 5. Aliam his ipsis verbis incipientem dabimus in sepulcralibus. Non caret suspicione.

1474. PROSERPINAE ‖ SERVATRICI ‖ SEX. VOLVMNIVS ‖ PRO AEMILIA PETE‖LINA CONIVGE SIBI ‖ RESTITVTA. ‖ EX VOTO SVSCEPTO ‖ ARAM CONSECRAVIT. — Nemausi. Fabrett. p. 470, 109.

1475. IVSSV PROSERPINAE ‖ L. CALVENTIVS L. L. FESTVS ‖ ARAM POSIT ‖ SACRVM. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 84, 5.

1476. N . . . . . L. VID . . . . Q. CINCIVS C. AVL. IIII VIRI[1]) ‖ SIGNVM PROSERPINAE REFICIENDVM ‖ STATVENDVMQ. ARASQ. REFICIENDAS EX ‖ S. C. CVRARVNT. HS. DCCLXX. M. XC. FVERE[2]) ‖ HELVIA Q. F. ORBIA M. F.[3]) — Vibone Valentiae. Murat. 128, 7. Romanelli *Topografia* 1. p. 52., cuius typum dedi.

1) IIII VIRI ‖ D. Mur. id est: IIII. Viri Iuri Dic. 2) DCCCLXX. INTERFVERE Mur. melius sane. 3) Proserpinae sacerdotes.

1477. HECATE ‖ AVGVSTAE. ‖ AVRELII.[1]) AS‖CLEPIODOTVS ET LVCI‖VS PRO SAL. SVA ET SVOR. — S. Oswald. Pocock. p. 114, 18. sed correctius in Epistt. Hagenb. Mss. 1753. Marini *Atti* 1. p. 117.

1) Aurelii duo.

1478. HECATAE dicatae inscriptiones ap. Mur. 39, 5, 6. 40, 1. et 2. 41, 9. omnes ex Ligorio desumptae, admodum sunt suspectae.

1479. AVRELIA L. L. ‖ TRVPHERA. ‖ DIS INFERIS SACRVM. D. — Romae. Fabr. 86, 159. Hinc interdum notae D. I. M. i. e. Diis Inferis Manibus. Singularis est inscriptio Fabr. 87, XI. D. M. FATORVM ARBITRIS cet.

1480. I. O. M. ‖ DIS MANIBVS ‖ PRO SALVTE MEMMIAE ‖ PRISCAE C. F. ‖ MEMMIVS. ONESIMIAN. ‖ PRO FRVCTIB ‖ V. S. L. M. — Mediolani. Grut. 10, 5. Zach. *Exc. lit.* p. 86, 144.

1481. * MVSIS SACRVM. ‖ D. M. SACRVM. ‖ SEX. IVLIO PAVLINO ‖ SCRIB. AEDIL. CVR ‖ ANTONIA PRISCILLA ‖ CONIVGI CARISSIMO. — Romae. Mur. 92, 4. Singularis sane est coniunctio Musarum et Deor. Manium; ita tamen et Mur. ib. 3. D. M. SACRVM MVSIS. Sed hoc ἕρμαιον ita destruit Hagenb. Mss. „Frustra est Muratorius cum sua raritate: quae rarissima putat, nulla sunt. Hic enim ut ineditum dat, quod coaluit ex duobus iam pridem editis; prius in Grut. 92, 3. posterius in Reines. XI. 17. p. 614." — Idem suspicatus est Saxius *Miss.* 2. p. 258. Alterum autem Mur. 92, 3. petitum est e schedis Fr. Ptolomei, hominis vanissimi.

§. 12. LIBER. LIBERA. SEMELE.

1482. * LIBERO. AVG. SIGNVM ‖ SILENI ET SATYRI ‖ M. VLPIVS ONESIPHORVS ET ‖ APPVLEIA. D. D. MARCELLA. — Ferrariae. Grut. 66, 6. Est Pighiana. Cfr. ib. 8.

1483. * LIBERO PATRI ‖ SAC. ‖ LVDIS. TRIENNAL ‖ DATIS ET POPVL ‖ EPVLIS DISTRIBV‖TIS L. OPIMIVS ‖ CELSVS ORGIO‖PHANTA[1]) MAXIMVS D. D. ‖ IV. KAL. DECEMBR. M. ‖ LVCVLLO ET C. CASSIO COS.[2]) — Ad Silvium prope Venusiam. Calogerà *Racc.* Vol. 19, p. 130.

1) Sic *Sacerdotes Orgiophantae.* Grut. 66, 9. repetitum Mur. 175, 1. 2) u. c. 681. Est lapis valde suspectus, ut alter Gruteri et Muratorii vel Puteolis vel Carthagenae repertus. Lupulus certe, qui Venusina marmora diligenter collegit, hunc N. 1483. non habet.

1484. * T. VIBIVS ‖ ZOTICVS VI ‖ VIR. AVGVSTAL ‖ LIBERVM PATREM ‖ CVM REDIMICVLO ‖ AVRIFIC.[1]) ET THYRSO ‖ ET CANTHARO ARG. P. II S ≈[2]) ‖ TESTAM. PONI IVSSIT. — Ferrariae vel Arimini. Grut. 67, 2. Ex Vrsini schedis.

1) AVREO Pigh. Reines. volebat: *Aurifrigiato.* Cfr. Salmas. ad *Vopisc.* p. 511. 2) v. d'Orville *Misc. Observ.* 1741, 3. p. 116. Accipere ita possumus, ut duae unciae ultra semissem adiectae fuerint, adeoque bessis habeatur. — *Liberum Patrem Coeliensem*, et, si sincerus est, *Fertilem Bacchum Oreum* videsis in Helveticis. N. 329. et 386.

1485. DEO. SANCTO. NVMINI ‖ DEO MAGNO LIBERO ‖ PATRI ET ADSTATORI ‖ ET CONSERBATORI H. I.[1]) COLL. ‖ VELABRENSIVM ‖ DOMITIVS SECVND. CVRAT. ‖ ET RESTAVRATOR FRATRIB. SVIS. — Ex parietinis Velabri. Fabrett. p. 164, 297.

1) H. I. i. e. huius.

1486. LIBERO ‖ ET LIBERAE ‖ SACRVM. ‖ P. GAVIVS. ‖ ASPECTVS ‖ VI. VIR ‖ IMPERIO ‖ POSVIT. — Aquileiae. Reines. I, 110. p. 150. Bertoli A. d. A. p. 31, 23. Maff. *Mus. Ver.* 84, 4. habet *Astectus.* Spuria videtur Spon *Misc.* p. 43, 3. e schedis Barberinis, Mur. 331, 5. e Spanhemio: LIBERO SERVATORI SANCTO SACR. cet.

1487. SIG. LIB. PATRIS ET SILVANI ‖ T. P. CAESI. FESTVS

ET QVI‖RINALIS 1) PATER ET FIL. ‖ VI VIRI AVG. P. — Fossae. Giovenazzi *Aveia.* p. 107.

1) i. e. T. Caesius Festus et P. Caesius Quirinalis.

1488. * HIC FVIT HORRIDVS ‖ ANTE LOCVS ‖ ASTERI CONSILIO COE‖PTVS LIBERI BROMIO ‖ SILVIGERI DEI. AVXILIVM ‖ RENOVATVM IN VRBE. — Romae. Mur. 41, 13. Lapis suspectus, uti sequens quoque:

1489. * SANCTISSIMO DEO PATRI ‖ EX VOTO CONSVMAVIT ‖ IVLIVS SECVNDVS FAONIVS. — Puteolis. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 249.

1490. FECERAT EVFRANOR BACCHVM QVEM GALLVS HONORAT ‖ FASTORVM CONSVL. CARMINE TVRE SACRIS. — Romae. Mur. 435, 1.

1491. DEAE SEMELAE ET ‖ SORORIBVS EIIVS 1) ‖ DEABVS OB HONOREM ‖ SACRI MATRATVS 2) ‖ REGINIA PATERNA ‖ MATER NATA ET ‖ FACTA. 3) ARAM POSVIT ‖ SVB SACERDOT. A. 4) ‖ SERANIO CATVLLO ‖ PATRE. 5) — In agro Colon. Agrippinae. Mur. 1981, 2. et 165, 5. Huepsch p. 9, 24.

1) (*sic.*) Semelae sorores Ino, Autonoë et Agave. 2) dignitatis matris sacrorum. 3) formula mystica in Bacchicis usurpata haec videtur. 4) SVB SACERDOTALE Huepsch. SACERDOTE *Aulo* Saxius *Miss.* 3. p. 54. 5) Sc. sacrorum. De matre sacrorum v. Chiffletium in *Geminiae matris sacror. titulo sepulcr. explicuto.* Antwerp. 1634. 4.

§. 13. CERES.

1492. CERERI SACRVM ‖ L. AP . . . . PAL. EX. ‖ P. STATIVS P. F. PAL. AVRELIVS II VIR ‖ CVRATORES. ‖ Q. LARONIVS Q. F. HOR. QVADRATVS ‖ L. MEMMIVS SEX. F. PAL. PETRONIVS ‖ L. MEMMIVS L. F. PALAT. GALBIVS ‖ MENSOR. ITER. HONOR. IN CVR. FVNCT ‖ IIII VIR. VIAR. C. CVRTIVS P. F. PAL. NERVA IIII VIR. ‖ P. SILVIVS P. F. ARNIEN. PAETIVS IIII VIR. ‖ C. RVSTIVS C. F. VEL. QVARTVS IIII VIR. ‖ T. FLAVIVS T. FIL. ARN. SABINVS IIII VIR. ‖ ARAM ET SIG. VIA. QVINC. 1) D. D. — In S. Laurentii in Podio. Grut. 26, 10. 129, 5. iunctim Mur. 29, 5.

1) Quincta. Suspectissima est Mur. 30, 3.:

1493. * S. ‖ D. CERERI BELSIANAE ‖ ALMAE FRVGIFERAE ‖ ARISTIGERAE THESMO‖PHORAE ‖ CHILEANDER BELSIA‖NVS BELSIAQ. OPS ‖ D. M. D. ꝗ. ‖ D. D. — Romae.

1494. CLAVDIA ATTICA ‖ ATTICI AVG. LÍB. A RÁTIÓNIB ‖ IN SACRARIO CERERIS ÁNTIATÍNAE ‖ DEOS SVA IMPENSA POSVIT ‖ SACERDOTE IVLIA PROCVLA ‖ ÍMP. CAESÁR. DÓMITIANO ‖ AVG. GERMANIC. XI COS. 1) — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 82, 2.

1) p. Chr. 85. nota Domitiani nomen non erasum, et accentus.

1495. CERERI AVGVST. ‖ MATRI AGR[1]) ‖ L. BENNIVS PRIMVS[2]) ‖ MAG. PAGI. ‖ BENNIA PRIMIGENIA ‖ MAGISTRA FECER ‖ GERMANICO CAESARE II. L. SEIO TVBERONE COS.[3]) ‖ DIES SACRIFICI XIII. K. MAI. — Romae. Aldi *Orthogr.* p. 464. Grut. 26, 9.

1) Lapis ipse dicitur habere ACI., ut sit *Acilius*, quod tamen minus est probabile, quam Aldi SACR. 2) Meursium *Primus* cum *Mag. Pagi* iungentem castigant Cuperus *Apotheos.* p. 272. Bimard. in *Mur. Prol.* p. 20. D. Hagenb. 3) *Cos.* non *Coss.* exhibet Aldus. Ceterum de hac inscriptione v. Burmann. Ernest. et Oudendorp. ad Suet. *Tib.* C. 26.

1496. * CERERI ‖ MATRI MAXIMAE ‖ FRVGIFERAE ‖ QVINTVS GEMELLVS. V. S. L. M. — Brixiae. Fabr. p. 493, 181. Vide, ne Rubeana sit.

1497. CERERI SANCTAE SAC ‖ EX P. P. D ‖ CN. APPVLEIVS L. F. TER. NIGER ‖ Q. SATRIVS SEX. F. OVF. IVSTVS ‖ DVO VIREI I. D ‖ APPVLEIA SACERD ‖ AEDEM ET ARAM S. P. F.[1]) — Arce. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 376.

1) Dedicationis igitur sumptus Propria Pecunia Duumvirorum istorum Arcis (an potius ex Pecunia Publica?) facti sunt; aedem ipsam et aram Sua Pecunia fecit Appuleia.

1498. CN. CN. LVCCEI (*Pate*)R ET FILIVS PR. ‖ SACRA DEME(*tros res*)TITVERVNT. ‖ LVCCEIA CN. F. POLLA QVI(*rini et Luc*)CEIA CN. F. TERTVLLA PIA GALLI ‖ AEDEM DEMETROS ET QVAE CIRCA (*aedem sita su*)NT ET PORTICVS P. S. RESTITVERVNT. — Puteolis. Ignarra, *Pal. Neap.* p. 162. Quae uncis includuntur, Ignarra supplevit. Cfr. Cic. *pro Balbo* C. 24. *Sacra Cereris -- Graeca omnia nominata.* Praetores intelliguntur Puteolani. v. in Capite de Re municipali.

1499. In actis Fratrum Arvalium Ceres ipsa nunquam memoratur, sed persaepe, quae antiquiore nomine eadem esse debet ex opinione Marinii: DEA DIA. v. c. *Tab.* 1. Marini pag. 11. et *Tab.* XXXII. IVNONI (i. e. Genio) DEAE DIAE OVES II.

§. 14. MATER MATVTA.

1500. MATRE. MATVTA ‖ DONO DIIDRO[1]) ‖ MATRONA ‖ MVCVRIA ‖ POLA LIVIA ‖ DEDA. — Pisauri. Maffei *Mus. Ver.* 470, 7. Marm. Pisaur. p. 201.

1) dederunt.

1501. PAVL. TOVTIA M. F. ET ‖ CONSVPLICATRICES ‖ CERVARIA SP. F. FORTVNATA ‖ MAGISTRA ‖ MATRI MATVTAE ‖ D. D. — Corae. Fabrett. p. 342, 527.

§. 15. CAELVS. TERRA. SATVRNVS. OPS.

1502. CAELO AETER‖NO. AELIA COMPSE ‖ P. F. ‖ ET ATILIA VICTO‖RIA. GRATIAS ‖ D. D. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 23. correctius, quam ap. Fabrett. p. 690, 113. Cfr. ibid. N. 114.

1503. CAELO AETERNO ‖ TERRAE MATRI. ‖ MERCVRIO ‖ MENESTRATORI ‖ SACRVM POSVIT L. OCTAVIVS L. F. ‖ VERVS ET ‖ OCTAVIA EVHODIA ‖ MATER. — Romae. (Spon *Misc.* p. 91, 40. Mur. 107, 9.) Hae certiores sunt, quam Grut. 4, 12., quae Ligoriana est. Cfr. Gud. in *A. E. Suppl.* T. V. p. 11. Vestigia hic mihi videor invenire *Caelicolarum*, de quibus *Cod. Theodos.* L. 16. T. 8. §. 19. consulendus. Cfr. Cramer ad *Schol. Iuvenal.* p. 514. Hug *Einleitung. N. T.* T. 2. p. 303. et 352.

1504. TERRAE ‖ MATRI P. ANTONIVS ‖ SATVRNINVS. ‖ DEC. COL. AP. ‖ V. S. L. M. — Salatnae. Reines. p. 63, 38., correctius ap. Seivert p. 76, 107., qui similes habet p. 123, 179. p. 171, 255., quocirca de illa minime dubitandum.

1505. DEAE TELLVRI ‖ SACRVM. ‖ M. AVRELIVS THREPTVS FECIT. — Reate. Fabrett. p. 697, 184.

1506. LOCVS. ADSIGNATVS. AEDI OPIS ET SATVRNI ‖ L. MVNATIO VERO ET C. TERENTIO FELICE ‖ CVRAT. OPER. PVBL. — Romae ad Septem Lucernas. Grut. 26, 3.

1507. SATVRNO ‖ AVG SACR ‖ P. TOSSIVS ZOSIMVS ‖ VI VIR. AVG ‖ ET TOSSIA SATVRNINA ‖ CONIVX ‖ V. S. L. M. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. 81, 2. ibid. 4.: SATVRNO ‖ CONSERVATORI . . . cetera evanuerunt.

1508. S. D. S.[1] ‖ L. SVLLIVS ‖ FIRMVLVS ‖ SACERDOS D. S. ‖ V. S. L. A.[2] — Florentiae, ex Africa advecta. Fabrett. p. 649, 423.

1) Saturno Deo Sacrum. 2) Libens Animo, uti N. 1518.

1509. * SATVRNO PROFVGO ‖ SACRVM. — Setiae. Mur. 57, 2. E Corradini *Latio prof.* L. 2, 3. p. 20. Lapis commenticius.

1510. * DEO. ARVALO ‖ SATVRNO ‖ SEX. COMMO‖DVS VALER. V. S. L. M. — Brixiae. Marini *Atti.* 1. p. CLXXX.

1511. * DIS PATRIIS ‖ HERCVLI ‖ APOLLINI ARVALO ‖ IMP. MAX. D. TRAIANO D. D. ‖ . . . . ‖ P. AEMILIVS ‖ P. F. ‖ LVNATVS AEDILIS BRIXIAE ‖ L. CAMVRIVS L. F. SACERDOS AVGVR ‖ PRIMVM LAPIDEM. — Ibid. Marini ibid. et Mur. 62, 8. Utraque unâ cum Deo isto Arvalo ab Octavio Rubeo videtur conficta. v. Marini 2. p. 812. et Maffei A. C. L. p. 427.

§. 16. BONA DEA.

1512. BONAE DEAE ‖ SACRVM CAESIA SABINA ‖ EX VOTO ‖ IN SVO ‖ FECIT. — Romae. Mur. 33, 3. p. 34, 2.: BONAE DEAE ‖ LVCIFERAE. ANTISTIA cet.

1513. BONAE DEAE ‖ SANCTAE SACR. ‖ VOTO SVSC. ‖ MERITO LIBENS ‖ TERENTIA THALLVSA ‖ FECIT. — Ponte Corvo. Grut. 82, 1. Cfr. 81, 11.: BONAI DEAI.

1514. BONAE DEAE ‖ SACR. M. VETTIVS BOLANVS.[1] ‖ RESTITVI IVSSIT. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 543.

1) Consul fortasse a. 111. p. Chr.

1515. VOTO SVSCEPTO ‖ BONAE DEAE ‖ ASTRAPTON CAESARIS VILIC. ‖ AEDICVLAM. ARAM. SEPTVM. CLVSVM ‖ VETVSTATE DIRVTA RESTITVIT. — Bovillis. Mur. 133, 2. Fabr. p. 3, 9. Spon *Misc.* 235, 3.

1516. C. TVLLIVS HESPER ‖ ET TVLLIA RESTITVTA ‖ BONAE DEAE ANNEA‖NENSI SANCTISSIM ‖ DONVM ‖ POSVERVNT. — Sine loco. Donati 1. p. 50, 5.

1517. ANTEROS BONAE DEAE ‖ DONVM DEDIT. (*Ara, in qua serpens.*) Romae. Maffei *Mus. Ver.* 310, 6.

1518. FELIX . PVBLICVS
ASINIANVS . PONTIFIC.[1]

BONAE DEAE AGRESTI FELC.[2] ‖ VOTVM SOLVIT IVNICEM ALBA. ‖ LIBENS ANIMO OB LVMINIBVS ‖ RESTITVTIS. DERELICTVS A MEDICIS POST ‖ MENSES DECIM BENEFICIO DOMINAES MEDICINIS SANATVS PER ‖ EAM. RESTITVTA OMNIA MINISTERIO CARNIAE FORTVNATAE. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 212.

1) i. e. Felix Asinianus, publicus servus Pontificum, ut ap. Marin. 1. p. 213. *Public. Septemvir.* De his servis publicis egregie disputat idem l. l. (p. 246. habet: *Publicum Aquae Annesis.*) 2) Agresti. Felici. Huc referenda:

1519. BONAE PAGANAE ‖ RVFRIA C. F. FESTA ‖ CAESILIA Q. L. SCYLACE ‖ MAGISTRAE ‖ D. P. S. — Aquileiae. Bertoli A. d. A. p. 106. 8. Mur. 133, 3. et 33, 5. Sax. *Peric.* p. 60. (Fabrett. p. 694, 157. corrupte: *Bonae Faganai.*) In alio lap. Aquileiensi Mur. 33, 6. DOMNAE B(*onae.*) Cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 181. v. N. 1521.

1520. IVLIA ATHENAIS MAG ‖ BONAE DEAE SEVINAE[1] FECIT ‖ PAVIMENTVM ET SE . . . SS . . NARI ‖ TECTA EXTENDIT ET TEGVLAS. QVAE MINVS ERANT. DE SVO REPOSVIT ET ‖ ARAM AENEAM QQ. V. S . . . BVS P. CXC ‖ LI . . . FERRO INCLVSO. D. EVM. K. IVNII ‖ C. CAL . . ONE . . . . . NO COS.[2] — Veronae. Fabrett. p. 696, 173.

1) i. e. Venerandae, Augustae. v. Festum in *Sabini* et Plin. H. N. 3, 12. 2) Pisone et Bolano p. Chr. 111.

1521. AVGVSTAE BONAE DEAE ‖ CERERIE[1] SACRVM ‖ . . . . YSTIS L. TICHE . ‖ . . ‖ I DE PECVNIA SVA FECIT. FASTVS BARBONIVS ‖ IIIIVIR. D. D. — Aquileiae. Mur. p. 33, 8. Bertoli p. 107.

1) Cereria s. Ceraria. Grut. 1010, 2. *M. D. M. Cerariae.* ignota ἐπίθετα, ut contra C. H. A. *Misc. Observatt.* 1742. p. 208. contendit etiam Hagenb. Mss. Ceterum *Domnae B*(onae) Mur. p. 33, 6. et *Augustae B. Castrensi* ib. 7. ad Iuliam Domnam, Matrem Castrorum, refero sic ab adulatoribus honoratam.

1522. BONAE. DEAE. VENERI CNIDIAE ‖ . . VNIVS[1] ANNIANVS HYMENAEVS. ET. INVICTA. SPIRAETFIAEDIMIANA.[2] —

Romae olim, nunc Oxonii. Marm. Oxonn. *Chandl.* p. 131, 12. Gud. 58, 10. 54, 3. Reines. p. 127, 92.

1) D. Iunius: Rein. 2) Spira et Phaedimiana, vel Sperata Phaed.

1523. BONAE DEAE SANCTISSIMAE ‖ CAELESTI. L. PASQVIDIVS FESTVS ‖ REDEMPTOR OPERVM CAESAR ‖ ET PVBLICORVM. AEDEM DIRVTAM ‖ REFECIT QVOD ADIVTORIO EIVS ‖ RIVOM AQVAE CLAVDIAE AVGVST. ‖ SVB MONTE AEFLIANO 1) CONSVMMA‖VIT. IMP. DOMIT. CAESAR. AVG. GERM. XIIII COS. ‖ V. NON. IVL. 2) — In castello S. Gregorii in Aequiculis prope Monte Fiacco. Don. p. 42, 121. Mur. 136, 3. Fabr. 637, 318.

1) Mur. *Aeffiano*, al. *Affliano.* Nunc *Valle Arcense.* Gor. 2) p. Chr. 88. v. Saxii *Miss.* 3. p. 26.

1524. AVRIBVS 1) ‖ B. D. D. ‖ PETRVSIA PROBA ‖ MAGISTRA ‖ GALGESTI 2) ‖ HERMEROT. — Patavii. Grut. 89, 6.

1) Reines. emendabat *Matribus;* sed *Auribus* est in lap. teste Vrsato. „Explico: Auribus Bonae Deae dicavit. Sic Iul. Capitol. *Alex. Sev.* 51. *auribus Veneris eos* (duos uniones) *dicavit.*" Gud. Sed ibi legitur *inauribus.* 2) Reines. ad *Hofm.* p. 56. tentabat *Gaii Cestl.*

1525. THIASVS ‖ ACILI. GLABRION ‖ INPERATV ARAM ‖ FECIT DOMINAE. — Prope Ostiam. Nibby *Viaggio* 2. p. 284.

1526. EX IMPERIO DOMINAE 1) ‖ SACRVM ‖ VI. 2) PVMIDIVS RVSTICVS ET ‖ VI. PSANIA TERTIA. — Pisciani. Marini *Atti* 1. p. 17.

1) Domina Deae h. l. nomen; fortasse Magnae Matris Deûm, ut vult Marini. Attamen ap. eund. 1. p. 212. Bona Deae *domina* vocatur. 2) i. e. Sextus.

1527. ANTO‖NIAE ‖ Q. F. ‖ DEAE ‖ BONAE ‖ PIAE. — Velitris reperta, nunc Romae. Marini *Atti* 1. p. 36. Hic mortua *Dea bona* dici videtur; sed melius ita explicatur: *Deae*, eidemque bonae et piae. v. Marini p. 822. Cardinali p. 96.

§. 17. HERCVLES.

1528. HERCVLEI ‖ C. ANTESTIVS CN. F. ‖ CENS. ‖ DECVMA FACTA ITERVM ‖ DAT. — Romae. Mur. 60, 1.

1529. HERCLI ‖ Q. CASSIV ‖ HECATON ‖ M. V. S. 1) ‖ V. S. L. M. — Mediolani. Maffei *Mus. Ver.* p. 369, 4.

1) *Memor voti suscepti* explicant vulgo.

1530. SACRVM. HERCVL ‖ MAG. VICI ANNI XI ‖ A. A. MARCII ATHENODOR ‖ LIB. HILARVS ET BELLO‖N. LVCIVS HERMEROS ‖ AEQVITAS MAGISTER ‖ PONDERA AVRARIA ET ‖ ARGENTARIA ‖ VICINIAE POSVERVN ‖ IDEM TVENTVR. ‖ ANNO 1) XIX PRO PARTE IN ‖ VIGVL. PROVICIN ‖ VNA CVM MAGISR. (*sic*) ‖ CONTVLERVNT. — Romae. Fabrett. p. 528, 379.

1) Haec a posteriori manu. De ponderum inscriptt. v. Fabr. p. 524. v. c. V. (Pondo) Templ. Opis. Aug. — X. Aug. T. M. V. (templum Martis Vltoris.) Adde Fabrett. p. 601, 21. Herculi *Celeri* Sacrum. (Puteolis.) cfr. p. 659.

1531. HIERVS. ET ASYLVS || TI. ENVIANI || SER. HERCVLI D. D. — Sine loco. Fabr. p. 76, 76.

1532. HERCVLI || AELIANO || SACRVM || QVEM CONSECRA|| VIT SAMNIVS || TERTVLLINVS || EX. MAIORIARIO. — Frequenti. Grut. 1069, 10. correctius ap. Lupulum p. 91.

1533. ALCIDES SACRI GENERIS || DECVS HOC TIBI || PRAETOR || ET IOVIS ANTISTES || DEDICO PERPETVVS. — Romae. Grut. 43, 7. Mur. 66, 5. v. Saxii *Miss.* 2. p. 231.

1534. ARGIVE VICTOR || HERCVLES || DONVM HOC TIBI VRBANVS || PRAETOR || VELDVMNIMIVS || IVNIVS. — Romae. Grut. p. 50, 2. correctius ap. Oderic. p. 304.

1535. HERCVLI || AVG. || CONSORTI || D. N. || AVRELIANI INVICTI AVGVSTI || RESPVB. PIS [1]) || CVRA. AGENTE || C. IVLIO PRISCIANO V. E. || DVC. CVR. R. P. PIS ET FAN. P. M. [2]) — Pisauri. Grut. 45, 2. Murat. 256, 1. Marm. Pisaur. p. 2. IV.

1) Pisaurensis. 2) Viro egregio, Ducenario, Curatore Reip. Pisaurensium et Fanestrium, posuit merito. Est iam N. 1031.

1536. HERCVLI CELERI. Grut. 45, 6. — COMITI CVSTODI. ib. 8. — CONSERVATORI. ib. 10. — DEFENSORI. ib. 13. — DEO et DIVO HERCVLI. ib. 46, 1. 4. — INVICTO. ib. 10. cet. — PLACIDO. ib. 48, 9. — PACIFERO. 49, 1. — IVLIANO. 48, 7. — HERCVLI COMITI CONSERVATORI. — Gud. 32, 5. Mur. 63, 8. spurium est, ut complura Herculi dicata.

1537.	*ΗΡΑΚΛΕΙ*	HERCVLI
	ΑΛΕΞΙ	DEFENSORI
	ΚΑΚΩΙ	
	ΠΑΠΕΙΡΙ	PAPIRII.
	ΟΙ	

— Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 149.

1538. HERCVLI DOMESTICO || T. AELI. RVBRI. SVPERSTITIS. — Troianello, in agro Tiburtino. Morcelli *St.* 2. p. 22. Nibby *Viaggio* 1. p. 180.

1539. HERCVLI FVNDANIO || TI. CLAVDIVS HABITVS || LVBENS VOTVM SOLVIT. — Apud Lucam Corsium. Fabrett. p. 692, 131. Lutetiae. Montfaucon *Antiq. expl.* T. 1. P. II. p. 199. Mur. 62, 10. Templum Herculis Fundani memoratur Vopisco in *Floriano* C. 4.

1540. HERCVLI GILIO [1]) INVICTO SANCTO || SACRO VOTO SVSCEPTO || L. CRASSVS DE SVO P. — Puteolis. Grut. 46, 7.

1) sic et Grut. 1070, 2. al. *Gylio* v. c. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 116.

1541. SANCTISSIMO HERCVLI || INVICTO || CORPOR. CVSTODIARIOR. [1]) || L. CVRTIVS ABASCANTVS CVM || CVRTIO GAVDENTE FIL. || IMM. A. IIII. [2]) || CRATERAM ARGYROCORINTHIAM || CVM BASI SVA ET HYPOBASI || MARMOREA || SVA PECVNIA DONVM || DEDERVNT || DEDICAT. VIIII. KAL. IVN. ||

SER. SCIPIONE ORFITO. Q. NONIO PRISCO COS.[3]) — Romae. Grut. 48, 1. Guasco T. 1. p. 52.

1) patrono s. custodi corporis custodiariorum. 2) immunis annos quattuor. 3) p. Chr. 149.

1542. HERCVLI INVICTO ‖ IMPERATORI[1]) ‖ C. VALERIVS VALERIANVS ‖ ARAM CONSTITVIT CVM ‖ SVIS OMNIBVS. V. S. L. M. — Mediolani. Mur. 63, 5. cfr. Reines. 1, 66.

1) Epitheton istud inauditum *Imperatori* plane est incertum. Alter enim αὐτόπτης Gudius p. 34, 1. ita exhibet, longe probabilius: *Herculi In‖victo* INPETRABIL cet. Impetrabilis, ἐξαίτητος Labbaei *Gloss.* p. 88. b. Hinc emendanda vel explicanda illa quoque inscriptio Mediolan. ap. Grut. 49, 2.:

1543. HERCVLI IN. PETRA SACR. C. CALVISIVS ‖ SECVNDINVS SEVIR. IVN. DECVR. ‖ ITEM Q. ARAM ‖ V. S. L. L. — ubi lege: Herculi Impetra(*bili*). Herculem in Petra alii conferebant cum Hercule Saxano. V. omnino Hultmann. *Misc. Epigr.* p. 262. Saxii *Miss.* 2. p. 225., cui placebat IN. PETRA.

1544. C. TORANIVS SACERDOS ‖ HERCVLIS LVCI MONTANI ‖ ARAM CVM BASI MARMOREA ‖ DIS MAGNIS ‖ QVALIS EST IN AVENTINO ‖ TEST. P. C. — Romae. Grut. 1063, 5.

1545. HERCVLI PRIMIGENIO ‖ SAC. — Aqualognae. Mur. 64, 4.

1546. II. AVG. ‖ COS[1]) ‖ K. APRI ‖ LIB ‖ T. FL. EROS ‖ HERCV‖LEM PVERI‖NVM[2]) ‖ CVM BASI ‖ DEANAE ‖ D. D. — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 49.

1) de miro hoc modo Consules indicandi v. Marin. l. l. Est: Augusto quodam innominato Consule iterum. 2) Martial. 3, 47. memorat Fanum Herculis Pusilli.

1547. HERCVLI ‖ SANCTO SAC ‖ P. POMPONIVS NOE‖TVS VOTVM SOL ‖ AMICOS ACC.[1]) BENE ‖ L. EGGIO MARVLLO ET ‖ CN. PAPIRIO AELIANO COS[2]) ‖ L. D. D. D. KAL. IVL. — Casini. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 391.

1) accepit. Haec formula vix alibi in lapp. reperitur. 2) p. Chr. 184. Cn. Pap. Aelianus hic dicitur, ut Spon *Misc.* p. 4, 4. apud Almeloveen est *M. Eggius* — et *Numer. Papirius Aelianus.*

1548. HERCVLI SANCTO ‖ SACRVM ‖ TVLLIVS ROMVLVS V. ET L ‖ VENILIA EVTYCHIA EIVS[1]) ‖ CVM TVLLIO ROMVLO FILIO ‖ E. Q. R.[2]) V. S. — Ad Pontem Nonae. Marini *Atti* 2. p. 575.

1) scil. uxor. 2) *Equite Romano.*

1549. C. VIBIVS. C. F. VEL ‖ PVBLILIANVS SCR. Q.[1]) ‖ PRAEF. COH. VIIII ‖ THRACVM. EQVITVM ALAE ‖ TRIBVNVS MILITVM ET S.[2]) ‖ LEG. IIII. MACEDONICAE ET ‖ LEG. XXI. RAPACIS ‖ IN GERMANIA ‖ REVERSVS INDE ‖ HERCVLI INVICTO D. D. — Tibure rep. 1635. Ughellii *Ital. Sacr.* T. 1. p. 1302. Mur. 63, 6. Saxii *Miss.* 2. p. 225.

1) PVBLICANVS. SER. Q. Murat. corrupte. SCR. Q. Hagenb. recte explicat *scriba quaestorius.* 2) Hoc corruptum: nam *signifer* vix significat. Cogitari de *Tribuno Semestri.* nisi maior corruptela subest: *A Populo.*

1550. DEO ‖ HERCVLI TIBVRT ‖ INVICTO.[1]) COMITI ‖ ET

CONSERVATORI ‖ DOMVS AVG ‖ VI. VIR. AVG ‖ (nomina sex) P. P. — Tibure. Grut. 1013, 3.

1) v. Drakenb. ad *Sil*. p. 202. Grut. 1013, 4. HERCVLI PACIFERO ET MVSIS. — Romae ex Vrsin. titulus admodum suspectus.

1551. HERCVLI ‖ TIBVRT VICT ‖ ET CETERIS DIS ‖ PRAET[1]) TIBVRT ‖ L. MINICIVS ‖ NATALIS ‖ COS. AVGVR. ‖ LEG. AVG. PR. PR. ‖ PROVINCIAE ‖ MOESIAE INFER ‖ VOTIS SVSC. — Tibure. Grut. 49, 6. sine causa suspectum erat Maffeio A. C. L. p. 278.

1) f. PRAESidibus. Marini *Atti* 2. p. 547. a. Herculem Victorem exhibet etiam L. Mummii inscriptio ap. Marini *Atti* p. 30. apud nos N. 563.

1552. NVMINI ‖ HERCVLIS ‖ ACHERVNTINI[1]) ‖ VITALIS. C. L. SEVER ‖ C. V. SIR. REG[2]) ‖ V. L. S. — Heracleae. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 258. Osann *Auctar. Lex. Gr.* p. 181.

1) ab Acheronte s. Aciri flumine sic dictum putat Romanellius; Osann memorat Acherontinos, Brutiae populum, ex Plinii H. N. 3, 5. 2) *Centum Vir Sirinae Regionis*. Osann. Recte: eiusmodi *Centumviros* invenimus etiam Perusiae et Veiis.

1553. HERCVLI SOMNIALI ‖ EX ORACVLO. — (Nemausi?) — Fabrett. p. 692, 130., quem vide p. 429. de Herculis Somnialis sodalitio disputantem.

1554. * SANCTISSIMO HERCVLI ‖ TYR. INVICTO SACRVM ‖ L. IVVENTIVS L. L. EPAPHRO‖DITVS MIL. VET. COHOR. ‖ VI PRAET. VALERIAN. ‖ GALBIAN.[1]) — Reines. p. 107, 64. Fabrett. p. 137, 119. et p. 218. Galatiae (Rein.) s. Callariae in Campania exstitisse dicitur hic lapis. V. Münter *Religion der Karthager* p. 43. Cfr. Mur. 65, 2, 3, 4. Ligorianos et Capacianos; nisi hic quoque, ut mihi videtur, fictitius est.

1) *Gallienianae* vult Reines. p. 107.

1555. * HERCVLI VICTORI POLLENTI POTENTI INVICTO. cet. Grut. 50, 3. Mur. 336, 4. Inscriptio suspecta.

1556. HERCVLI ET ‖ ALCMENAE ‖ C. MATERNI‖VS PRIMVS ‖ V. S. L. M. — In vico Goge agri Leodiensis. Mur. 62, 4.

1557. C. AMVRII TACIINVS[1]) ET ‖ HERMES LIB. VI VIR AVG ‖ SIGNA BACCHVM[2]) CVM SIG‖NIS II. HERCVLE ET OMPHA‖LE COLLEG. DEN‖DROPHOR.[3]) — Veronae. Apianus 331, 2. cuius typum do. v. Saxii *Miss.* 4. p. 202. Grut. 175, 6. Mur. 473, 5.

1) CAMVRII TACVNVS Mur. 2) BACCHI Mur. 3) addit D. D. Mur. Ligoriana saltem non est, quum habeat iam Apianus. Confirmari videtur a sequente:

1558. OMPHALE. HERCVLI ‖ CASSIA ‖ M. ANT. FILIA ‖ PRISCILLA ‖ FECIT. — Romae. Maffei *Osserv. lett.* T. 6. p. 301. *Mus. Ver.* 388, 8. Mur. 95, 1. et 985, 4. In hoc praesertim elegantis feminae lusum facile, spero, agnosces. An utraque fictitia?

1559. HERCVLI | IOVI | GENIO
IVLIANO | CAELIO. | CAELIMONTIS
ANNA[1]) SACRVM. —

Romae, nunc Florentiae. Grut. 48, 7. Gor. *Etr.* 1. p. 185.

1) Annale. Gor. Ceterum suspecta erat haec inscr. Maffeio.

1560. HERCVLI. GENIO ‖ LOCI. FONTIBVS CALIDIS. CAL- PVR‖NIVS IVLIANVS ‖ V. C. LEG. LEG. V̄. MAC. ‖ LEG. AVG. PR. PR. MOES ‖ V. L. S. — In thermis Herculanis detectis in Dacia. Mur. 64, 7.

1561. HERCVLI ‖ SALVTIFERO ‖ Q. VIBIVS AMILLVS ‖ AVG. COL. DAC[1] ‖ PRO. SALVTE IVLIANI. FILII. SVI. — Ib. Mur. 65, 5.

1) Augustalis Coloniae Dacicae. Mur.

1562. D. S. HERCVLI ET IVNONI‖B.[1] P. CALVISIVS ET ‖ CLODIA PRO L. RVFO ‖ V. S. L. M. — Augustae Praetoriae. Mur. 65, 1. Zachar. *Exc. lit.* p. 52.

1) Diis sanctis. *Iunoni beneficae.* Mur. — *benignae* Zach. Rectius: *Deo Sancto - - Iunonibus* Hag. Mss. SALVTIFER, SERVATOR, CONSERVATOR Hercules in al. lapp. dicitur. Simile praecedenti est sequens:

1563. D. S.[1] HERCVLI ET IVNONIBVS ‖ L. VALERIVS SE‖ VERVS ET CLODI‖A CORNELIANA ‖ PRO L. VALERIO ‖ COR-NELIANO ‖ V. S. L. M. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 85, 6.

1) *Deo sacrum* perperam interpretatur Maffeius, quum sit: *Deo Sancto.*

§. 18. CASTOR ET POLLVX.

1564. IN HONOREM ‖ DOMVS DIVIN ‖ CONCORDIAE ‖ CIVIT. CASTORI ‖ ET POLLVCI ‖ M. PETRONIVS. — Metis reperta dicitur apud Saxium *Miss.* 2. p. 233. Romae ponit Mur. 67, 1.

1565. CASTORI. ET. POLLVCI. DIS MAGNIS ‖ SVLPICIA. Q. SVLPICII F. VOTVM ‖ OB FILIVM. SALVTI. RESTITVTVM. — Murciae Hisp. Grut. 98, 9.

1566. SACRVM ‖ CASTORI ET POLLVCI. ‖ MERVLA ĪĪ VIR. Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 61.

1567. M. AEL. M. F. RVSTICVS RECTOR ‖ IMM. ĪĪ. HON. ĪĪĪĪ.[1] ‖ IN DIEM VITAE SVAE ‖ MESORIBVS MACH.[2] F. P[3] ‖ QVIB. EX' S. C. COIR. LIC ‖ CASTORES D. D. ‖ ET OB DEDI-CATIONE (*sic*) ‖ DEDIT SING. ✱ ĪĪ.[4] ‖ L. FAENIO FIDELE. ‖ Q. Q. ĪĪ.[5] ‖ DEDIC. X̄V̄. KAL. ĪV̄N̄. ‖ SATVRNINO ET GALLO COS.[6]. — Romae. Grut. 99, 1.

1) Immunis iterum, Honoratus quartum. 2) mensoribus machinariis; v. Mur. 525, 3. 3) Fori Pistorii (?). 4) denarios ĪĪ. 5) Quinquennali iterum. 6) p. Chr. 198.

1568. CASTORI SACRVM. TVLLIVS. EX VOTO. — Epamanduoduri (Mandeure) Millin *Mag. encycl.* 1795. 2. p. 99. Nota genitiv. *Castorus* ap. Marini *Atti* 2. p. 569. et Grut. 499, 12.

1569. CASTOR[1] ‖ SACR. TI. IVL. ‖ SANCT(*i*) FILIVS. ‖ CELSVS ‖ VOTO. — Epamanduoduri. Reines. p. 177, 151.

1) Castoribus. Reines. sine necessitate. Ceterum videtur eadem cum praecedente. — Sine necessitate, inquam: nam similiter, ut N. 1568. apud Schannat *Eifelia* T. 1. p. 540. habes:

1570. CASTORI ‖ SATVRNI‖NVS. TR. — (Tribunus.)

1571. SACRVM ‖ POLLVCI ‖ SEX. QVINTIVS ‖ SEX. Q. SVCCESSINI[1] LIB. FORTVNATVS. OB HONOREM VI VIR. EX D. ‖ ORDINIS SOLVTA PECVNIA PETENTI POPVLO DONVM DE ‖ SVA PECVNIA ‖ DATO EPVLO CIVIB. ET INCOLIS. ET ‖ CIRCENSIBVS FACTIS. D. D. — Mongibar Hisp. Grut. 1073, 6.

1) De more libertorum nominibus interserendi patronorum nomina agens Reines. ad hoc saxum provocat p. 835, 73. Cfr. Grut. 227, 2. Hagenb. Mss.

§. 19. AESCVLAPIVS. HYGIEIA.

(Cfr. praesertim Schwarz *Opusc.* p. 129. de Aesculapio et Hygea, Diis φιλανθρώποις.)

1572. DEO AESCVLAPIO ‖ VAL. SYMPHORVS ET PROTIS ‖ SIGNVM SOMNI AEREVM ‖ TORQVEM AVREVM EX DRACVMCVLIS Δ. P. S. ς -::-[1] ‖ ENCHIRIDIVM ARGENT. ‖ P " — S. ANABOLIVM OB ‖ INSIGNEM CIRCA SE NVMINIS ‖ EIVS EFFECTVM ‖ V. S. L. M. — Reiis in Gallia. Grut. 70, 8. (vitiose ap. Mur. 141, 1.)

1) i. e. libram pondo semis et aliquot uncias. d'Orville *Misc. Obs.* 1741. 3. p. 118. Idem *Protis* corruptum censebat. Hagenb. Mss. explicat: Valerii duo, Val. Symphorus et Valeria Protis. cfr. Gor. *ad Don.* p. 28, 91., qui anabolium recte pro chirurgico instrumento habet. Forcellinus pro pallii genere accepit.

1573. ESCVLAPIO ‖ DICTV ET FACTV[1] ‖ ISOCHRISVS. (*sic*) — Romae in lamina aerea. Marini *Iscr. Alb.* p. 5.

1) i. e. Quod, ut in somniis v. c. promiserat Isochryso, factum reddiderit, sanitatem ei restituerit. De Aesculapii apparitionibus locus est classicus apud Origenem *adv. Cels.* 3, 24. p. 461. Bened.

1574. AISCVLAPIO ‖ AVGVSTO SACRVM. PROBVS M. FICTORI. FAVSTI ‖ MINISTER ITERVM ANNI XXXI. — Romae in insula Tib. Fabrett. p. 465, 98.

1575. AESCVLAPIO ‖ DEO ‖ C. ATTIVS IANVARIVS ‖ MEDICVS PACENSIS[1] ‖ TESTAMENTO LEGAVIT ‖ OB MERITA SPLENDIDISSIMI ORDINIS ‖ DEI QVI NOVATRIVM[2] PRAESTITERIT ‖ ADIVSIAS[3] HERES ‖ FAC. CVR. — Merobrige in Lusitania. Mur. 18, 5.

1) Pax Iulia s. Colonia Pacensis in Lusit. 2) f. ordinis DEC(*urionum*) QVI NOVVM ATRIVM, (in quo medici suam artem exercerent) PRAESTITERIT. Hagenb. Mss. 3) al. ap. Mur. ABIVS ISAS. f. *Attius Ias* ex Grut. 1130, 12. id. Alias v. c. Mur. 19, 3. ASCLEPIO. Eius πάρεδρος saepissime *Hygia*; v. c. Mur. 19, 2. et 20, 2. (Don. 1, 85. p. 24., qui habet DILIGENTEM):

1576. AESCVLAPIO ET HYGIAE. M. VLPIVS HONORATVS DEC. ‖ EQ. SING. IMP. N. PRO SALVTE SVA ‖ SVORVMQVE ET ‖ L. IVLI. HELICIS MEDICI QVI CVRAM MEI DILIGENTER EGIT ‖ SECVNDVM DEOS ‖ V. S. L. M. — Romae. Interdum (Mur. 21, 5.) Salus pro Hygia:

1577. * SALVTI AVGVSTAE. PRO INCOLVMITATE. PIQVEN. L. VENTINARIS ‖ LVCVMO ADIECT. IVNIC.[1] ‖ V. L. L. S. — Tergeste. Mihi est suspectissima.

1) quid haec sibi velint, nemo expulare potuit. Literae probabiliter etiam in praece-

dentibus erant ligatae, male explicatae. Hac. Mur. suspicatur *adiectus* (f. adlectus) *Iunioribus*. cfr. tamen in Cap. de Re municipali: DICTATOR IN IVNILICIIS.

1578. DIVO TRAIAN. ‖ C. QVINTIVS ‖ ABASCANTVS ‖ TEST. LEG ‖ MEDICIS TAVR ‖ CVLTOR. ASCLEPI ET ‖ HYGIAE. — Augustae Taurinor. Maffei *Mus. Ver.* 210, 7.

1579. AESCVLAPIO SANCTO ‖ SERVATORI ET HYGEIAE SACRVM. PRO ‖ SALVTE ANTONINI AVG. PII FELIC. INVICT. ‖ L. AVRELIVS KALATINVS ‖ AVGVR D. S. INVICT. M. 1) ‖ VOTO SVSCEPTO. — Tibure. Don. p. 24, 84. Mur. 169, 8.

1) Nota Augurem Mithrae, si ita iungendum, et non potius Mithrae quoque votum fuerit susceptum.

1580. AESCVLAPIO ET HYGIAE ‖ CAETERISQVE DIIS DEABVSQVE ‖ HVIVSQ. LOCI. SALVTARIB. ‖ C. IVL. FRONTONIANVS. VET ‖ EX. B. F. COS. 1) LEG. V. M. P. 2) REDDI‖TIS SIBI LVMINIBVS. GRAT ‖ AG. EX VISO PRO SE ET CAPSIA ‖ MAXIMA CONIVG. ET IVLIA ‖ FRONTINA FILIA ‖ V. S. L. M. — Albae Iuliae. Grut. 67, 9.

1) Exbeneficiarius Consulis. 2) ap. Grut. 391, 4. est *Leg. V. Mac. Phal.*, unde hic quoque Hagenb. explicat: *Leg. V. Macedonicae Phalangariae*, vel *Phalangis*. Communis interpretatio v. c. Vrsati, est *Maced. Piae*. Vt h. l. Aesculapius et Hygia, ita ap. Grut. 68, 1. 2. iungitur: *Asclepio et Saluti. Hygiae* soli. Grut. 69, 7. Redditus quibusdam ab Aesculapio visus memoratur in curiosa inscript. Graeca Grut. 71, 1.

1581. DIIS MAGNIS ‖ ET BONIS. AESCV‖LAPIO ET HYGIAE ‖ MARC. AVR. VETE‖RANVS PRAEF. LEG. ‖ XIII. G. ANTONIAN. ‖ V. L. M. S. — Thermis Herculanis in Dacia. Donat. 15, 4. (Polcastro p. 11.)

1582. HYGIAE ‖ SALVTARI ‖ M. SVLPICIVS ‖ EDENTVLVS ‖ V. S. L. M. — In civitate Saritina. Mur. 21, 8. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 50.

§. 20. IANVS. PORTVNVS (s. PORTVMNVS.)

1583. IANO PATRI 1) ‖ SACRVM. L. CELSVS L. F. PAL ‖ PROSPER ‖ D. S. P. ‖ DONVM DEDIT ‖ L. D. D. D. — Prope Albanum. Gorii *Symb. Dec.* II. vol. 9. p. 229.

1) de perpetuo hoc Iani epitheto v. Marini *Atti* p. 366.

1584. *IANO PATRI ‖ AVG. SACRVM ‖ C. IVLIVS C. F. STR‖ATOR AED. DONATVS AB TI. CAES. ‖ AVG. F. AVGVSTO TORQVE ‖ MAIORE. BELLO DELMATICO. 1) OB HONOREM ‖ II VIRATVS CVM LIBERIS ‖ SVIS POSVIT. — Patavii. Grut. 96, 1. Mur. 40, 5.

1) Suet. *Ti.* 9. Praeterea notandus torques maior. Ceterum Grut. Polcastro *Padova* p. 55. pro *Strator* habent: SER ‖ AETOR i. e. Sergia tribu. Pro cognomine v. STRATOR habent Schurzfleischius et Saxius *Miss.* 2. p. 190. Ceterum, ipse Patavinus Polcastro tam memorabilem inscriptionem non ex αὐτοψίᾳ, sed ex Vrsato duntaxat affert. Exstat apud Vrsatum *Mon. Patav.* p. 263., eoque teste ex Rhamnusiorum museo in Contarenum transierat, Ateste servata. Mihi nihilominus de fraude suspecta est.

1585. IANO PORTVNO 1) ‖ ATQ. MARTI E. S. 2) ‖ C. VIBONIVS. A. APRVNNIVS ‖ L. AORELIVS. (*sic*) FACIONDAM DEDE ‖ RONT. — Spoleti in aerea lamina. Grut. 95, 6.

1) Haec verior scriptura, quam PORTVMNVS; v. Fogginii *Fasti* p. 128. 2) *E suo*, nisi ex Grut. 95, 7. leg. S. C. senatus consulto.

1586. * PORTVMNO ‖ SACRVM ‖ M. SANGVINIVS M. F. ‖ PAL. LAVSVS. ‖ CVRATOR CORP. LENVNCVLARIOR ‖ PORTVEN — In portu Ostiensi. Mur. 102, 1. ib. 3. PORTVMNO BONO ‖ DEO TRANQVILLO. cet. Sed hae omnes Ligorianae sunt, ac manifesto spuriae. cfr. Gud. 59, 12. 60, 1. 59, 14. Saxii *Miss.* 2. p. 270.

§. 21. SILVANVS.

1587. SILVANO. SACRVM. ‖ M. VICIRIVS RVFVS V. S. ‖ QVOD LICVIT IVNIANOS ‖ REPARARE 1) PENATES. QVOD ‖ QVE TIBI VOVI. POSVI DE ‖ MARMORE SIGNVM. — Cardinale. Donati 1, 39, 5. Visconti *Iconografia Romana*. ed. Mil. p. 440.

1) *Reparare* h. l. eodem sensu, quo a paucis intellectum isthoc verbum usurpavit Horat. *Od.* 1, 37, 24. *nec latentes Classe cita reparavit oras.* i. e. repetere.

1588. SILVANO SACRVM SODAL ‖ EIVS ET LARVM DONVM POSVIT TI. CLAVDIVS AVG ‖ LIB. FORTVNATVS A ‖ CVRA AMICORVM ‖ IDEMQVE DEDICAVIT ‖ ET EPVLVM DEDIT ‖ DECVRĪS N. IIII ‖ K. AVGVSTIS. C. MINICIO 1) FVNDANO ET ‖ C. VEITENNIO SE‖VERO COS. — Romae, nunc Oxoniae. Marm. Oxonn. *Chandl.* p. 131, 14.

1) sic pro *Minucio*; p. Chr. 51.

1589. SACRVM SILVANO ‖ P. AELIVS PHILETVS ‖ ET P. AELIVS PHILETIANVS ‖ CONSER. ET. 1) LARVM PENATIVM ‖ D. D. — Romae. Mur. 67, 4.

1) *Conservatori* leg. Mur. et Hagenb. cfr. Grut. 65, 2. Conserv. Silvano Sancto Sacro Larum Caesaris N̄. Et ita exhibuit Morcelli *St.* T. 1. p. 23.

1590. SILVANO SANCTO ‖ SACRVM SECVRVS ‖ AVRELĪ. VERIANI ‖ ACTOR EX VISV. — Romae. Fabrett. p. 693, 143.

1591. SILVANO ‖ SANC. SACR. ‖ ET LIBERO PAT. ‖ A. CAEDICIVS ‖ THEOPHILVS ‖ EX VISO D. POSVIT. — Romae. Reines. p. 148, 106.

1592. SANCTO ‖ SILVANO VO‖TVM EX VISO ‖ OB LIBERTATEM ‖ SEX. ATTIVS. DIO‖NYSIVS. SIG. CVM ‖ BASE. D. P. — Sublaci. Marini *Atti* 1. p. 71.

1593. T. FLAVIVS EVARISTVS. ET TI. CLAVDIVS . . . GRAFVS AEDITVI. PORT. CREP. 1) ‖ ET SEX. CAELIVS ENCOLPIVS ET TI. CLAVDIVS HERMA AEDITVVS DE ‖ MONETA. SILVANVM MONOLITHVM SANC. D. S. DD. SODAL. B. M. — Romae. Marini *Iscr. Alb.* p. 10.

1) Fluctuat Marinius inter: *Portumni* et *Porticus*. Hoc tamen praestat: Porticus scil. ipsa Crepereiana Silvano, et Collegio eius erat consecrata; ideoque aedituum habebat. De Collegio Silvani v. Marini l. l. p. 12.

1594. C. PVLLIDIVS CELLIOR ‖ SENEX ‖ NVMINI. SILVANI ‖ GRATIARVM AGENDARVM ‖ CAVSE (*sic*) — Mirabellae. Lupulus p. 96.

1595. . VMINI[1]) DOMVS AVG. ‖ . MP CAESARIS NERVAE T . . . . . . ‖ . ERM[2]) DACICI. SER. ZMARAGDIA . . . . ‖ . ANI[3]) SIGNVM. PORTICVS. S . . . . . . ‖ . . VM[4]) CVLTV ET PICTVRA. ITEM . . ‖ . CORVM[5]) D. D. DEDIC. VI. K. OCT . . . . . . AIANO AVG. GERM. DACICO VI. T. SEXTIO COS.[6]) — Romae. Oderic. p. 56.

1) Numini. 2) Traiani Germ. 3) silvani. 4) Statuas cum. 5) tricorum, τρίχωρον, triplex receptaculum, sive cella, in qua sigilla Deorum collocarentur. Oderic. 6) p. Chr. 112.

1596. NVMINI DOMVS AVGVSTAE ET SAN(*cti Silvani*) SALVTARIS SACRVM ‖ IMP. CAES. NERVAE TRAIANI OPTIMI. (*Princ. Germ. Da*)CICI IMAGINES ARGENT. ‖ PARASTATICAS CVM SVIS ORNAMENTIS ET REGVLIS (*et basibus*) ET CONCAMERATIONE FERREA ‖ C. IVLIVS NYMPHIVS DEC. ANNALIS SVA (*pecunia ponendas curavit*) DONVMQVE DEDIT ‖ IN TEMPLO SANCTI SILVANI SALVTARIS QVOD EST IN (*hortis Aventinis et*) PRAEDIO SVO DEDICAVITQ. ‖ IDIBVS IANVARIIS. L. VIPSANO MESSALA (*M. Pedone*) COS.[1]) — Romae in aede Silvani. Nardini 3. p. 300. supplementa debentur Donato.

1) p. Chr. 115.

1597. SALVIS AVG . . .[1]) ‖ INVICTIS SANC . . ‖ SILVANO SACRVM ‖ T. AELIVS TRYFON ‖ SACERDOS SOLIS ‖ INVICTI EX VISO ‖ FECIT. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 6.

1) de hac acclamatione rarius obvia in inscriptt. religiosis. v. Marin. l. l.

1598. SILVANO AVG. SACR. ‖ IN MEMORIAM RVFI ANTHI IIIIII VIR. ‖ THALLVS LIB. D. D. — Aquileiae. Grut. 64, 1. Mur. 69, 5.

1599. S. AVG. S.[1]) ‖ (*Figura Silvani cum cane.*) C. INGENVVIVS. HELIVS ‖ SALTVAR. VIRTVTIS.[2]) — Ferrariae. Mur. 56, 5. 957, 6. correctius ap. Zachar. *Iter Ital.* p. 169.

1) Manifesto in h. l. notae istae explicandae sunt *Silvano Augusto Sacrum.* ut in lap. Aquileiensi ap. Marin. *Atti* 2. p. 542. In lap. Patav. ap. Grut. 475, 6. S. A. S. est potius *Saturno Aug. Sacr.* 2) Saltuarius s. custos saltus, qui ad Virtutis aedem pertineret.

1600. PRO SALVTE ‖ ET REDITV L. TVRSELI MAX‖IMI. L. TVRSELIVS RESTVTVS L.[1]) ‖ SILVANO CA‖SANICO VOT. ‖ LIB. SOLVIT. — Beneventi. De Vita *Inscriptt.* p. 4, 18. Sic simpliciter legendus est lapis, male explicatus a De Vita, qui in eo LVCIAM Turseliam Maximillam reperire sibi videbatur.

1) *Restutus* (frequenter pro *Restitutus*) *Libertus.*

1601. SILVANO ‖ DOMESTICO ‖ PRO S. T.[1]) T. FLAVI ‖ CRESCENTIS ‖ PRAEF. N. M. HISP.[2]) ‖ T. FL. FELICIANVS ‖

DOMVS ILLIVS ALVMNVS. — Botfardae Transilvan. Reines. p. 141, 102.

1) pro salute. 2) Praefecti numero militum Hisp.

1602. SILVANO DENDROPHORO SACRVM ‖ M. POBLICIVS HILARVS ‖ MARGAR. Q. Q. P. P.[1]) CVM LIBERIS ‖ MAGNO ET HERMONIANO. DENDROPHORIS. M. D. M.[2]) DE SVO FECIT. — Romae. Grut. 64, 7.

1) Margaritarius, Quinquennalis perpetuus. 2) Matris Deûm Magnae.

1603. SILVANOINVICTOSACRVM ‖ CTETIVSVETVRIVSMICIA‖NVSPR[1])ALAESEBOSIA ‖ NAEOBAPRVMEXIMIAE ‖ FORMAECAPTVMQVEM ‖ MVLTIANTECESSO ‖ RESEIVSPRAEDARI ‖ NONPOTVERVNTVSLP.[2]) — Stanhope in Britannia. — Donati 1. p. 40, 4.

1) Praefectus. 2) Voto soluto libens posuit.

1604. *SILVANO ‖ LARI AGRESTI ‖ MARTIVS PRO‖CVLVS DD. — Romae. Mur. 69, 10. Mihi est suspecta, uti sequens:

1605. * SILVANO STAIANO ‖ PLAVTIA FELICITAS ‖ PRO FILIO CRESCENTINO ‖ VOTVM LIBENS SOLVIT. — Beneventi. De Vita *Thesaur. A. B. Inscriptt.* p. 4, 17. (Gud. 42, 10. Mur. 71, 1.)

1606. * SILVANO. LITTORALI ET MVSAE ‖ LACHES. — Romae. Grut. 1071, 3. Non sine causa suspecta est Maffeio A. C. L. p. 385.

1607. SILVIANO (*sic*) NAEVIANO ‖ ET HERCOLI ‖ ROMANILLIANO ‖ CALVIVS ‖ IVSTVS. D. M.[1]) — Romae. Guasco T. 1. p. 60, 30.

1) Deorum monitu, vel potius: Diis magnis. Vt hic *Naeviano*, sic ap. Mur. 69, 11. Riliano.


1608. PRO SALVTE ET ‖ INCOLVMITATE ‖ INDVLGENTISSIMORVM ‖ DOMINORVM ‖ MARCIO LIB. PROC SACRIS EORVM ‖ IVDICIIS GRATVS ‖ SILVANO DEO PRAESENTI EFFIGIEM ‖ LOCI ORNATVM ‖ RELIGIONEM INSTITVIT ‖ CONSECRAVITQVE ‖ LIBENS ANIMO. — Romae. Vignol. *Inscr. sel.* p. 177. Mur. 69, 12.

1609. SILVANO SALVTARI ‖ L. MANILIVS SATVRNINVS ‖ EX VISO POSVIT. — Romae. Grut. p. 65, 1. correctius ap. Marini *Iscr. Alb.* p. 13.

1) *In templo Sancti Silvani Salutaris, quod est in Aventino* fragm. inscript. ap. Donatum *Rom. Ant.* L. 3. C. 13. Fabrett. p. 688, 100. Reines. p. 142, 105.

1610. SILVANO ‖ SILVESTRI ‖ SACRVM ‖ CORINTHVS N‖VMMVLAR‖IVS. V. S. L. M. — Prope Haimburgum, communicata mecum a V. Cl. Io. Labus. Sic leg. *Corinthi*, non *Corinthi*: Iuv. Sat. 8, 197.

1611. VALENTIO ‖ SILVANO ‖ A. FLVTIVS ‖ ATHENAEVS ‖ V. S. L. D. D. — Romae. Fabrett. p. 450, 63. Ibid. p. 448. XII. memoratur: TEMPLVM DII SILVANI POLLENTIS, ac: PATRONVS SODALICII (Silvani.) Murat. 77, 2. GENIO COLLEGII LIB. DEI SILVANI. Alia Silvani epitheta sunt: CAELESTI. Grut. 64, 5. CVSTODI ib. 12.

1612. 

Inter Marm. Arundel. Reines. p. 149, 108.

1613. SILVANE SACRA SEMICLVSE FRAXINO [1]
ET HVIVS ALTI SVMME CVSTOS HORTVLI
TIBI HASCE GRATES DEDICAMVS MAXIMAS [2]
QVOD NOS PER ARVA PERQVE MONTIS ALPICOS
TVIQVE LVCI SVAVEOLENTIS HOSPITES
DVM IVS GVBERNO REMQVE FVNGOR CAESARVM
TVO FAVORE PROSPERANTI SOSPITAS.
TV ME MEOSQVE REDVCES ROMAM SISTITO
DAQVE ITALA RVRA TE COLAMVS PRAESIDE
EGO IAM DICABO MILLE MAGNAS ARBORES.
T. POMPONI VICTORIS PROC || AVGVST. —

Aximae. (Aixme.) Spon *Misc.* 84, 2. Fabrett. p. 230, 607. Galeani Napione *il Sacrario gentilesco illustrato. Giornale Arcad.* 1825. p. 319.

1) *in fraxino* Galeani Nap. 2) *musicas* Spon.

1614. * SILVANO SANCTO || PATRI ET CVSTODI || PECVDIFERO. LACTIFERO || GLANDIFERO. POMIFERO || CANNABIFERO. LINIFERO || Q. ZOSIMVS Q. L. TERTVLL. GRAMMATICVS || L. SERGIVS L. L. CIPARISS || MENSOR || C. PAETILIVS C. L. STRABO CAELATOR || C. RVFVS C. L. CHARITO || MVSICVS || EX VOTO F. F. — In Villa Quartesana agri Ferrariensis. Mur. 70, 6. Raritas et copia titulorum Silvano datorum non officit veritati marmoris huius a Baruffaldo et a Turre spectati, ac pro genuino habiti, teste Mur. Hagenb. Mss. Ceterum mirum quoque illud sodalitium grammatici, mensoris, caelatoris, musici. Ita ludere solebant Viri docti sec. XV. et XVI. Nihil definio. Sed spuria videbatur etiam Maffeio A. C. L. p. 214.

1615. EXTRA HOC LIMEN ALIQVID DE SACRO || SILVANI EFFERRE FAS NON EST. — Guasco *Inscriptt. Capitol.* T. 1, 35. Morcelli *St.* 2. p. 35.

1616. CALYBE ‖ SILVANIS[1]) ‖ V. S. L. M. — Aquileiae. Marini *Atti* 2. p. 543.

1) nota numerum pluralem, quem alias nondum reperi in lapidd. v. Giovenazzi *Aveia* p. 107. Observandus et sequens scribendi modus:

1617. SILBANO ‖ SACRVM ‖ ALEXANDER ‖ FAVSTINES.[1]) AVG. ‖ ACTOR. ‖ D. D. — Castel di Guido. Marini *Atti* 2. p. 367.

1) Videbis passim, antiquiorem hanc terminationem *Faustinaes*, *Faustinas* et *Faustines* apud vulgum in usu mansisse.

§. 22. VERTVMNVS. FLORA. POMONA. PRIAPVS.

1618. VORTVMNO SACRVM. — Romae. Fabrett. p. 696, 177.

1619. VORTVMNO SACRVM ‖ P. CVRTIVS P. F. SALAXVS[1]) ‖ P. TITIVS L. F. IIII. VIR ‖ DE MVNERE GLADIATORIO. ‖ EX S. C. — Canusii. Mur. 1988, 12. et 616, 2. Calogerà *Racc.* 19. p. 134. Romanelli *Topogr.* T. 2. p. 266.

1) Salarius. *Calog.* Salassus; Romanelli.

1620. FLORAE ‖ TI. PLAVTIVS DROSVS ‖ MAG. II[1]) ‖ V. S. L. M. — Licentiae in Sabinis. Fabrett. p. 742, 509. — Tibure. Mur. 1984, 8.

1) *Magister iterum.*

1621. T. TETTIENVS FELIX AVGVSTALIS ‖ SCRIBA LIBRAR. AEDIL. CVRVL ‖ VIATOR. AEDIL. PLEBIS. ACCENSVS. CONSVLI. HS. L. M. N. LEGAVIT ‖ AD EXORNANDAM AEDEM PÓMÓNIS ‖ EX QVÁ SVMMÁ FACTVM EST ‖ FASTIGIVM ‖ INAVRATVM. PODIVM. PAVIMENTA. MARM. OPVS TECTORIVM. — Salerni. Grut. 94, 11.

1622. *DEO RVBIGO SACRVM. — ap. Murat. 102, 6. et altera ap. Reines. p. 218, 233. ROBIGO ET CERERI cet. fictitiae videntur Maffeio *Art. Crit. Lap.* 3, 3. p. 210., neque immerito, etsi defendit Saxius *Miss.* 2. p. 271.

1623. FAVSTVS VERSENNI. P. SER.[1]) ‖ PRIAPVM ET TEMPLVM D. S. PECVL. ‖ F. C. — In Castro Farneti agri Pisaur. Marm. Pisaur. N. 7.

1) Procurator Servus. Oliv. Peculiaris Servus. Hagenb. Mss. — Habet etiam Mur. 121, 6.

1624. DIS MANIB ‖ C. H. C ‖ LOCVS ADSIGNATVS ‖ MONIMENTO IN QVO EST ‖ AEDICLA PRIAPI. IN FR. P. LXX IN AG. P. LXX. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. 87, 4.

1625. *LVCIDO PANI ‖ QVINTIVS MVTIANVS ‖ HERODIA SYNNESIA ‖ VXOR DVLCISSIMA ‖ V. S. — Sine loco. Reines. p. 173, 146. Spuriam arbitror, tum propter inauditum illud ἐπίθετον *Lucido*, tum quia *dulcissimae* uxores tantummodo in sepulcralibus dicuntur.

1626. DIIS VICANIS COMPITALIBVS ‖ ET HORTENSIBVS EX VOTO. — Ortonae in lamina aerea. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 67.

§. 23. NYMPHAE. AQVAE. FONTES. FLVMINA. LACVS.

1627. NYMPHIS ‖ N. BRITTON ‖ TRIPVTIEN[1]) ‖ SVB CVRA ‖ M. VLPI ‖ MALCHI ‖ 7. LEG. XXII ‖ PR. P. F.[2]) — Apud Amerbachium, in Otthonis Silva. Grut. 93, 5.

1) Numerus Brittonum Triputiensis. v. Wesseling. ad *Ant. Itin.* p. 476. Battely *Antiqq. Rutupinae* p. 21. HAGENB. 2) Primigeniae Piae Fidelis.

1628. TI. CLAVDIVS ASCLEPIADES ‖ ET CAECILIVS AS‖CLEPIADES ‖ EX VOTO. NYMFABVS D. D. — Romae. Visconti *Mus. Pio-Clem.* 7. p. 56.

1629. I. O. M. CONSER‖VATORI ET DOMINIS NYMPHABVS. PVE[1]) ‖ LORICIVS ‖ HILVS. — Hispali. Don. 3, 7. (Mur. 9, 7. minus accurate.)

1) Puellis L. Oricius. explicat Gor. in *Ind.* Donii; parum probabiliter.

1630. NYMPHIS ‖ QVAE SVB COLLE ‖ SVNT ARVLAM ‖ MVMIA CANTERIA ‖ NVMINI ADIVT.[1]) DEVOT ‖ CVM STATVA ‖ ISIS ‖ ET TABVLATO. D. D. — Romae. Grut. 1073, 10.

1) adiutori.

1631. PRO SALVTE ‖ DOMINI. NO‖STRI. SAN‖CTISSIMI ‖ ANTONINI ‖ PII. AVGVS ‖ NYMPHIS ‖ NOVIS.[1]) SACRVM ‖ RVFRIVS[2]) SVLPICIAN ‖ LEG. LEG. XIII. G. ANTO.[3]) — Albae Iuliae. Gud. 57, 7. correctius, quam apud Mur. 87, 4.

1) Contra: DEABVS NYMPHIS VET*eribus* in fragm. Blenckenshopii in Northumberlandia reperto, *Philos. Transact.* Vol. 19. p. 662. Mur. 87, 1. 2) D. RVFRIVS. Mur. 3) Geminae Antoninianae. cfr. Saxii *Miss.* 2. p. 253. Ceterum spuriae sunt Mur. 87, 7. NYMPHIS. DRYAD. SAC. cet. e Vulpii *V. Lat. prof.* T. 3. p. 235. Mur. 86, 7. et 87, 11. NYMPHIS NVMIN. SERM. SACRVM e Ligorio. Contra defendi posse reor sequentem, etsi aliquanto suspectam:

1632. NYMPHIS. AVG. SACRVM ‖ GRAECIVS LEO AQVAM QVAM NVL‖LVS ANTIQVORVM IN CIVITATE ‖ FVISSE MEMINERIT INVEN‖TAM IMPENDIO EX VOLV ‖ . . . . . GRAECI RVFI C. V. PATRON ‖ . . DICAVIT ‖ . . . . T. POMPEIANO II COS[1]) VI IDVS ‖ NOV. — Venetiis. Biagi *Mon.* p. 182. „Inscr. haec ex Arbe (Vrbe?) in museum Nanium translata est.“ B.

1) „p. Chr. 173. Consul M. Aur. Claudius Pompeianus, secundum Almeloveen: sed apud Pagium (*Crit.* Baron. T. 1. p. 167.) T. Claudius Pompeianus. Consulatus alter T. Pompeiani in fastis minime reperitur.“ Biagi.

1633. NIMPHIS ‖ SALVTIFERIS ‖ EPAPHRODITVS AVG. LIB. AGASO ‖ PRO SECVRITATE ‖ CORNELIAE ADEPTAE ‖ CONLIBERTAE SVAE ‖ V. S. L. M. — Romae. Donati 1. p. 48, 2.

1634. NYMPHIS SANCT. NOVIS REPERTIS ‖ IN VILLAM SVRDINIANAM AMEMPTI ‖ CAES. ET ORCIVIAE PHOEBES ET RHODINI LIB.[1]) ‖ DEDVCT. AD EAM VILLAM. QVAE ET ‖ IPSAE MAIESTATI SVAE SE DEDERVNT ‖ IMP. CAESARE VESPASIANO III. M. COCCEIO NERVA COS.[2]) — In arce Mondragonis. Maffei *Mus. Ver.* 307, 2.

1) Supple *cura.* 2) p. Chr. 71.

1635. BONIFATI ‖ VIVAS SACER‖DVS.[1]
EPITYNCHANVS M. AVRELI CAES. LIB. ET A CVBICVLO FONTIBVS[2] ‖ ET NYMPHIS SANCTISSIMIS TITVLVM[3] EX VOTO RESTITVIT. — Romae. Guascus T. 1. p. 77, 44.

1) Christianum fortasse hoc est, certe postmodo marmori insculptum. 2) Ita apud eund. p. 81. VOLTEIA ‖ Q. F. ‖ POLLA ‖ FONTI ‖ D. D. L. M. 3) Ita leg. docuit Marinius ap. Visconti *Museo Pio. Clem.* T. 1. p. 93. Guascus habet: III VIVM. (trivium) quod huc minime quadrat.

1636. FONTIBVS ‖ SACRVM ‖ IVLIA LVPA ‖ M. L.[1] V. S. — Emeritae. Ponz *Viage* T. 8. p. 138.

1) Merito libens.

1637. NYMPHIS LYMPHISQ. ‖ AVGVST. OB REDITVM ‖ AQVARVM. ‖ P. POMPONIVS CORNELIANVS. C.[1] VT VOVIT. — Scledi in agro Vicet. Mur. 87, 3. Cfr. Maff. *Mus. Ver.* p. 79.

1) COMMISIT. Mur. legit; CONSVLARIS. Maff. Sed apud Don. p. 39, 107. et Gud. 57, 6. melius sic habetur: — Pomponius Aurelianus C. F. V. C. Vovit. (Caii Filius, Vir Clarissimus) cfr. etiam Hultmann *Misc. Epigr.* p. 266. Saxii *Mus.* 2. p. 252.

1638. * LYMPHIS. SAC. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 244. ex Ciattii schedis.

1639. LYMPHEIS DIANAE ‖ REDVCIS SACR. ‖ IMP. CAESARE XII. ‖ L. CORNELIO SVLLA COS.[1] ‖ SYNHISTOR ‖ SABIDIAE C. F. DISP. — Aquilae. Mur. 298, 1.

1) u. c. 748.

1640. * HORITHYAE ‖ L. BARBVS L. LIB. ‖ THEOPOMPVS ‖ NAV. MERKAT. ‖ V. S. — Firmi. Reines. p. 186, 170. e Langermanno, id est, Ligorio, unde merito est suspectissima. Cfr. Maffei A. C. L. p. 397., unde Donatus p. 49, 2. restituit scilicet! ORITHYIAE.

1641. AQVIS ALBVLIS ‖ SANCTISSIMIS ‖ VLPIA ATHENAIS ‖ M. VLPII AVG. LIB. AB EPISTV‖LIS VXOR ‖ LIBENS ‖ D. D. — Sine loco. Fabr. p. 432, 8. Cfr. Reines. p. 193. Mur. 88, 1—3.

1642. AQVIS ALBVLIS SA. ‖ C. VMBREIVS ‖ LAVICAN. PRO ‖ SAL. S. V. S. L. M. — Ad Aquas Albulas. Mur. 88, 5.

1643. C. ACVTIVS ‖ C. F. MATVRVS ‖ A. A.[1] V. S. L. M. — Patavii. Polcastro *Padova* p. 160. v. etiam in Cap. *de Iside.*

1) Aquis Aponi, hodie Abano.

1644. C. CASSIVS SEVERVS ‖ MISSVS EX. PR.[1] ‖ SPECVLATOR ‖ A. A. V. S. L. M. — Patavii. Polcastro *Padova* p. 173.

1) ex praetorio, ut constat ex alia inscript. Patavina ibid. Cfr. similia ap. Mur. 87, 8—12.

1645. Q. SERVILIO PVDENTE ‖ L. FVFIDIO POLLIONE[1] ‖ FONTI SCAVRIANO SACRVM ‖ MAGISTRI (*nomina* IIII.) MINISTRI[2] (*nomina* IIII.) ‖ DEDICATA ‖ K. AVG. — Romae. Spon *Misc.* p. 33, 3.

1) p. Chr. 166. 2) supple: Magistri fontium et Ministri font., ex lap. simili ib. p. 34., nisi Ligorianae sunt fraudes.

1646. SEX. ATVSIVS ‖ SEX. FIL. FABIA ‖ ROMA. PRISCVS ‖ EVOC. AVG. ‖ PRIMVS OMNI‖VM ARAM TIBERINO ‖ POSVIT.[1]) QVAM CALIGATVS[2]) ‖ VOVERAT. — Hortae repertum, nunc Romae. Fabrett. p. 432, 6. Marini *Iscr. Alb.* p. 18.

1) scil. Hortae; nam Romae sine dubio plures habebat. 2) i. e. miles gregarius; pro nomine proprio perperam habuit Fontaninius *Antiqq. Hortae.* C. 8. Cfr. Foggin. *Fast.* p. 135. ad Calendarium Amiterninum: VI. EIDVS. DECEMBR. TIBERINO IN INSVLA.

1647. P. MEVIVS EVTYCHVS ‖ AEDICVLAM RESTITVIT ‖ SEBETHO. — Neapoli. Ald. *Orthogr.* p. 705. Grut. 94, 9.

1648. NIMPHIS. AVFIDI ‖ SERVATRIC. SACR ‖ C. MAGIVS C. F ‖ VELLEIANVS ‖ REST. ET DEDIC. — Ad Aufidum fl. Lupulus p. 180.

1649. * VOLTVRNO ‖ SANCTO ‖ SAC ‖ L. VETTIVS L. F ‖ CN. NOVIVS Q. F ‖ L. OPPIVS L. F ‖ M. MAEVIVS M. F ‖ C. CAESELLIVS C. F ‖ A. PLOTIVS A. F ‖ DE SVO FACIVND ‖ COER.[1]) — Prope templum Dianae Tifatinae. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 493.

1) „Fu trovata dal Pratilli tra gli scritti di Fabio Vecchioni di Capua." Romanelli: unde vides non nimis certam esse eius auctoritatem. Est tamen admodum simplex; quales raro solent esse supposititiae.

1650. I. O. M ET ‖ GENIO LOCI ‖ ET RHE‖NO CL MAR‖CELLINVS BF[1]) ‖ COS. V. S. L. M ‖ IMP. COMMODO ‖ VI COS.[2]) — Regiomagi prope Coloniam Agripp. Mur. 343, 4. Saxii *Miss.* 4. p. 85.

1) BI corrupte Mur. Est Beneficiarius Consulis. 2) p. Chr. 190.

Alium lapidem Rheno dicatum v. supra in Helveticis. N. 469.

1651. IN H. D. D ‖ I. O. M.[1]) ET DANV‖VIO EX VOT‖O. PRIMANVS ‖ SECVNDI[2]) VSLL ‖ MVCIANO ET FABI . . .[3]) — Risstissen in regno Wirtembergiae. Memminger *Beschreibung des Oberamts Ehingen.* Stuttgart. 1826. p. 10.

1) In Honorem Domus Divinae Iovi Opt. Max. 2) Secundi filius, vel Secundinus. 3) et Fabiano Cos. p. Chr. 201.

1652. . . LO . . . A. BENACO ‖ SVCCESSVS Q ‖ SAMICI. MIRINI. ‖ V. S. L. M. Q. SAMICIVS. ‖ SV . . . S. ITER . . — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 89, 5. Mirini scil. servus: ita HAGENB. Mss. ad h. l. Maffeius volebat: *Libertus.*

1653. C. GAVIVS M. ‖ F. C. VERECVNDVS ‖ C. F. MESSALLA ‖ FVCINO. V. S ‖ L M. — Ad lacum Fucinum, lotione salubrem secundum Phoebonium; curat enim scabiem aliosque morbos cet. — Saxii *Miss.* 2. p. 254. correctius quam apud Mur. 88, 5. Calogerà *Racc. Vol.* 19. p. 151. Polcastro *Padova* p. 178.

§. 24. LARES. PENATES.

1654. LARIBVS ‖ MAG. D. S. D.[1]) ‖ M. HISTVMENNIVS. ‖ M. L. FLACCVS A. ALBIVS Ɔ. A. L ‖ NICEPOR. — Velitris. Marini *Atti* 2. p. 543. Cardinali p. 24.

1) Magistri de sententia Decurionum. Marini. *De suo dant* Cardinali.

1655. LARIB.[1]) SACR. ‖ C IVNIVS IVSTVS MIL. COH. VI PRAET. STATION. TIBVR. P ‖ L. D. D. D. — Tibure. Mur. 85, 10.

1) p. 86, 4. Laribus Salutaribus.

1656. SEX. FABIVS. SEX. L. STEPHANVS ‖ SEX. FABIVS STEPHANI L. LAETVS ‖ DE PECVNIA SVA LARIBVS. SACR. ‖ DEDERE. — Aquileiae. Bertoli A. d' A. p. 80, 39. Mur. 85, 8. Rarissima est formula *sacrum dare.* (Grut. 4, 12.)

1657. ANNEIA ALBA‖NA LARES ET ‖ ARAM DE S. P. — In Gordiano. Mur. 115, 3.

1658. LARIB. AVG. ‖ MINISTRI ‖ QVI K. AVG. PRIMI INIERVNT ‖ ANTIGONVS M. IVNI EROTIS ‖ ANTEROS. D. POBLICI BARNAE ‖ EROS A. POBLICI DAMAE ‖ IVCVNDVS M. PLOTIANI EROTIS. — Romae in insula Tiberina. Fabrett. p. 465, 96., et 97. ordine ministrorum immutato. Similis est sequens:

1659. LARIB. AVGVSTIS G . . . . I SACR ‖ Q RVBRIVS. SP. F. L. AVFIDIVS. CN . . . . DICINIVS ‖ ICL. POLLIO FELIX. L . . . HILEROS ‖ A. IS . . . RIO. VI. K. AVGVSTIS PRIMI MAG . . . ERVNT.[1]) — Romae. Gud. 63, 4. cuius typum dedi. Mur. 85, 6.

1) „Ipse ita accipio:

LARIBVS AVGVSTIS *Geniis Caesarum* SAC*rum*

Q. RVBRIVS. SP. F.	L. AVFIDIVS	CN. LICINIVS
COL. POLLIO	FELIX	PHILEROS

QVI K*al*. AVGVSTIS PRIMI MAG*isterium ini*ERVNT. — De supplemento *Geniis Caesarum* cfr. Grut. 106, 6. (et statim N. 1661.) Aufidius et Licinius fuere generis libertini, quod et cognomina produnt, Magistri; ut servilis conditionis in Mur. 85, 3. ministri. In Grut. 107, 1. habes magistros et ingenuos et servos, in eodem saxo relatos. Pro COL. e Gudio coniiceres etiam POL. tribu." Hagenb.

1660. LARIB. AVG ‖ G. AVITTIVS ‖ EPAPHRODITVS ‖ MAG. AVG.[1]) — Venusiae. Lupulus p. 294.

1) Magister Augustalis. Cfr. Lupulum p. 101.

1661. C. MARCIVS APILVS ‖ MAGISTER LARVM ‖ AVGVSTOR. ET GENI ‖ CAESARIS AVGVST ‖ HIC SITVS EST. IN F. P. XX. IN AG. P. XX. — Santiponce. Ponz *Viage* T. 8. p. 229.

1662. P. FLAVIVS SP. F. CAM.[1]) DECIMVS ‖ P. FLAVIVS PALESTRICVS HA[2]) ‖ M. TREBONIVS TIBVRTINVS HA ‖ CVR[3]) ‖ CVLTORIBVS DOMVS DIVINAE ‖ ET FORTVNAE AVG LARES ‖ AVGVSTOS DD. — Tibure. Visconti *Museo Pio. Clem.* 1. p. 303. ed. Mil.

1) *Camilia* tribu. 2) quid haec nota sibi velit, nescio. 3) *Curatores.*

1663. DIIS LARIBVS || CAPETICO||RVM GEN||TILITATIS. — Placentiae Hispan. Ponz *Viage* T. 7. p. 125. Similis est Mur. 85, 7.: DIS LARIBVS CAPEREN||SIS GENTILITATIS || III. OB HONOREM QVOD CECIVS EREPTA EST CAPERAE COCEIA CLESI||F. SEVERA. — Caperae in Hispania. Hoc Saxius *Miss.* 2. p. 251. e Grut. 933, 10., quod dabimus in Cap. *de Re municip.*, ingeniose ita restituit: — *gentilitatis, ob honorem, quod civis recepta est Caperae Cocceia, Celsi F. Severa.*

1664. LARIBVS COMPETALI||BVS SIVE QVADRIVI .... — Moguntiaci. Fuchs. 1. p. 64. Cfr. cum titulo hoc admodum notabili §. de Matribus cet.

1665. I. O. M. ET L. MIL.[1]) CETERIS||QVE DIS || C. IVL. PISIBAN || MAXIM || AEMIL. PAPVS TR. LAT.[2]) LEG. II. AD || V. S. L. M. — Budae. Sestini p. 257.

1) Laribus militaribus, ut in alio lap. Budensi. Grut. 1068, 2. DIS MILITARIBVS. Ceterum Schoenwisner *Lacon.* p. 158. habet LA. M. 2) Tribunus Laticlavius.

1666. LARIBVS || DOMEST || SAC || V. S. L. M. — In Sabaria Hungariae. Grut. 106, 12.

1667. GENIO AVGVSTI || ET LARIBVS PATERNIS || EX VOTO SEX. CAECILIVS || MODESTVS S. L. M. — Romae. Donati 1. p. 42, 7. et 43, 12.

1668. [VOLCANO[1])] || LARIBVS PVBLICIS SACRVM || IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS || PONTIFEX MAXIMVS || TRIBVNIC. POTESTAT. XVIIII. || EX STIPE QVAM POPVLVS EI || CONTVLIT K. IANVAR. APSENTI || C. CALVISIO SABINO || L. PASSIENO RVFO. COS.[2]) — Romae. Grut. 106, 4.

1) Add. Holth. ad Grut. 61, 1.: *Volcano:* Hanc vocem hinc movendam ac praemittendam illi inscript., quae est 106, 4., docet Patin. *Famil. R.* p. 53. Almelov. De tota hac inscript. cfr. Casaub. ad *Suet. Aug.* 57. 2) u. c. 750. p. Chr. 4.

1669. PECVLIA || RECESSAE LI . . . ANN. XL || CVL. LAR || PVB. COL.[1]) || F. C. — Olivae Hispan. Ponz *Viage* T. 8. p. 39.

1) vel Cultrix vel *Cultoribus* Larum publicorum Coloniae faciundum curavit.

1670. I. O. M. || ET LARIBVS PVT. CIV.[1]) || C. AR. FLAVIANVS. AED. CVR || CVM BASI ET HYPOBASI || D. D || DEDICATVM L. ARVNTIO ET || C. CLAVD. MARCELLO COS.[2]) — Puteolis. Grut. 10, 2. Mur. 296, 3. correctius apud Vignol. p. 192.

1) Puteolanae Civitatis. 2) u. c. 732.

1671. LARIBVS TAR||BVCENBACIS. C. ECECIS. P. ARIVS P. A. VV || V. S. L. M. — Aquis Flaviis in Lusitania. Mur. 1983, 11. cfr. similes ibid.

1672. MAX. SV||MVS. LOV||ESSI F. LA||RIBVS VI||ALIBVS V. S. L. M. — In oppido S. Torquati in Gallaecia. Mur. 1984, 1. *Lari Viali* est etiam in Grut. 78, 1. et Spon *Misc.* p. 113, 96.

1673. LARI VICTORI[1] ‖ SACRVM ‖ GAVIA STATVTA ‖ V. S. L. M. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Perug.* 2. p. 244.

1) Hoc sine alio exemplo.

1674. T. FLAVIO PHILETO ET STATILIAE ‖ PAVLAE. ET STATILIAE SPATALE ‖ VIXIT ANN. XX. IVSSV DECVR ‖ LARVM. VOLVSIANORVM.[1] — Loco mihi ignoto. Donati 2. p. 410, 5. ex Passioneo.

1) vide ne corruptela lateat. Passioneana permulta non nimis perite videntur exscripta.

1675. I. O. M. ‖ DIS. DEABVSQVE ‖ HOSPITALIBVS PE‖NATIBVSQ. OB CON‖SERVATAM SALVTEM SVAM SVORVMQ. ‖ P. AEL. MARCIA‖NVS PRAEF. COH ‖ ARAM SAC. F. NC. DE.[1] — Durham in Britannia. Mur. 11, 6.

1) *fecit. nunc dedicavit.* In notis Magonis NC. *nunc* exponitur. malo tamen NO. DE. nonis Decembribus. C. H. A. in *Misc. Obs.* 1742, 4. p. 183. Sed in Marm. Oxon. *Chandl.* p. 3. T. 1. legitur F. N. C. D., quod exponunt: Nummis cccc. Vide etiam Saxii *Miss.* 1. p. 37.

1676. T. ANNIVS L. F. LARGVS[1] ‖ DIBVS PENATIBVS ‖ OB REM MILITAREM ‖ VOTVM SOLVIT. — Valeriae. Mur. 85, 1. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2, 242.

1) Mur. *Largi.*

1677. I O M ‖ ET DIS PE‖NATIBVS ‖ SCAVRIA‖N. V. S.[1] — Carlsburgii. Maffei *Mus. Ver.* 237, 5. Seivert p. 35, 58.

1) Sic Seivert. Maffei: SCAVRIANVS.

1678. IOVI ET ‖ DIS PENATIBVS ‖ P. NANONI DIO‖PHANTI AVGVSTA‖LES ATINATES. — Atinae in regno Neapolit. Mur. 1030, 4.

1679. DIIS ‖ PARENTIBVS ‖ AVGVSTIS ‖ PORTICVM DEDIT ‖ L. IVLIVS M. F. PAVPER. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 91, 4.

§. 25. G E N I I.

1680. GENIO S ‖ LVCVLLVS ‖ AMIANI FIL ‖ D. P. — Chichester in Britannia. Bulletin *des Sciences histor. Février.* 1824. p. 113.

1681. GENIO. SOMN ‖ L. DOMITIVS. L. L ‖ ARGYRVS LANARIVS ‖ DOMITIA L. L. MYRTALE ‖ S. P. D. D ‖ DEDIC. K. IAN ‖ L. CEIONIO COMMODO ET ‖ SEX. VETVLENO POMPEIANO COS.[1] — Romae. Grut. 99, 5.

1) p. Chr. 136.

1682. IOVI. CVSTODI ‖ ET. GENIO ‖ THESAVRORVM ‖ ARAM ‖ C. IVLIVS. AVG. LIB ‖ SATYRVS ‖ D. D. — Romae. Fabrett. p. 77, 88. Visconti *Jenkins* p. 73.

1683. I. O. M. ET ‖ GENIO P. R. ET VENALIC ‖ C. C. LAPPI. MVTILVS ET ‖ RVFVS. ET ‖ L. L. RVBRI. ANTIOCHVS ‖ ET HYMNVS ‖ VOTVM SOLVERVNT L. M ‖ L. VERGINIO

RVFO ‖ C. MEMMIO REGVLO COS. 1) — Romae. Grut. 1006, 5. (eadem fere ib. 8, 3.)

1) p. Chr. 63.

1684. - - QVIS HANC ARA ‖ LAESERIT. HABEAT ‖ GENIVM IRATVM ‖ POPVLI ROMANI ‖ ET NVMINA DIVORVM. — Romae. Fabrett. p. 76. VIII. Cfr. Reines. I, 86.

1685. GENIO ‖ NORICORVM ‖ L. IVLIVS BASSVS ‖ STATIONARIVS EORVM ‖ D. D. — Romae. Fabrett. p. 77, 86. Gud. 66, 5. Similes inscriptt. videsis in Geographicis passim.

1686. GENIO ‖ TERRAE BRITA‖NNICAE M. COCCEI ‖ FIRMVS ‖ Ↄ LEG. II AVG. — Graham's Dyke. Archaeologia T. 3. p. 119.

1687. SIGN. VICTO 1) ‖ Q. GAV. MAXIMVS ‖ Q. TOR. PRISCIANVS ‖ MAGG. COL. GEN ‖ P. P. S. 2) P. AEL. EXVPE‖RATVS. ET. T. AVR ‖ PECVLIARIS SCRI ‖ COLL. II 3) DD ‖ MODESTO ET PRO‖BO COS. 4) — Savariae, hodie Szombathely. Mur. 2053, 7. correctius in Bulletin *des sciences histor.* Mars 1827. p. 240.

1) Signum Victoriae. 2) *Magistri Collegii Genii Provinciae Pannoniae Superioris*, explico ego. Bitnicz l. l.: *Magistri Collegii. Genio* cet. 3) *Scribae Collegii iterum* potius quam *Scr. Coll. secundi*, ut vult Bitnicz. 4) p. Chr. 228.

1688. GENIO CONVENT ‖ A‖STVRICENSIS. — Tarracone. Grut. 110, 6.

1689. NYMPHIS AVG ‖ ET GENIO PAG. ARVSNATIVM 1) C ‖ PAPIRIVS THREPTVS. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. 75, 3.

1) Arusnates in agro Veronensi.

1690. GENIO ‖ MVNICIPI 1) ‖ SEGVSINI ‖ IVL. MARCEL‖LINVS V. P ‖ EX VOTO POSVIT. — Aug. Taurinor. Maffei *Mus. Ver.* p. 210, 3.

1) Huius municipii cives *vikani* Segusini appellantur ib. 233, 2.

1691. L. PINARIVS RVFVS OB HONOREM ‖ AEDILITATIS IMAGINEM GEN . . ‖ MVNICIPI LILYBITANORVM. EX. ARG. R. V. P. S. P. 1) — Marsalae in Sicilia. Fabrett. p. 78, 91. Torremuzza p. 8, 17.

1) ex argento rudi quinque pondo sua pecunia. Fabr. Ex argento rudi pecunia sua posuit. Torr. Hagenbuch. in corruptela latere potius *argentum purum* suspicatur.

1692. I. O. M ‖ ET GENIO MVNICIPI. FL. NOVIOD ‖ SACRVM ‖ L. POMPEIVS INGENVVS. CO. S. 1) ‖ V. S. L. M. — Novioduni prope Aemonam, prope Mokviz et Zhatesch in Carnia. Muchar 1. p. 160.

1) Hoc corruptum. Fuitne CV. S. id est, *cum suis?* Hoc certe loco nec de *Consule*, nec de *Conservo* cogitandum.

1693. GENIO ‖ COLONIAE BENEVENTANAE ‖ SEPEA 1) C. L. FIDELIS SVA PECVNIA FECIT ‖ LOCO 2) D. D. D. — Beneventi. De Vita p. 99. et *Inscriptt.* p. 5, 25.

1) Gud. p. 66, 6. (pro *Sepea* male *Cestia.*) 2) notandum hoc v. omnibus literis scriptum; notam L. D. D. D. quidam explicare solent *Locus datus*, quum sit Loco dato Decurionum decreto,

1694. DIKATA ‖ L. VENVLEIO APRONIANO II. L. SERGIO PA . . .[1]) ‖ SANCTISSIMO DEO ‖ GENIO COLONIAE PVTEOLANORVM ‖ NEMONIA CALLISTE NEMONI ‖ EVTYCHETIS CVM DVOBVS ‖ M. M. NEMONIS FILIIS ‖ EVTYCHIANO ET GEMELLIANO ‖ FRATRIBVS SVIS ET ‖ NEMONIA IANVARIA FILIA SVA ‖ DONO DANT. — Neapoli. Mur. 79, 3. 1115, 4. cfr. 5.

1) Duumviri Coloniae Flaviae Augustae Puteol. v. Vignol. *Inscr. sel.* p. 193.

1695. GENIO PLEBIS SAC ‖ L. SEPTIMVLENVS VITALIS ‖ Q. LVSIVS ACRABANVS ‖ Q IVLIVS DAPNVS ‖ M. CVRVIVS SPORVS IIIIII VIRI[1]) ‖ OB H. M. M.[2]) — Narbonae in Dalmatia, nunc Venetiis. Biagi *Mon.* p. 176. Donati 1. p. 45, 1.

1) Passerius leg. volebat IIIJ Viri. 2) ob honorem magistratuum.

1696. GENIO ORD[1]) ‖ QVEM VLP. DOM. HERMES ‖ AVG. COL. APVL. ORN ‖ ORNAM. DECVR.[2]) PROMI‖SERAT.[3]) VAL. THREPTVS ‖ ET DOMITI. REGVLVS ‖ HIPPONICVS. HERMES. ONESIMVS AVGG. COL. H.[4]) P. C ‖ L. D. D. D. — Várhely. Grut. 110, 1. cfr. 481, 5. Correctius in quibusdam ap. Seivert p. 104, 148.

1) *Ordinis.* 2) *ornatus ornamentis Decurionalibus.* 3) Inserit hic Grut. T. P. S. L. 4) *huius.*, sed Grut. *N.* (nostrae) Ponendum *Curaverunt.* Ex his literis N. P. C. Reinesius incredibili acumine confecerat: *Coloniae NaPuCae.*

1697. PRO SALVTE DOMIN‖ORVM NN. INVI‖CTISSIMORVM ‖ AVGG. GENIO LOCI ‖ FLAVIVS LONG . . ‖ TRIB. MIL. LEG. XX ‖ LONGINVS FI . . . ‖ EIVS. DOMO ‖ SAMOSATA ‖ V. S. — Chester. Camden-Gibson T. 1. p. 482.

1698. DEO. TVTEL ‖ GENIO LOCI. — Al-Hamae. Hispan. Grut. 105, 2. Cfr. Fabrett. p. 79, 92. „Genios istos locales, Tutelas absolute vocari reperio a Petronio C. 57. Fragm. Tragur. *ita Tutelam huius loci habeam propitiam*, unde in ista Grut. inscript. non duplex, sed unum idemque numen contineri opinor." Contra Hagenb. Mss.: Si in Grut. 105, 2. malis duo numina, iuvaris ex Mur. 79, 6., quod auctius exstat in Maff. *Mus. Ver.* 313, 3.: Romae in ruderib. Castri Praetorii:

1699. GENIO ET FORTVNAE ‖ TVTELAEQVE. HVIVS ‖ LOCI[2]) COHORTIVM ‖ PRAETORIARVM ‖ . . . . . . ‖ AETERNI AVGVSTI ‖ VALERII LI . . . . DALMATIVS ‖ PRINC. KK.[2]) EX VOT . . . RVNT. DEVOTI ‖ NVMINI MAIESTAT. QVE. EIVS. —

1) TVTELAE AVG*ustae.* Mur. 103, 9. 2) Princeps Castrorum.

1700. TVTELAE ‖ DOMVS ‖ RVPIL . . . . ‖ M. HER . . . . ‖ RESTIT . . . MEM. — Veronae, nuper reperta, mecumque communicata a V. Cl. Labus, qui supplet: *M. Herennius Restitutus memor.*

1701. GENIO LOCI ‖ FELICITER. — Eboraci. *Philosoph. Transact.* T. 24. p. 2145.

1702. INNOCENTI CVM ENGRATIO VIVAS.
GEN. ET HON.

MAGI. GERMANI STATORI ‖ MARSIANI EQ. R. E. P. DEC. DEC. V. ‖ EX Ɔ. IIII. 1) COLL. FAB. ET CENTON. ‖ CVRATOR ARK. TITIANAE. COLL. SS. ‖ ANNI CLI. 2) COLON. C. A. F. MED. 3) ‖ ET IVNONI ‖ CISSONIAE APHRODITI EIVS ‖ Ɔ. XII. COLL. SS. PATRONIS ‖ PLVRA MERENTIBVS. ‖

INNOCENTI. QVI SIC AGIS. BENE VIVAS. — Mediolani. Fabrett. p. 73, 72. Cfr. Grut. 477, 1. „Utrumque monumentum puto erectum, quum homines illi natales suos celebrarent, quibus vitam eis longam clientes sint apprecati, unde explicandae acclamationes istae." Hagenb. Mss.

1) Equitis Romani Equo publico, decurionis decuriae V. ex Centuria quarta. 2) Collegii supra scripti anni 151., ex quo Collegium isthoc constitutum fuerat. 3) Coloniae Concordiae sive Claudiae Augustae Felicis Mediolanensis. Cissoniae Aphroditii, ab Ἀφροδίτιον, eius uxoris. Ad Fabrett. p. 101. Hagenb. suspicatur, *Innocenti fortasse* esse quartum aliquod nomen Magii Germani Statoris, similiter *cum Eugratio s.* Eucratio ὑποκόρισμα Cissoniae Aphroditii. Ἐγκράτιον, ut Phronesium, Philematium.

1703. * GENIO EXERCITVS ‖ QVI EXTINGVENDIS SAEVISSIMIS LATRONIB ‖ FIDE ET DEVOTIONE ROM. 1) EXSPECTAT. ET ‖ VOTIS OMNIVM SATISFECIT. — Romae sub Capitolio ap. arcum Severi. Mazoch. 23, 10., qui tamen ipse non vidit, unde neque haec inscriptio caret omni suspicione. Grut. 109, 3. Nardini 2. p. 347. ex Grut.

1) devotione Romana exspectationi. Mazoch.

1704. GENIO LEGI . . . III. . E . . O DNN — DIOC . . . IANI . . AVG . . . VREL MAXIM . . IVS EX PRAEF . . . 1) ‖ LEG. EIVSDEM . . VOTVM POSV. — Semendriae. Acta Erud. *Lips.* 1742. p. 166.

1) i. e. et Genio Domini nostri Diocletiani Augusti, Aurelius Maximinius Expraefecto cet.

1705. GENIO . 7 1) ‖ TIB. CL. AVITVS ‖ MANSVETVS ‖ OPTIO. — Vindobonae. Maffei *Osserv.* 1. p. 182. Mur. 76, 2.

1) Centuriae.

1706. GENIO ‖ LEG. XIIII. GEM ‖ Q. CAECILIVS ‖ LAETVS. LEG ‖ LEG. EIVSDEM V. S. L. — Albae Carolinae. Seivert p. 48, 59. — GENIO NVM*eri* EQ*uitum* SING*ularium* est ap. Mur. 349, 2.

1707. GENIO PRAETORI ‖ CL. EPAPHRODITVS ‖ CLAVDIANVS ‖ TRIBVNVS CHO ‖ II. LING. V. L. P. M. 1) — Lanchester in Episc. Durham. Camden-Gibson. T. 2. p. 137.

1) Lingonum. Votum libens posuit merito.

1708. GENIO PRAE‖TORI. HVIVS ‖ M. VAL. LONGINVS. LEG ‖ LEG. XIII. G 1) ‖ SEVERIANAE ‖ CVM SVIS ‖ VOTVM ‖ POSVIT. — Albae Carolinae. Seivert p. 50, 64.

1) Geminae: eiusdem, quae antea Antoniniana, postmodum Gordiana appellata est.

1709. IN H. DD ‖ GENEO (*sic*) SANC‖TO MAREL. CL. 1) ‖ POMPEIANVS ‖ MIL. LEG. VIII ‖ ANTONINIANAE ‖ AVG. 2) BF. COS. 3) TD. 4) IANVAR ‖ IMP. D. N. ANTONO 5) IIII ‖ ET BAL-

BINO II. COS.[6]) — Wiesbaden. Mémoires *de la Société de Cassel.* p. 322., ubi pessime explicatur. Rectiora hic accipe.

1) i. e. M. Arelius, s. potius, Aurelius Claudia tribu. 2) Augustae. 3) Beneficiarius Consulis. 4) Exscriptor adnotabat haec legi potuisse etiam FD. vel ED. Fuit igitur EID(*us*). 5) Antonino. 6) p. Chr. 213.

1710. GEN ‖ COLLEGI ‖ ARIMIN ‖ L. MARIVS ‖ PEGEVS[1]) ‖ B. M. D. D. — Arimini. Ex Io. Blanco (*Bianchi*) HAGENB. Mss.

1) Idem nomen exstat ap. Grut. 240. col. 2. lin. 6. M. ACILIVS. PEGEV . . ID.

1711. GENIO ‖ FAMIL. MONETAL ‖ DEMETRIVS CAES. N. SER ‖ EPAPHRODITIANVS ‖ DE S. P. D. D. — Romae. Fabrett. p. 77, 83.

1712. I. O. M. H. AVG[1]) ‖ SACR. GENIO FORINARVM ‖ ET CVLTORIBVS HVIVS LOCI ‖ TERENTIA NICE ‖ CVM TERENTIO DAMARI‖ONE FILIO. SACERDOTI ‖ ET TERENTIO DAMARIONE IVN ‖ ET FONTEIO ONESIMO FILIO ‖ SACRORVM.[2]) SIGNVM ET BASIM ‖ VOTO SVSCEPTO DE SVO POSVIT ‖ LVSTRO EIVSDEM DAMARIONIS. — Romae. Grut. 9, 5.

1) Herculi Augusto. 2) supple *ministro* sacrorum. HAGENB.

1713. GENIVS . . . TRI.[1]) *Infra:*
LVCCEIVS PECVLIARIS REDEMPTOR PROSCENI ‖ EX BISO[2]) FECIT. — Capuae, in anaglyptici operis marmorea tabella, quam ample illustravit Mazochius in Commentar. cet. *Polen. Supplem.* T. V. p. 672.

1) *Theatri* serpentis imagine sculptus. 2) *visu.* Habeat hanc inscr. etiam Fabrett. p. 78, 90. Gor. *Etr.* 1. p. 391.

1714. GENIO. LAVACRORVM. METELLI. — Romae. Grut. 111, 7.

1715. GENIO COLLIB.[1]) DEI SILVANI ‖ AELIVS SILVANVS IVN ‖ PRO VOTO D. D. — Romae. Mur. 77, 2.

1) Singulare hoc. HAGENB. Mss. tentat: Coll(*egii*) Lib(*ertorum.*)

1716. D. M.[1]) GENIO AVGG. LAR. SAL[2]) ‖ FORTVNATVS AVG. LIB. — Romae. Grut. 106, 5. et 107, 7.

1) D. M. est in tabula Boissardi. 2) fortasse SAC*rum.* HAGENB.

1717. GENIO CAESARVM ‖ DIOGENETVS. VILIC. FEC. — Neapoli. Grut. 107, 9.

1718. GENIO AC MAIESTATI ‖ IMP. ANTONINI PII. FELICIS AVGVST ‖ M. AVRELIVS AVRELIANVS. DEVOTISSIMVS ‖ NVMINI EIVS. — Romae. Grut. 1085, 6.

1719. * GENIO DOMNORVM. CERERI ‖ T. POBLICIVS CRESCENS LARIBVS ‖ PVBLICIS DEDIT. IMAGINES AR‖GENT. DVAS . . . . — Patavii. Reines. p. 181, 159. Suspecta inscriptio.

1720. GENIO ‖ SIMILIS ‖ FAMILIA.[1]) — Romae. Fabrett. p. 75. VII. et Grut. 111, 11.

1) i. e. Genio Domini, cui Similis nomen, dedicant Servi et Servae. Cfr. Reines. p. 222, 240. Labus (*di un' epigrafe Latina* p. 102.) interpretatur de P. Sulpicio Simili, de quo vide Dionem Cass. 69, 19.

1721. GENIO DOMINICO [1] ‖ ZOILA VILIC. [2] — Arimini. Don. Cl. 1, 140. Mur. 77, 4.

1) id est Domini sui. Mur. 2) Sic in Inscriptt. semper pro *villicus*.

1722. .... PHOEBVS SER ‖ GENIO IPSIVS D. D. — Romae. Don. 50, 112. Mur. 78, 2. Initio est mutila, unde IPSIVS ad dominum Phoebi servi debet referri, non ad Phoebum ipsum.

Genii et Iunones etiam mortuorum. v. Fabrett. pag. 72. item:

1723. GENIO ‖ L CORNELI ‖ HILARIONIS ‖ IVN. SATVRNIIIAES. — Ad portam Capenam. Marini *Atti* 2. p. 414.

1724. GENIO ‖ C. IVLI ‖ AVGVSTAE [1] L ‖ PROSOPAE ‖ DELICII IPSIVS ‖ ET LIVIAE DRVSI ‖ CAESARIS ‖ VIX. ANN. IX. — Romae. Fabrett. p 72. V. (cfr. eund. p. 438.)

1) Liviae.

1725. P. ALFENO HYPANO ‖ GENIO ET ‖ DIS MANES ‖ THORIA ‖ GEMELLA FECIT. — Romae. Mur. 76, 1.

1726. D. M. S ‖ M. VETI DECEMBRIS ‖ FILI PIISSIMI RELIQVIAE ‖ PIETATI ET GENIO INFERNO AB M. VETIO ‖ TROPHIMO ET VETIA LVPVLA ‖ PARENTIBVS. — Romae. Fabr. p. 73, 71. Mur. 79, 5.

1727. DIIS MANIBVS ‖ ET GENIO [1] ‖ C. FLAVII HERMETIS ‖ AVG LIB ‖ AB EPISTVLIS GRAECIS ‖ IVLIA ANTISTIA MATER ‖ INFELICISSIMA FILIO ‖ DE SE B. M. CVM LACR ‖ P ‖ VIX. AN. XVIII. M. V. D. XIII. — Romae. Grut. 587, 1.

1) cfr. Mur. 1619, 16.

1728. HERMA DE SVO DAT.
GENIO CANONIS ATTALI (*foramina*) GENIO PASICLENIS
LIBERTI ‖ SERVI. —
Romae. Fabrett. p. 70. IV.

1729. Incertum est, an haec quoque inscriptio, quemadmodum vult Aldenbrück *de Relig. antiq. Vbior.* p. 81., ad Genios referenda sit:

DIS GINIBVS [1] ‖ SACRVM ‖ SEX. COMMINIVS SACRATVS ET ‖ CASSIA VERA ‖ EX IMP. IPS. [2] — Prope Coloniam Agripp.

1) Geniis? 2) ex imperio ipsorum.

1730. Dubiae plane fidei esse inscriptiones, Genio Dei alicuius dicatas, veluti *Genio Martis* Reines. Cl. 1, 85. *Genio Plutonis* Grut. 1073, 8. observarunt Maffeius *A. C. L.* p. 193. et Zaccaria *Istituz.* p. 180., quamquam e Minucii Felicis *Octavio* C. 29. afferri poterant verba: *est eis tutius per Iovis Genium peierare, quam regis:* et *Genium Iovialem* cum Martiano Capella memorat Arnob. L. 3, 40., ubi vide patruelem meum. *Genius Iovis* est ap. Mur. 587, 1.; ita, ut de singulis caute sit iudicandum, neque propter formulam rariorem temere possint reiici. Cfr. Redaelli *Notizie istoriche* 2. p. 98.:

1731. GENIO ASC [1] ‖ L. PLINIVS ‖ BVRRVS. ET ‖ P. PLI-

NIVS ‖ TERN. — Ad lacum *di Lecco*, intra vicos *Onnio* et *Vassena*.

1) *Genio Asclepii.*

1732. VERNANVM, id est, Vernarum Genium, viri quidam docti reperisse sibi videbantur in Tabula Antiatina, v. c. Bianchini *Iscriz. sepulcr.* T. VI. LYSIMACHVS AEDIT. VERNANI. Cfr. Gorium *ad Don.* p. 53. et Fogginii *Fastos* p. 133. Sed accuratius inspecta tabula Marinius deprehendit exhiberi: — AEDIT. VERNARVM: unde actum est de VERNANO. Cfr. Fogginii *Fastos* p. 143. Similem, ni fallor, AEDITVVM SINGVLARIVM damus in militaribus; est scilicet is, qui aedituat in sacris vernarum, equitum singularium.

§. 26. FORTVNA.

1733. FORTVNA COLENDA. — In latere coctili apud Marini *Atti* T. 2. p. 510.

1734. FORTVN ‖ T. PINNIVS ‖ T. F. FIRMVS. — In castro Pernumiae agri Patavini. Polcastro p. 14, 33.

1735. FORTVNAE ‖ SACRVM ‖ C. DOIVS. C. F. CHORON. EX AVRI ‖ P. 7. V.[1]) V. S. L. M. — Perusiae. Maffei *Mus. Ver.* 360, 4. correctius apud Marini *Atti* 1. p. 259. et Vermiglioli *Iscriz. Perug.* 2. p. 240.

1) coronam ex auri pondo unciis (*Marini*,) scrupulis (*Vermiglioli*; mire!) quinque votum cet.

1736. DEAE FORTVNAE TVTELAE ‖ L. BABVRIVS IVVENIS. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 825.

1737. FORTVNAE ADIVTRICI ET TVTELE. VAL ‖ FLORENTINVS ‖ V. L. S. — Romae. Grut. 73, 7.

1738. FORTVNIS ANTIATIBVS[1]) ‖ M. ANTONIVS RVFVS AXIVS ‖ DAMASCO.[2]) S. D. D. — Antii. Grut. 72, 3.

1) Cfr. a Torre *Mon. vet. Antii.* p. 5. et 15. Burmann. ad *Suet. Calig.* C. 57. FORTVNIS simpliciter in lap. Gratianopolit. Grut. 72, 3. — FORTVNIS SALVTARIBVS (prope Bonnam) Grut. 79, 2. De pluribus Fortunis v. Hand ad *Statium* p. 447. 2) Damasco scil. oriundus.

1739. 1. FOR. VICTRICI. ANTI.[1]) — 2. SENATVS POPLS. — 3. PLACENT MARTI ‖ IN BELLO FEROCES. — Panormi, in clypeolo aereo. Torremuzza p. 12, 28.

1) Fortunis Victricibus Antiatibus.

1740. M. OFASIVS ‖ FIRMVS. MARVS ‖ CORNELIVS MARI F ‖ CLV.[1]) COSSINVS ‖ PRAEFECTVS. FABRVM ‖ TRIBVNVS. MILITVM ‖ LEG XIIII GEMIN VICTRIC ‖ CVRATOR. LVSVS. IVVEN[2]) ‖ II. VIR. PATRONVS COLON ‖ FORTVNIS. ANTIATIBVS ‖ D. D. — Velitris. Mur. 614, 3. correctius ap. Gud. 49, 9. melius etiam ap. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 13., qui typum ipsum dedit.

1) *Clustumina* s. *Crustumina* tribu. De *Cluentia* tribu cogitat Cardinali, quam nullam fuisse demonstrabo in §. de Tribubus. *Clusinum* tribum, quae nunquam fuit, nescio quo errore interpretabatur Hagenb. Ita *Cossinus*, ut solet tribui postponi,

nomen erit proprium. At quum in ipso lapide ambigua sit lectio, facile CLV. accipi possit pro CIV. De *Cive Cossino* cogitavit Mur. et ipse Cardinalius dubius haeret. Attamen *Cossinus* pro *Cossanus* vel *Cosanus* exemplo certo caret. 2) De his vide, ubi de collegiis sermo erit. Spectat huc tessera theatralis plumbea, Parisiis adservata: Caput senis barbati, in occipite nota: V. in margine:

MVNICIPIVELITERFEL. ex altera parte: caput iuvenis cum inscriptione: IVVENAVELITERFEL. id est, Viscontio interprete: *Iuvenalia Veliterna feliciter*. Vides municipium hic Velitras dici, quae in lap. est colonia. Cfr. Cardinali p. 20.

1741. FORTVNAE ‖ AVG ‖ AET[1]) ‖ PROCVLINA ‖ VS. — In Britannia, loco mihi ignoto. *Philosoph. Transact.* T. 43. p. 160. Saxii *Miss.* 2. p. 244.

1) *Aeternae.* Sax.

1742. * FORTVNAE BARBATAE ‖ SACR ‖ L. AVRELIVS MARCELLIANVS ‖ AVG. LIBERTVS. EXCERPTOR[1]) V. S. L. M. — Romae. Spon *Misc.* p. 104, 74. Mur. 81, 2.

1) Murat. melius habet EXCEPTOR (ἐκλήπτωρ v. Fabrett. p. 683. potius, quam ταχυγράφος, notante Hagenb. *Mss.* ad Spon l. l.) Ceterum est Ligoriana, eoque nomine suspectissima. Scil. ab Augustino *de Civ. Dei* 4, 11. memoratur *Fortuna barbata*, cuius aediculam in urbis regione secunda collocat Panvinius. Hinc sumpsit homo fraudulentus.

1743. FORTVNAE BON ‖ SACRVM ‖ L. VIB. LATRO CLEMENS ‖ V. S. L. M. — Perusiae. Maffei *Osserv. lett.* 5, 217. Mur. 1983, 8. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 241.

1744. FORTVNAE BONAE ‖ DOMESTIC. SACR ‖ Q. PAETIN. SENILIS ‖ V. S. L. L. M. — Albae Iuliae. Grut. 74, 5. Seivert. p. 163, 237.

1745. FORTVNAE ‖ CONSERVA‖TRICI L. SENECIA‖NIVS. MAR‖TIVS. LEG. VI. VICT. — Bathoniae. *Philos. Transact.* T. 14. p. 457. Mur. 81, 4.

1746. * FORTVNAE EQ.[1]) SACRVM ‖ M. VLPIVS M. F. PAL. ARRONIMVS EQ ‖ ET VLPIA MVSA ‖ PRO SALVTE FIL S ‖ VOT. SVSC. LIB. MER. *A latere:* VLPIAN‖VS ET EV‖TVCHIA LIB ‖ EX VOT ‖ PERAGE ‖ CVRARVNT. — Romae. Antii ponit Mur. 82, 1.; Romae Fabrett. p. 752, 591.

1) Equestri. Cfr. Grut. 75, 4. Est tamen Ligoriana, ac valde suspecta propter insolita compendia LIB. MER. — et PERAGE, maximeque nudum illud EQ. pro EQ. ROMANVS, post mirum *Arronimi* nomen.

1747. GRATAE FORTVNAE ‖ SACRVM ‖ L. SILVIVS L. F. APRVSI‖ANVS P. T.[1]) APRVSIA SABINA. ‖ V. V.[2]) — Prope Palam. Don. p. LVI.

1) l. ET. 2) Vti Voverant.

1748. GENIO LOC ‖ ET FORT. MAGNAE ‖ Q. APPIANVS ‖ MATERNVS PRO SE ET M ‖ VETIO BEL‖LATOR. EX ‖ V. L. S. SOL. M.[1]) — Albae Iuliae s. Carolinae. Seivert. p. 158, 227.

1) Non est, ut vult Seivertus, *ex voto lubens suscepto solvit munus*, sed L. S. coniungendum, ut sit *Ex voto LibenS solvit merito.*

1749. IOVI O. M ‖ FORTVNAEQVE ‖ MELIORI AVG ‖ ET DIS DEABVS‖QVAE (*sic*) COMMVN‖IBVS. M. GELLIVS ‖ STEPHANVS

IVN ‖ CVM STEPHANO PATRE ‖ DOMV TERTIANA. EX ‖ DIRVTION. RESTIT. DEDICARVNTQ. — Spoletii. Grut. 3, 9.

1750. FORTVNAE OBSEQVEN‖TI SACRVM ‖ FLAVIA MODESTINA ‖ PERP. EIVS ANTISTES [1]) ‖ EX VOLVNTATE TEREN‖TI AEMILIANI VIRI ‖ SVI. IN PRAEDIO A PATRE FL. MODESTO ‖ SALACIENSI SIBI ‖ RELICTO. A. L. F. [2]) — In Lusitania in territ. Ferrariensi. Grut. 75, 8.

1) pro *Antistita*. 2) animo libenti fecit.

1751. LEVCAE ANSPA‖NIAE L. OCCVSIA ‖ VENVSTA. MAG. ‖ DEAE OBSEQVEN‖TI. [1]) D. — Aquileiae. Gud. 22, 2. Bertoli A. d'A. p. 79, 48. Mur. 94, 8. Hultmann *de serv. binom.* p. 35.

1) Ita videtur intelligendum: *Occusia Venusta*, *magistra Deae Obsequentis*, *Leucae*, *Libertae Anspaniae posuit.* Deam Obsequentem Fortunam interpretatur Bertoli, conferens Fortunam Obsequentem, cuius templum Romae ad portam Capenam erat. *Magistrum Feroniae* dat Grut. p. 25, 12. *Obsequenti*, pro *Obsequentis*, ut *Sacerd. Iovi Tonan.* Grut. 307, 7. *Sacerdotis Iunoni* Mur. 157, 6. *Sac. Soli* Mur. 155, 1. notante Hagenb. Mss.

1752. * FORTVNAE OMNIVM GENT. ET DEOR ‖ IVNIA. AVILLIA TYCHE. D. D. — In monte Argentario. E Ligorio Don. Cl. 1, 117. p. 41. Mur. 83, 1. Merito suspectam Dorvillio ad *Charit.* p. 331. frustra defendunt Murat. et Saxius *Miss.* 2. p. 247.

1753. C. IVLIVS POLYBI DIVI ‖ AVGVSTI LIBERTI L ‖ ANTHVS ‖ SALTVM FORTVNAE OPIFERAE ‖ RESTITVIT. PRO SALVTE ‖ POLYBII LIBERALIS PATRIS. — Tibure. Grut. 75, 9. Morcelli *St.* 1. p. 25.

1754. FORTVNAE PRAETORIAE ‖ L. MVCIVS NICEPHOR ‖ MAG. HERCVL. AVG ‖ GN. COPONIVS EPAGATHVS ‖ CVRATORES [1]) PRIMI D. S. P ‖ CVLTORIBVS D. D. — Tibure. Mur. 83, 3. 1991, 10. Don. 1, 137. Morcelli *St.* 2. p. 33. Saxius *Miss.* 2. p. 247.

1) Mur. male *Curator.* ita Magistri primi ap. Fabrett. p. 487, 168. De Herculaneis Augustalibus vide inter *Sacerdotia.*

1755. FORTVNAE ‖ COH. I. BATAVOR ‖ CVI PRAEEST ‖ M. ELACCINIVS ‖ MARCELLVS PRAE. — Cilarni (Colerton.) *Philos. Transact.* T. 19. p. 661. Mur. 81, 3.

1756. GN. FLACCVS Q. FVL F. DE‖CVMAM PARTEM HERCV‖LI ET PRO REDITV FELI‖CISSIMO EX AFRICA VI‖BI FRATRIS ET PRO SAL [1]) ‖ PETINAE MATRIS SIGNA ‖ AVREA FORTVNAE PRAEN ‖ ET FERONIAE SANCTIS‖SIMAE DD T. VINIO COS. [2]) — Prope Lugnanum in lam. aerea. Mur. 307, 5. Maff. *Mus. Ver.* 471, 2.

1) salute. 2) p. Chr. 69. post mortem Galbae, Vinii collegae.

1757. FORTVNAE PRIMIGENIAE ‖ MARCIVS TELESPHORVS ‖ VOTVM SOLVIT. — Praeneste. Mur. 83, 4. Alia Fortunae ἐπίθετα ap. Mur. 81. seqq. e Ligorio desumpta sunt: v. c. EQVESTRI.

(cfr. Tac. *Ann.* 5, 71.) FELICI — PLACIDAE — PVGNATORVM vel PVGNATORIAE — VICINAE FORTVNAE. commenticia omnia.

1758. FORTVNAE PRIMIGENIAE ‖ TI. CLAVDIVS ‖ THERMODON ET METIA M. F ‖ LOCHIAS EIVS ‖ SIMVLACRA DVO SPEI ‖ COROLITICA[1]) D. D. — Praeneste. Grut. 76, 9.

1) e marmore coralitico; Plin. H. N. 36, 8, 13.

1759. PRO SALVT ‖ C. CAESARIS ‖ AVG. GERM. ET REDITV ‖ F. P. PR[1]) ‖ THESIS[2]) ‖ Q COSIDIVS TERTIVS ‖ D. D. — Praeneste. Morcelli *St.* 2. p. 322. Visconti *Mus. Pio-Clem.* 2. p. 88. ed. Med.

1) Fortunae Primigeniae Praenestinae. 2) παρακαταβολή, solvenda, quum voti damnatus esset. v. Visconti. Morcellius minus bene ἀνάθημα, donarium, explicabat.

1760. FORTVNAE REDVCI ‖ RVFVS COL. DISP. ARCE SVMMAR[1]) ‖ OMNI CVLTV EXORNAT. DE SVO POSVIIT. IDEMQVE DECRETO DECVR. ET ORDIN. TEMPLVM ‖ A SOLO SVMPTV SVO MAXIMO CONLATO ‖ PERFICIENDVM CVRAVIT. CVIVS DEDICATIIONE SINGVLIS IN COLLEGIO HS. XX. N. DED ‖ DEDICATAM XII. KAL. AVG. ORFITO ET MAXIMO COS[2]) ‖ SI QVI CLIPEVM[3]) PONERE VOLET. DABIT ARCE HS. II. N. — Asculi. Grut. 1014, 1. et 1072, 3. sed correctius ap. Marini *Atti* 2. p. 663.

1) Coloniae Dispensator Arcae summarum. *Dispensator Arcarius.* Murat. 2051, 1. 2) p. Chr. 172. 3) de his clipeis honorariis et votivis v. Morcelli *Stil.* 1. p. 26. et 152.

1761. FORTVNAE REDVCI ‖ ET IOVI SERENO ‖ DIIS DEABVSQVE ‖ SVB QVORVM TVTELA ‖ AVGG. MILITANT[1]) ‖ C. STATIVS PLAVTIIANVS D. D. — Romae. Grut. 77, 6. Morcelli *St.* 1. p. 19.

1) Augusti, Severus et Antoninus, militant in Britannia. Ceterum *Iovem Serenatorem* habet Grut. 23, 1.

1762. FORTVNAE REDVCI. LARI VIALI ‖ ROMAE AETERNAE. Q. AXIVS AELIAIINVS VE.[1]) PROC. AVG ‖ IONI[2]) — Albae Iuliae. Grut. 78, 1.

1) *Veteranus* aliquis explicaret ex Grut. 4, 8, nisi ib. 37, 11. de eodem homine, cuius quinque praeterea in Transilvania exstant lapides, (Grut. 4, 8. 37, 11. 78, 2. 102, 4. cum seq.) clare exstaret V. E. i. e. vir egregius. 2) Quid haec sibi velint, nemo adhuc divinavit, etsi accedit ex Koeppenio in *Wiener Jahrbücher.* T. 24. *Append.* p. 21. sequens inscriptio, iamdudum tamen a Schwarzio in *Opusc. ed. Hurles.* p. 230. edita et illustrata:

1763. *ΑСΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ* ‖ *ΥΓΙΕΙΑ ΘΕΟΙϹ* ‖ *ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΙϹ* ‖ *ΑΞΙΟϹ ΑΙΛΙΑΝ* ‖ *ΟΝΕΩΤΕΡΟϹ Ευ*‖*ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΟΝ* ‖ *ΙΟΝΙΟϹ*. — (Hermannstadt.) *ΙΟΝΙΟϹ*, inquit Schwarz, fortasse nomen artificis. Sed hoc quoque satis incertum.

1764. II SIGN. FORTVN ‖ RED. SACRVM ‖ II VOT ‖ C. TVLLIO VRBANO ‖ ET TVLLIAE EPICARPIAE ‖ S. P. D. D ‖ L. FVRIVS SERVS ‖ VOT. E CVR.[1]) — Lavinii. Grut. 78, 6.

1) i. e. Duplex signum Fortunae Reduci sacrum, duobus votum C. T. V. et T. E. sua pecunia dedicavit s. dono dedit L. F. S. voti eorum curator. Hagenb. Cfr. Grut. 8, 2. corrupte ap. Mur. 84, 3.

1765. *FORTVNAE RESPICIENTI DIANAE ET PROSERPINAE PROPITIAE ‖ DONVM D. P. S. DEDIT L. FREGANIVS C. F. MACER. DECVR. CREMONAE. — Ravennae. Grut. 1072, 6. In Arce Cerviae. Mur. 84, 5. 1042, 1. Cremonae. Bianchi *marm. Crem.* p. CCCX. Titulus suspectus etiam propter διττογραφίας.

1766. FORTVNAE AVGVSTAE ‖ RESPICIENTI ‖ M. AVR. CTESIAS ‖ IVNIOR EX VISV. — Romae. Grut. 79, 1.

1767. FORTVNIS ‖ SALVTARIBVS ‖ AESCVLAPIO HYG*iae* ‖ Q. VENIDIVS RVF*us* MARIVS MAXIM*us* ‖ CALVINIANV*s* ‖ LEG. LEG. Ī. M. P. *f.* ‖ LEG. AVG*g. pr.* PRA*et* ‖ PROVINC. CI*li*C*iae*. D*edicav.* — In arce Godesberg, prope Bonnam. Grut. 79, 2. Cfr. Gudium *Inscr.* p. 69. fin. Supplementa sunt Hagenbuchii.

1768. MVTILLIA ‖ ALBANA ‖ HOSIRI ET ‖ FORTVNAE ‖ SVPERAE ‖ IMPERIO POSVIT. — Loco mihi ignoto. — Spotorno *Trattato* 2. p. 190. ex Riccio (*Memorie d'Albano.*)

1769. TI. CLAVDIVS AVG. L ‖ DOCILIS ‖ AEDITVS (*sic*) AEDIS ‖ FORTVNAE TVLLIANAE.[1]) — Romae. Fabrett. p. 749, 1. Donati 1, 82, 9.

1) Sic FORTVNA TORQVATIANA. Spon *Misc.* p. 103. — FLAVIA Grut. 75, 5. Inter reliqua epitheta reperiuntur CONSERVATRICI Grut. 75, 2. PVBLICAE (Albae Iuliae) ib. 77, 5. REGINAE. ib. 78, 7.

1770. NVMINI FORTIS FORTVNE ‖ M. AVRELIVS ‖ MARINVS MIL. ‖ COH. VII. PR. P. V.[1]) ‖ SEVERIANE 7 ‖ SEROTINI ‖ LIBENS CVM ‖ SVIS VOTVM ‖ SOLVIT. — Romae. Grut. 1013, 10. Visconti *Ienkins* p. 114.

1) *Praetoriae Piae Victricis.* Visconti. (Grut. 40, 9. Gud. 152, 9.) Fabr. p. 218. contra *Praetoriae Praetorii Vrbis.* Sed verum est *Praetoriae Piae Vindicis.*

§. 27. FATA. PARCAE. BONVS EVENTVS. NEMESIS.

1771. FATIS[1]) ‖ Q. FABIVS ‖ NYSVS ‖ EX VOTO. — Valentiae Hispan. Grut. 98, 1. cfr. 2.

1) cfr. Isidor. *Origg.* 8, 11. p. 113. Ed. du Breul. *Tria autem Fata fingunt* cet.

1772. FATIS ‖ OCTAVIA SPERATA VOTVM ‖ SOLVIT ‖ LIB. MVN.[1]) — In agro Caprulano. Mur. 89, 4.

1) libero munere Hagenb. Mss. (?)

1773. FATIS FAT[1]) ‖ DRVINVS M . . . . . . ‖ ARRI. MVCIANI . . . .[2]) ‖ ACTOR PRAEDIORV ‖ TVBLINAT.[3]) TEGVRIVM[4]) (*sic*) ‖ A SOLO IMPENDIO SVO FECIT. ET. IN. TVTELA. EIVS ‖ HS. N. CC. CONLVSTRIO[5]) ‖ FVND. VETTIANI DEDIT. — In castello Toblino, reg. Tirolensis. — Mur. 89, 3. longe correctius in Labus *Dissertazione* p. 67.

1) *fatalibus* Hagenb. et Labus. 2) M. Nonii Arrii Muciani consulis a. p. Chr. 201. Labus. 3) Tublinatium. 4) „*Questa voce manca al gran lessico Forcelliniano*, e *significa edicoletta o tempietto sostenuto da quattro colonne*, e *aperto per ogni lato. Di simili edicole veder si posson le imagini sulle medaglie raccolte ed illustrate da*

Filippo Venuti nelle Dissertaz. accadem. Cortonesi T. 2. p. 211. Labus. „Certo è, (mihi scripsit idem Vir doctissimus) che in Anastasio Bibliotecario abbiamo: *fecit tigurium ex argento*, e nella Vita di Aldrico vescovo: *fecit tegurium, quod et ciborium vocatur*." 5) De ritu ipso agros lustrandi (*Catonis* R. R. C. 141. *Virgil. Ge.* 1, 338. *Tibull.* 2, 1.) accipit Labus. „Suspicor *collustrium* esse collegium eorum, qui communibus lustrationibus fundorum uterentur." Hagenb. Mss.

1774. FATIS DIVIN || ET BARBARIC[1]) || V. S. L. M || POSTVMIA. P. L || CALLIRHOE. — Aquileiae. Labus *Dissertaz.* p. 109., quem vide hinc vindicantem suspectam Maffeio A. C. L. p. 377.:

FATIS || DERVONIBVS || V. S. L. M. M. RVFINVS || SEVERVS. — (quae hodie quoque exstat Brixiae in monasterio S. Dominici, e vico Calvagesio illuc translata.) explicatque *deruentibus; deruones*, ut *bibones*, *comedones*, *gerones*, cet. — nisi tamen, ut mihi videtur, potius est nomen *ἐπιχώριον*.

1) divinis et barbaricis.

1775. FATIS AVG[1]) || SAC || Q. BABIENVS || PROCVLVS || CVM SVIS || V. S. L. M. — Aquileiae. Labus *Diss.* p. 110.

1) Augustis.

1776. GENIO LOCI || FORTVNAE REDVCI || ROMAE AETERNAE || ET FATO BONO || C. CORNELIVS || PEREGRINVS || TRIB. COHORT || EX PROVINCIA || MAVR. CAES || DOMO SETEDES[1]) || DECVR . . . *in aversa parte:* VOLANTII. VIVAS. — Elenburgi in Cumbria, Grut. 107, 5. correctius 1017, 7.

1) Fortasse corruptum. Priore loco Grut. habet: DOMOS. AEDES. Gud. de Sitifi cogitat. v. Anton. *Itin.* p. 29. Wess.

1777.

TELEPHVS HÁC SÉDE IVCVNDA POTHVSQVE QVIESCENT
DÉBITA CVM FÁTIS VENERIT HÓRA TRIBVS
HIC LOCVS HEREDI NE CESSERIT. INVIOLATI
SINT CINERÉS TVM QVÓS CÁNA FAVILLA TEGET.

TELEPHVS. IIIIII VIR. SIBI ET SVIS. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 170, 3. Procop. *Goth.* 1, 25. *τὰ τρία φάτα, οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὰς μοίρας νενομίκασι καλεῖν.*

1778. PARCIS || CORNELIA C. F || TALLIAS || EX VISV. — Iulii Carnici. Communicata mecum a Io. Labus, V. Cl.

1779. LOCO PVBLIC. DAT. D. D || PARCIS AVG. SACR || L. CASSIVS VERVICI F. NIGRINVS VI VIR. AVG || V. S. L. M. — Veronae. Grut. 97, 9. Mur. 89, 6. Maff. *Mus. Ver.* 87, 1.

1780. BONVM. EVENTVM. BENE. COLITE. — Rutupiae (Rochester) in opere musivo. Kruse *Archiv.* 2. p. 182.

1781. BONVM || EVENTVM || MVNICIPIO || MVNICIPIBVS || ET INCOLIS ASI||SINATIBVS || Q. TIRESIVS || PRIMIGENI. LIB. CAMPANVS || VI. VIR AVG || S. C. L. D.[1]) — Asisii. Marini *Atti* 1. p. 237.

1) i. e. Senatus Consulto locus datus. Contra ibid.:

1782. EPHEBVS AVCTI F. BIMVS || ET MENSVM III. DIES

XIIII ‖ VIXIT ‖ NOLITE DOLERE PARENTES EVENTVM ‖ MEVM. PROPERAVIT AETAS ‖ HOC DEDIT FATVM MIHI.

1783. BONO EVENTO. — Veronae. Mur. 92, 1. cfr. Grut. 101, 7, 8. Mur. 1984, 7.

1784. EVENTVI AVG ‖ FELICITER ‖ VICTORIIS AVG ‖ FELICITER. — Romae; ex Donio 1, 146. Mur. 92, 2.

1785. DEO SA‖NCTO EV‖ENTO. FL ‖ FRONTO ‖ EX PRAE‖CEPTO. — Bracarae. Mur. 1984, 7. cfr. 92, 1, 2. De *Bono Eventu* v. Eckhel D. N. T. 5. p. 303. in nummis Scriboniorum.

1786. *ΑΓΑΘΩ. ΔΑΙΜΟΝΙ.* AGATHO. DAEMONI ‖ SACRVM. E. V. S.[1]) — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* 1. p. 53.

1) e voto suscepto.

1787. NEMESI AVG ‖ VITALIS ‖ CARON ‖ V. S. — Vindobonae. Maffei *Mus. Ver.* 249, 1.

1788. NEMESI ‖ AVG. SAC ‖ G. LECAN‖IVS VITA‖LIS QVI ET ‖ SERPVLLI‖VS LIB. . . . . POS. — Polae. Stancovich *Pola* p. 100., qui, quum in fine haud legatur: V. S. L. M., male, si quid video, de Nemesi femina, Augustae sacerdote, interpretatus est.

1789. NEMESI ‖ AVG. SAC ‖ HELIODORVS AVG. N. VIL ‖ STAT. SAVAR[1]) ‖ PRO SAL. SVA ‖ ET SVORVM ‖ V. S. L. M. — Sabariae. Mur. 88, 7. (*Villicus stationis Savariensis*, interpretor ego.)

1) Stator Savariae s. Sabariae. ut: Stator Calaronensis. Gud. 64, 1. Hagens. Mss.

1790. NEMESI ‖ SANCTAE ‖ CAMPESTRI PRO SA‖LVTE DOMINORVM ‖ NN. AVGG. P. AEL. P. F ‖ AELIA[1]) PACATVS ‖ SCVPIS.[2]) QVOD COH. DOC‖TOR VOVERAT. NVNC ‖ CAMPI DOCTOR CHO. I ‖ PR. P. V.[3]) SOMNIO ADMO‖NITVS POSVIT II.[4]) — Romae in museo Borgiano. Grut. 80, 2. et quasi inedita esset ap. Vermiglioli *Iscriz. Perug.* T. 2. p. 482.

1) Tribus nomen. v. Fabrett. p. 134, 94. Marini *Atti* 2. p. 443. Vermiglioli corrupte NELLA. 2) *Scupis* non est nomen militis, ut putare videtur Vermigliolius, sed patriam eius significat *Scupos*, hodie *Uskub*. 3) *Praetoriae Piae Vindicis;* Verm. male: P. R. D. V. 4) *Iterum*, quia fortasse somnio illi semel positum fuisse non suffecerat. Mazocchius tamen: L. L. i. e. libentissime. Ceterum cfr. Grut. 80, 1. Deae Nemesi sive Fortunae et 80, 5.

1791. ° VIRGINI VIC‖TRICI. SANCTAE ‖ DEAE NEMESI ‖ M. AVRELIVS ROMANVS ‖ OPTIO KARC[1]) ‖ CHOR. XII. VRBANAE ‖ GORDIANAE ‖ D. D. — Romae in aedibus Pomponii Laeti. Grut. 80, 5. Suspecta est non sine causa Maffeio A. C. L. p. 284.

1) *Carceris* explicant, munus alias inauditum.

§. 28. EPONA. MEFITIS. FEBRIS. DII CERTI.

1792. EPONE AVG ‖ IANVARIVS. EQ. LEG ‖ II AD. P. F ‖ V. S. L. M. — Vacii. Sestini p. 262.

1793. IVSSV DEORVM C. VALE . . . ‖ HERCVLI. EPONAE[1]) S . . . . ‖ CVLAM RESTITVE . . . ‖ SALVTEM SVAM ET . . . . ‖ PROCVLO MVLIIS. — Romae. Don. p. 38, 102.

1) vide Gorium. Tertull. *Apol.* 6. Plerique credunt, eandem esse cum Hippona Appuleii. *Met.* L. 3.; sed derivatum videtur nomen ab ἐπὶ et ὄνος. ut illud ab ἵππος. Habet fragm. istud etiam Mur. 141, 6., ubi inter *Herculi. Eponae* inserend. censet: ET. (ut Grut. 87, 5.) contradicente Hagenb. Mss. Ea quidem omissio locum habet in tribus v. c. Deorum nominibus: Marm. Oxon. *ed. Prideaux.* p. 308. SILVANIO. HERCVLI. LIBERO TI. IVLIVS ALEXANDER D. D. DIIS SANCTIS. quod dedimus supra N. 1612.

1794. CAMPES.[1]) ET EPONAE ‖ ALA. ISI. N. G. HP. CR. QVI ET ‖ AEL. BASSIANVS. PRAEF ‖ V. S. L. L. M. — Pinoberg prope Danubium. Grut. 87, 6.

1) Campestribus. Aliam Eponae dicatam v. N. 402.

1795. MEFITI ‖ L. CAESIVS ‖ ASIATICVS ‖ VI VIR FLAVIALIS ‖ ARAM ET MENSAM ‖ DEDIT. L. D. D. D. — Cremonae. Bianchi *Marmi Crem.* p. CCXCVIII. Laude Pompeia ponit Grut. 96, 10.

1796. *FEBRI DIVAE. FEBRI ‖ SANCTAE. FEBRI MAGNAE ‖ CAMILLA AMATA PRO ‖ FILIO MALE AFFECTO P. — Ad sacellum Ostrohiense in Transilv. Grut. 97, 1. Inscriptio non omni suspicione carens.

1797. CARPVS. AVG. L ‖ PALLANTIANVS ‖ SANCTIS ‖ DRACONIBVS D. D. — Romae. Lupi *Dissertaz.* p. LXXI. ingeniose huc refert locum Taciti *Annal.* XI, 11. de vulgi in Neronem adolescentulum studio: *vulgabatur adfuisse infantiae dracones in modum custodum.* Hanc igitur superstitionem callide arripuit adulator ille, *Claudii* a Pallante libertus. Confer tamen Fabrett. p. 90, 177.: Aquae Anionis veteris Castelli viae Latinae *contra Dracones.*

1798. Fragm. Actor. Fratr. Arval. Tab. XXXII. p. CXLV. ed. Marini:

L. TVTILIO PONTIANO GENTIANO COS. VI. ID. FEBRVAR. ‖ IN LVCO DEAE DIAE Q. LICINIVS NEPOS. MAG. OPERIS INCHVANDI CAVSA QVOD ‖ IN FASTIGIO AEDIS DEAE DIAE FICVS INNATA ESSET ERVENDAM ET AEDEM REFICI‖ENDAM IMMOLAVIT SVOVETAVRILIBVS MAIORIBVS. ITEM AD AEDEM DEAE DIAE BOVES FEMINAS II. IANO PATRI ARIETES II. IOVI BERBECES II. ALTILANEOS ‖ MARTI ARIETES ALTILANEOS II. IVNONI DEAE DIAE OVES II. SIVE DEO SIVE DEAE OVES II. VIRGINIBVS DIVIS OVES II. FAMVLIS DIVIS VERBECES DVOS. LARIBVS VERBECES DVOS. MATRI LARVM OVES DVAS. SIVE DEO SIVE DEAE IN CVIVS TVTELA HIC LVCVS LOCVSVE ‖ EST OVES II. FONTI VERBECES II. FLORAE OVES II. VESTAE OVES II. VESTAE MATRI OVES II. ITEM ‖ ADOLENDAE COMMOLANDAE 1) DEFERVNDAE OVES II. ITEM ANTE CAESAREVM DIVIS N XVI VERBEC. IMMOLAVIT N. XVI. — De singulis hic memoratis consule Marinium.

1) alibi *Commolendae.* et Tab. 43. *Coinquendae*, i. e. Deae, quae adolendi commolendi s. coinquendi et deferendi actioni praeest. v. Marini. p. 380.

§. 29. ROMA. NVMINA AVGVSTA. HISTRIA. DACIA.

1799. IOVI OPTI‖MO MAXIMO ‖ DIIS DEABVS‖QVE IMMOR‖TALIBVS ET ROMAE ‖ AETERNAE ‖ LOCRENSES. — Hieracii in Calabria. Mur. 1054, 5.

1800. . . . . DIC. Q . . ‖ ROM. ET. AVG ‖ CONCIVIVM. ROM . . ‖ . . . TANNIA. ANN. VII ‖ . . EQVIT. CYREN. ANN. VI. — Veronae. Grut. 105, 7. Mur. 1099, 5. Maffei *Mus. Ver.* 87, 5.

1801. DEO AVG ‖ T. LAPPONI(*us*) ‖ DOMITIA CASSIA ‖ VSLM ‖ LDDD. — Veronae. Grut. 17, 11. Maffei *Mus. Ver.* 95, 3.

1802. VALVAS. SIGNA. DEORVM AVGV . . 1) ‖ Q. BADVSIVS Q. L. DELPHICVS VI. VIRI ET VI VIRI AVGVSTALES ‖ DEDICATIONE. EPVLVM. — Pisauri. Marm. Pisaur. p. 4, VIII.

1) in plerisque similibus Inscriptt. (Grut. 320, 1. 2. 378, 1. cet.) legitur: DIVORVM. cfr. Vopisc. *Tacit.* 9. „*Divorum templum fieri iussit, in quo essent statuae principum bonorum.*"

1803. NVMINI DOMVS AVGVSTORVM. VICTORIAE SACRVM ‖ GENIO COLLEGI TIBICINVM ‖ ROMANORVM Q. S. P. P. S. 1) ‖ A. TVCCIVS Q. Q. II. ‖ S. P. D. D. — Romae. Reines. p. 184, 167.

1) „qui sacris publicis praesto sunt." Rein.

1804. NVMINIBVS ‖ AVG. 1) FANVM ‖ PLVTONIS ‖ ANDECAMVLE‖NSES DE SVO POSVER. — In vico Rancon in Lemovicibus. Grut. 112, 6.

1) non tam *Augustis*, quam *Augustorum* cfr. Grut. 112, 4. 5. Est formula plerumque in lapp. Gallicanis obvia. NVMINI AVGVSTI SACRVM habes Grut. 112, 7.

1805. NVMINIBVS AVGVSTI (*sic*) ‖ ET GENIO TREVIRORVM ‖ IOVI SAC. LVC. AEL ‖ ARAM FACIT. — Treviris repertum 1781. Huepsch. p. 46, 1.

1806. I. O. M ‖ ET NVMINIB. AVG ‖ M. VARIVS SEVERVS ‖ B. COS 1) ‖ ARAM CVM ‖ CANCELLIS ‖ D. S. P. 2) — Dorchester. Mur. 12, 4.; et 130, 1. Saxii *Miss.* 1. p. 39.

1) Beneficiarius Consulis. 2) de suo posuit.

1807. Vt supra Romam in Deorum numerum relatam vides, sic, quod longe rarius est, Provinciam quoque Histriam:

HISTRIAE FANVM ‖ AB C. VIBIO VÁRO PATRE INCHÓATVM ‖ Q. CAESIVS MACRINVS. PERFECIT. ET DEDICAVIT. — Quacum iungenda:

1808. FORTVNAE FANVM AB C. VÍBIO VÁRO PATRE INCHOÁTVM ‖ Q. CAESIVS MACRINVS. PERFECIT. ET DEDICAVIT. — Vtraque ex Histria Patavium, indeque Veronam translata. Reines. p. 277, 39. et 40. Maffei *Mus. Ver.* p. 88, 2. et 85, 4.

1809. I. O. M ‖ ET CETERIS DIIS ‖ DEABVSQVE IM‖MORTALIBVS ET DA‖CIAE ‖ PRO SALVTE DOMI‖NI N. M. AVR. ANTONI‖NI PII. FELICIS AVG. N ‖ C. AVR. SICILIVS TRIB ‖ LEG. XIII G. ANTONI‖NIANAE PRID. NON. APRIL ‖ LAETO II. ET CEREALE ‖ COS. 1) — Albae Carolinae. Seivert. p. 26, 31.

1) p. Chr. 215.

§. 30. ANNONA. CONCORDIA. FIDES. LIBERTAS. MENS BONA. PIETAS. SALVS. SECVRITAS. SPES. TVTELA. VICTORIA. VIRTVS ET HONOS. CET.

1810. ANNONAE SANCTAE ‖ AELIVS VITALIO ‖ MENSOR PERPETVVS ‖ DIGNISSIMO [1]) ‖ CORPORIS PISTORVM ‖ SILIGINARIORVM ‖ D. D. — Romae. Grut. 81, 10.

1) Pigh. *dignissimi.*

1811. M. ARTORIVS. GEMINVS ‖ LEG. CAESAR. AVG. PRAEF. AERAR. MIL ‖ CONCORDIAE. — Romae in parietinis aedis Concordiae. Nardini 2. p. 196. v. in sectione: *Roma. Reg. VIII.* — *Concordiae* collegiorum quoque passim tituli fuerunt dedicati. v. in sectione: *Collegia.*

1812. (*Magister nomine*) COLLEGII (*Fratrum Arvalium*) ‖ (*immolavit*) IN CAPITOLIO OB NATALEM [1]) NERO‖(*nis Caesa*)RIS AVG. GERMANICI IOVI B. M [2]) ‖ (*Iunoni*) VACCAM. MINERVAE VACCAM. FELICI‖TATI PVBLICAE VACCAM. CONCORDIAE VACCAM ‖ GENIO IPSIVS TAVRVM. IN COLLEGIO ADFVERVNT ‖ SVLPICIVS CAMERINVS MAGISTER. M ‖ APONIVS SATVRNINVS. C. VIPSTANVS ‖ APRONIANVS. L. SALVIVS OTHO. TITIA‖NVS. T. SEXTIVS AFRICANVS. — Act. Fratr. Arval. Tab. XVI. Marini p. CXX.

1) XVIII. Kal. Ian. p. Chr. 60. 2) Bovem marem.

1813. CONCORDIAE ‖ AVG. SACR ‖ RAEDONII VIC‖TORINVS TERTIVS ‖ ET INGENVVS ‖ FRATRES ARAM ‖ CVM SIGNO EX ‖ VOTO POSVERVNT ‖ L. L. M. — Lomasi. Maff. *Mus. Ver.* 380, 6.

1814. FIDEI ‖ PVBLICAE ‖ C. PVBLICIVS ‖ MELISSVS ‖ OB HONOREM IIIIII·VIRATVS. ƆƆ D. ƆƆ. — Barcinone. Grut. 99, 10.

1815. HONORI VITAE [1]) VIVENS ‖ SACRAVIT ‖ M. STATILIVS M. F. CLAVD ‖ SABINVS ‖ TRIBVNVS LEG. XX. V. P. — Tibure. Don. 1, 130. p. 46. Mur. 104, 4.

1) dictum ut HONORI VIRTVTIS, in celeberrimo templo urbano, unde postea in consuetudine factum est: *Honori Virtuti;* neque igitur absonum videri debet in milite. Moneo propter HAGENBVCH. Mss. — „An fuit, inquit, *Herculi Victori votum solvit?*" sed quid tunc faciamus verbo *sacravit?*

1816. LIBERTATIS AVG ‖ SIGNVM CVM ‖ SVA BASI ‖ C. FABIVS C. F. QVIR ‖ FABIANVS ‖ PECVNIA SVA D. D. — Antiquariae in Hisp. Don. 47, 134. Mur. 140, 3.

1817. SIGN. LIBERTATIS ‖ SACRVM ‖ Q. SQVATERIVS. Q. F. ANIEN ‖ NOVATIANVS ‖ PRAEF. FABR. TI‖BVRT. PATR. MVNICIP ‖ ET. INCVL. VI. VIR. AVGV‖STAL. FRAT. ARVAL. LOC ‖ D. S. P. D. D. — Marini *Atti* 1. p. CLXXIX.

1818. C. PETRONIVS OPTATVS ‖ MAG. MENT. BON ‖ STATVAM. BASIM PLVTEVM SACR. — Paesti. Marini *Atti* 1. p. 256.

1819. CN. CORNELIVS CN. L. PAPIA ‖ L. GALONIVS L. L. AGATOCL ‖ MAG. BONAE MENTI ‖ D. S. FAC. COER. — Neapoli. Mur. 90, 1.

1820. M. SEPTIMIVS C. F ‖ MENTI FIDEIQVE ‖ DEABVS PRAESENTIBVS. EX VOTO ‖ S. P. 1) — Vlpiae Traianae. Grut. 99, 7. Seivert. p. 156, 223.

1) *sacrum posuit* Seivert. Sed est potius, *ex voto suscepto posuit*, ut omnibus literis scriptum exstat Grut. 18, 6. Bochignani; sed ex Seiverto p. 160, 231. Albae Iuliae s. Carolinae:

1821. IOVI ‖ OPTIMO MAXIMO ‖ SERVATORI ‖ CONSERVATORI ‖ P. AELIVS CHRESTVS ‖ EX VOTO SVSCEPTO ‖ ARAM CONSACRAVIT. (sic Grut. Seivert: *consecravit.*)

1822. OPI DIVINAE ‖ C. SCILIVS C. F. QVIR ‖ NIGERIVS ‖ V. S. L. M. — Praeneste. Fabrett. p. 645, 386.

1823. PACI AVG ‖ T. DOMITIVS ROMVLVS ‖ VOTVM POSVIT. QVOD FIDE. COMISVM. 1) PHOEBV. LIBERTV 2) ‖ RECEPIT. — Narbone. Mur. 90, 3.

1) cum lineola supra litt. MIS., ut sit COMMISSVM. formula vix alias obvia. 2) Phoebus Libertus.

1824. PIETATIS ‖ SACRVM. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 61.

1825. PIETATI AVGVSTAE ‖ EX SC. QVOD FACTVM EST D. HATERIO ‖ AGRIPPA. C. SVLPICIO GALBA COS 1) ‖ TIB. CL. CAES. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIBVN ‖ POT. III. COS. IIII. IMP. III. 2) P. P ‖ DEDICAVIT. — Haud procul Roma. Grut. 101, 1.

1) p. Chr. 22. cfr. Eckhel D. N. 6. p. 150. 2) Numeri corrupti sunt, sed quinam eorum emendandi, incertissimum est. v. Eckhel D. N. 6. p. 240, 241. Tentavit Massonius in *Add. Holth.*; sed ii quoque numeri, quos hisce substituebat, corrupti sunt typothetarum fortasse culpa. — Ceterum huic titulo similem propter adulationem accensendi sunt ii, quos exhibet Grut. p. 101-105. FELICITATI AVG. 101, 4. VICTORIAE ET FORTVNAE AVG. ib. 10. VICTORIAE AVG. 103, 13. cet. TVTELAE AVG. 104, 11. PACI AVGVST. 104, 6. (LAVREAE AVGVSTAE. 104, 5. suspect.)

1826. PROVIDENTIAE ‖ AVGVSTAE SACR. — Reate. Fabrett. p. 694, 148.

1827. SALVTI ‖ SACRVM ‖ M. PAPIRIVS ALBINVS. V. S. L. M. — Signae in Latio. Donati 1. p. 15, 9.

1828. SALVTI ‖ VICINIA 1) ‖ CAPERE‖NSIS. — Olivae Hispan. Ponz *Viage* T. 8. p. 58.

1) i. e. vicinitas. Nomen enim proprium feminae hoc non videtur.

1829. SALVTI. PVBL‖ICAE SACRVM ‖ QVINTIVS. C. F ‖ LATINA ‖ CESTIANVS DVCE‖NIVS PROCVLVS. — Romae. Grut. 100, 2. Pro LATINA lege PALATINA.

1830. SECVRITATI ‖ HEMATHION ET ‖ CARPO. — Romae. Grut. 105, 5.

1831. SECVRITATI AVG ‖ SACRVM ‖ DECVRION. POPVLVSQVE ‖ COLONIAE PRAENESTIN. — Praeneste. Grut. 105, 6. Morcelli *St.* 1. p. 10.

1832. SPEI AVG ‖ SACR ‖ L. CORN. POTIT ‖ V. S. L. M. — Aquileiae. Bertoli A. d' A. p. 65. Murat. 90, 7.

1833. SPEI AVGVSTAE ‖ C. SACCONIVS ‖ VARRO TRIB. COH. Ī. MILIARIAE [1]) DELMATARVM ‖ V. S. — Ad fontem Timavi. Grut. 102, 3.

1) miro errore Ph. a Turre *Mon. Vet. Antii* p. 320. COH. IMILIANAE, et Bertoli A. d' A. p. 68. COH. IMILITANAE. Hinc S. A. S. in alio lap. Aquileiensi ap. Grut. 115, 7. a Turre p. 320. Bertoli p. 111. explicandum suadet Marini *Atti* p. 125. *Spei Augustae Sacrum*, potius quam *Saturno*, vel *Silvano Aug. Sacrum*, quod alibi hisce notis significatur. Habet autem sic:

1834. S. A. S. PROSAI [1]) ‖ AQVILINI ‖ VILICI AVGG ‖ ET TITI IVLĪ ‖ AQVILINI STRATONICVS. [2])

1) l. PRO SAL*ute*. 2) lege STRATONIC*e* *Votum Solvit*. cfr. Mur. 90, 8. Saxii *Miss*. 2. p. 256.

1835. SPEI. VIRTVTI. VICTORIAE ‖ D. D. D ‖ QVARVM NVMINE PROSPERI‖TAS ET HONOR. IMP. CAES ‖ TRAIANI SVCCESSV FELICI ‖ AVCTA SVNT. Q. AXIVS AELI‖ANVS PROC. NVMINI EIVS ‖ L. D. D. D. — Brettae Transilvan. Grut. 102, 4.

1836. Q. AQVILIVS DIONYSIVS ET ‖ NONIA FAVSTINIA ‖ SPEM [1]) RESTITVERVNT. — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* T. 1. p. 55. ed. Mil.

1) Statuam marmoream Deae Spei.

1837. FVSCVS AVGG ‖ NOSTRORVM ‖ VERNA ‖ VILICVS ‖ TVTELAE ‖ VOTVM ‖ REDDIDIT. — Romae. Grut. 1075, 5. De *Tutela* in lapidibus Hispaniensibus plerumque obvia cfr. Marini *Atti* 2. p. 375. et vide supra in §. Genii.

1838. VICTORI ‖ AVG [1]) ‖ VALERIVS ‖ SEVERVS PONTIF ‖ EX STIPE ‖ VELA ET ARAM. — Bracarae. Mur. 1984, 6.

1) *Victoriae Augustae* potius quam *Victori Augusto*. cfr. sequentem:

1839. VICTORIAE ‖ AVG. ET GENI‖O COLLEGĪ ‖ EIVS M. COC‖CEIVS L. AVG ‖ V. S. LAP. DD. [1]) — Ex Vlpiae Traianae parietinis. Seivert p. 41, 46.

1) leg. V. S. L. M. L. D. D. D. Corruptiores etiam typos habent Mur. 91, 6. Maffei *Osserv*. 1. p. 181. cfr. Saxii *Miss*. 2. p. 257., qui non nimis feliciter legit: M. Cocceius LVCIVS LAPID*em* *Dedit*.

1840. ARAM. VICTORIAE ‖ SEX. POMPEIVS MER‖CATOR VI. VIR AVG. PRAETER SVMMVM [1]) ‖ PRO HONORE D. D ‖ P S. P. — Panormi. Mur. 91, 4. collato Saxii *Miss*. 2. p. 257.

1) alterum a primo Seviro Aug. interpretatur C. H. A. in *Observ. Misc.* 1742, 4. p. 180. dubitante tamen Hagenb. Mss. Num VICTORIA IVSTA in lapp. inveniatur, v. N. 349.

1841. VICTORIAE ‖ ARMENIACAE. PAR‖THICAE. MEDICAE ‖ AVGVSTORVM ‖ SACRVM CIVITAS SIAGITANA ‖ DD. PP — prope Turuz in Africa. Maff. *Mus. Ver.* 457, 2. Videtur ad M. Aurelium Antoninum et L. Verum pertinere. *Sigitana civitas* utrum Numidiae oppidum *Sigus*, *Sugus*, unde alias *Suggitani* et *Siguitenses*, v. Morcellii

Afric. Christ. 1. p. 279., an potius *Siga* municipium. *Anton. Itin.* colonia *Ptolem.* in Maurit. Caes.?

1842. VIRTVTI ‖ ET ‖ HONORI L ‖ VLPIVS MARCELLVS ‖ LEG. AVG ‖ PR. PR.[1]) PANNON. INF ‖ V. S. — Essekhii. Grut. 100, 4.

1) Propraetor.

1843. DEAE VIRTVTI ‖ FATALIS NEGALAETI ‖ GRATI.[1]) LII.[2]) V. S. L. M. — Coloniae. Huepsch. p. 7, 17.

1) Corrupta haec. 2) leg. vel LIBertus, vel FILius.

§. 31. NVMINA ITALICA.

1844. ° L. MAGILIVS. L. F. PAVLLI‖NVS VARISCVS III. VIR[1]) ‖ SIGNVM ANCHARIAE[2]) ‖ SVA PEC. RESTITV ‖ L. D. D. D. — Faesulis ex schedis Holstenii. Gor. *Etr.* 2. p. 77, 1.

1) De triumviro Col. deducendae utrum accipiat, an legat IIII Vir, fluctuat Gorius; sed alibi quoque triumviri in municipiis reperiuntur, Aediliciae sc. potest., quos omnes in quatuorviros convertere vix licet. v. Morcelli *St.* 1, 246. 2) Tertull. *Apolog.* 24. *unicuique etiam provinciae et civitati suus Deus est ut — Faesulanorum Ancharia.* Non omni tamen suspicione caret isthaec inscriptio.

1845. RECEPTVS ‖ DIVI ANCHIALI. SER. VIXIT. AN. XII. — Piscinae. Marini *Atti* 1. p. 246. Martial. 11, 95. *Iura, verpe, per Anchialum.* Sed nostri lapidis lectio admodum est incerta. v. Marinium.

1846. ° FVFICIA ‖ C. FVFICI ‖ AMANDI ‖ F. IVSTA. MAG ‖ ANGITIIS ‖ D. D. — Sulmone. Mur. 113, 1. — Deae Angeronae (de qua exstat Diatribe Christoph. Saxii; Vltraiecti 1766. 4.) inscriptionem sinceram nondum reperi. In nostra idem Saxius *Mss.* 2. p. 289. cum Reinesio 1, 236. et Gud. 54, 9. leg. censet ANGITIAE. Ceterum e schedis haec quoque petita est, et admodum suspecta. cfr. Mur. 114, 2. DIS ANCITIBVS, non nimis certis.

1847. E fragmento Kalendarii Romani ap. Maffei *Mus. Ver.* 272, 11.:
. . . B IDI . . . . .
. . XVII. ANNAF (F pro E) PE . . . . — i. e. Annae Perennae. Eius festum celebrabatur Idibus Martiis. v. Rosin. *Ant. Ro.* p. 259. Hag.

1848. DEO. CAVTE[1]) ‖ FLAVIVS ANTISTIANVS ‖ V. E. DE DECEM PRIMIS[2]) ‖ PATER PATRVM.[3]) — Romae. Grut. 89, 4.

1) cfr. Reines. p. 178. Grut. 89, 5. CAVTO. PAN(*theo*). Ceterum pro CAVTE h. l. Verderii schedae CVIP. 2) cfr. Cuper. *Epist.* p. 553. 3) scil. Mithrae.

1849. ° EX AVCTORITATE IMP. CAES ‖ M. AVRELI. ANTONINI PII. FELIC ‖ AVG. PARTHIC. MAX. BRIT. MAX ‖ PONT. MAX. ET DECRETO. COLL ‖ XV. SAC. FAC. SERVIVS CALPVRNIVS ‖ DOMITIVS DEXTER ‖ PROMAGIST. ARAM CIRCES SANCTISSIME RESTITVIT ‖ DEDICAT. XVII. K. IVL. IMP. ANTONINO ‖ AVG. IIII. BALBINO II. COS.[1]) — Tarracinae, non in Taraconensi arce exstare dicit Morcelli *St.* 2. p. 24. cfr. Don. Cl. 1, 31. Mur. 353, 3.

1) p. Chr. 213. Donius non habet nisi ex schedis Nic. Alemanni, penes quas fides

sit huius lap. mihi suspecti. Etsi res ipsa extra dubium posita est: Cicero *Nat. Deor.* 3, 18. *Circen quoque coloni nostri Circeiienses religiose colunt.*

1850. DEIVAS ‖ CORNISCAS ‖ SACRVM. — Romae. Grut. 88, 14. v. Gud. 62, 6. Festum in *Corniscarum*. Gesn. ad *Scriptt. R. R.* p. 129. Ed. 1.

1851. CVNINAE FELICI ‖ SACR ‖ CLAVDIA HELPIS D. D. — Baiis. v. Mazellam. — Grut. 96, 9., qui Puteolis assignat.

1852. IMP. CAESAR DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI F. DIVI NERVAE IMP. TRAIANVS HADRIANVS AVG ‖ PONTIF. MAXS. TRIB POTEST. XI ‖ COS. III.[1]) MVNIFICENTIA SVA TEMPLVM DEAE CVPRAE[2]) RESTITVIT. — Prope Gruttas al mare. Grut. 1016, 2. v. Masdéu *Opusc.* p. 166.

1) p. Chr. 127. ante quam Patris patriae titulum admisisset. 2) Strabo L. 5. C. 4. p. 182. Tzsch. τὴν δ' Ἥραν Τυῤῥηνοὶ Κύπραν καλοῦσιν.

1853. MARICAE[1]) ‖ L. ALBIVS L. F ‖ TAVRISCVS ‖ BABVLLIA ALBIA ‖ DD. — In monte Casino. Fabrett. p. 694, 152. v. Gor. *ad Don.* 1, 31. p. 9.

1) Minturnensium praecipue fuit Dea. Cfr. Augustinum *de Civ. Dei* 2, 23.

1854. MAGNAE. DEAE ‖ NORTIAE. — Florentiae. Fabrett. p. 697, 189. cfr. R. Festus (Avienus) *de St ad Deam Nortiam.* Spon *Misc.* p. 99. Fabrett. p. 742, 507. cet. Wernsdorf. *P. L. M.* T. 5, 2. p. 1309.

1855. PELINAE[1]) ‖ BENEFICAE ‖ M. ALBIVS ‖ NICERATVS ‖ EX VOTO D. D. — Anxani in Frentanis. Mur. 99, 3.

1) Dea ἐπιχώριος. Similia, qui voluerit, petat ex Mur. 100. seqq., in quibus tamen spuriae quaedam deprehenduntur, Brixiana plerumque et Hispaniensia. cfr. etiam p. 106, 2. 107, 5.

1856. L. VIBIVS. SEVERVS. AEDILIS. IIII VIR ‖ Q. Q. SPLENDIDVS. EQ. ROMANVS. PATRONVS ‖ CIVITATIS SVPER. AEQVANORVM. ITEM ‖ PATRONVS. CIVITATIS. ANXATIVM. FREN‖TANORVM. ET PELTVINATIVM. VESTIN ‖ HIC. OB. HONOREM. AEDILITATIS. L. VIBII ‖ PVELLI. FILII. SVI. EQ. R. AC.[1]) DEAM PELINAM ‖ PRIMVS. HVIC LOCO. VENATIONEM. EDI‖DIT. DEINCEPS. LVDOS. SOLEMNES. L. VIBIVS. NEPOS. FILIVS. AED. IIII VIR. IVR. D ‖ EQ. R. PATRONVS. CIVITATIS. OB. NOMEN ‖ FRATRIS. SVI. TITVLVM. PVBLICE. DICA‖VIT. AVRELIANO. AVG. ET. BASSO. II. COS ‖ XVI. KAL. IVN.[2]) — In ecclesia S. Mariae Consolationis Terrae Secenarii. Omnia accurate descripta et collata sunt cum lapide invento a. 1657. Gud. 141, 9. Mur. 367, 1.

1) AD Mur. Fortasse verius, sive iungas: *L. Vibii Puelli* (sacerdotis, vel curatoris) *ad Deam Pelinam*, sive *ad Deam Pelinam* (in vicinia delubri Deae istius) *venationem edidit.* In Gudii lectione construe *ob honorem aedil.* cet. *ac* (ob) *Deam Pelinam.* 2) p. Chr. 271.

1857. PILVMNI titulum exspectabas fortasse ex Grut. 96, 4. Cumis:

PILVMNO SANCTISSIMO ‖ GENIO MVNICIPI SACRVM ‖ P. IVBENTIVS ANCHARIVS. II VIR. — Ex Onufrii Roma. — Verum collato typo Reinesiano p. 246, 296.: Cumis:

NVMINI SANCTISSIMO ‖ GENIO MVNICIPI ‖ SACRVM ‖ P. IVBENTIVS ANCHARIVS II VIR ‖ ET IVNIVS POLLVX MAIOR II VIR ‖ ET T. LARGIVS PAITVS AVGVR D. DD. — insignem vel errorem, vel fraudem statim animadvertes.

1858. PATRI REATINO SACRVM ‖ OB HONOREM AVGVST[1]) ‖ VI. VIRI AVGVST ‖ (*eorum nomina*) L. D ‖ D. D. — Reate. Fabrett. 30, 141. correctius quam ap. Grut. 96, 8. Vide, ne mox sequens N. 1862. ad eundem Patrem Reatinum, (alibi est Hercules Reatinus Mur. 181, 6. collato scil. Saxio *Miss.* 3. p. 67.) sit referendum.

1) AVGVST*alitatis*. Alii typi male vel AVGVSTI vel AVGVSTOR.

1859. SANCIO SANCTO. T. AELIS HELIS DD. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 90, 2. (*Helis* pro *Felis* Hagenb. Mss.)

1860. SEMONI ‖ SANCO ‖ DEO FIDIO ‖ SACRVM ‖ SEX. POMPEIVS SP. F ‖ COL. MVSSIANVS ‖ QVINQVENNALIS ‖ DECVR ‖ BIDENTALIS ‖ DONVM DEDIT. — Romae. Grut. 96, 5. v. Salmas. ad *Hist. Aug.* T. 1. p. 140. Hack.

1861. ° SANCTO SANCO ‖ SEMONI DEO FIDIO ‖ SACRVM DECVRIA ‖ SACERDOTVM BIDENTALIVM ‖ RECIPERATIS VECTIGALIBVS. — Romae. Grut. 96, 6. cfr. ib. 7. Murat. 96, 1. Priorem se Romae vidisse testatur Gudius; alias suspectam habuissem; posterior nititur sola Vrsini fide suspectissima.

1862. SANCTE[1]) ‖ DE DECVMA VICTOR TIBEI LVCIVS MVMIVS[2]) DONVM ‖ MORIBVS ANTIQVEIS PRO VSVRA HOC DARE SE SE ‖ VISVM ANIMO SVO PERFECIT. TVA PACE ROGANS TE ‖ COGENDEI AC DISSOLVENDEI TV VT FACILIA FAXSEIS ‖ PERFICIAS DECVMAM VT FACIAT VERAE RATIONIS ‖ PROQVE HOC ATQVE ALIEIS DONIS DES DIGNA MERENTI. — Reate. Grut. 96, 7. Mur. 96, 1. cuius typum dedimus.

1) *Sanco Fidio Semopatri.* Grut. 2) Sic Grut. MVNIVS. Mur.

1863. TVTILINAE. S. — Romae. Grut. 99, 6.

1864. SVPVNNAE ‖ SACR. — Prope Fulginium. Don. 52, 151.

1865. . . . . TECTO NYMPAEO CVM PLVMBO ‖ SVRRENTINO DEO.[1]) — Surrenti. Spon *Misc.* p. 114, 96.

1) cfr. infra N. 1870. *DIS Vrbisalviensibus.*

1866. LVCVS ‖ SACER ‖ DEAE ‖ SATRIANAE. — Romae. Grut. 89, 3. v. Reines. p. 161.

1867. Q. MVRRIVS CN. FILIVS ‖ VACVNAE VOTVM ‖ DAT LVBENS MERITO. — In B. Mariae de Larulo. Don. p. 556, 16. Mur. 106, 3.

1868. Horatii illud *fanum putre Vacunae* (Epist. 1, 10, 48.) nunc hoc titulo insignitum est:

IMP. CAESAR VESPASIANVS ‖ AVG. PONTIFEX MAXIMVS. TRIB ‖ POTESTATIS CENSOR AEDEM VICTORIAE ‖ VETVSTATE DILAPSAM ‖ SVA IMPENSA RESTITVIT. Fea ad *Horatii* l. l.

1869. PRO SALVTE ITVS AC ‖ REDITVS D. N. SANCTIS‖SIMI . . . . ‖ TI [1]) AVG. AEDICVLAM ‖ CONCILII [2]) DEORVM ‖ DEARVMQVE ‖ AVRELIVS FAVSTVS ‖ PROT. [3]) DIVINI LATERIS ‖ AVG. N. EX VISV DEAI ‖ VALENTIAE [4]) ‖ S. P. F. C. — Ocriculi. Grut. 2, 12. Don. 56, 170. Mur. 95, 2.

1) II. Don. — Elagabali nomen consulto erasum videtur. 2) *Conciliis* Don. 3) Protector. 4) Valentia Ocriculanorum Dea. Tertull. *Apol.* C. 24. VALENTINAE male Mur. v. Saxii *Miss.* 2. p. 263.

1870. DIS. DEA‖BVSQ ‖ VRBISALVI‖ENSIBVS ‖ T. FLAVIVS ‖ MAXIMVS ‖ PROC. AVG ‖ AB ORIENT ‖ DONVM MISIT. — Vrbisalviae. Morcelli *St.* 2. p. 28.

§. 32. ISIS. OSIRIS. SERAPIS.

1871. TE. TIBI ‖ VNA. QVAE ‖ ES OMNIA ‖ DEA ISIS ‖ ARRIVS BAL‖BINVS. V. C. — Capuae. Grut. 82, 2.

1872. ISIDI ‖ SACRVM ‖ EX MONIT ‖ EIVS DD ‖ L. VALERIVS MEMOR ‖ VI VIR. AVG ‖ L. D. P. [1]) — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 84, 2.

1) *locus datus publice.*

1873. ISIDI ‖ SIGNVM HARPOCRATIS ‖ C. DIDIVS ‖ ACVTIANVS ‖ DON. DED. — Patavii. Grut. 82, 8.

1874. LIVIA CHALCEDONICA ‖ ISIDI DEAE D [1]) ‖ H. S. E. ‖ ORNATA VT POTVIT ‖ IN COLLO H [2]) MONILE GEMMEVM. IN DIGITIS ‖ SMARAGD. XX. DEXTRV. — Acci in Hisp. Mur. 1991, 3.

1) dicata, hic sita est. 2) habet.

1875. ISIDI MATRI ‖ SEX. CLAVDIVS VALERIANVS ‖ ARAM ‖ CVM SVIS ORNAMENTIS ‖ VT VOVERAT ‖ D. D. — In Delphinatu. Reines. p. 207, 213.

1876. ISIDI MYRIONYMAE ‖ SACRVM ‖ FESTINVS T. IVLI ‖ SATVRNINI G. P. P. [1]) SE ‖ RARI. [2]) POSVIT ‖ FORTVNATVS EIVSDEM ‖ SERVVS FACIVNDVM C. — Apud Iseram fluv. Grut. 83, 11.

1) lege C. P. P. i. e. Curatoris Pecuniae Publicae. Hagenb. 2) l. SER. ARK. i. e. servus arcarius. Idem.

1877. ISI ‖ MYRIONIMAE ‖ ET SERAPI. EXPECTA . . ‖ METIS AVG. D . . . [1]) ‖ V. S. L. — Sine loco. Fabrett. p. 469, 108.

1) Expectatus Hermetis Augusti Disp. Hagenb. Mss.

1878. CN. DOMITIVS. CN. F. FIRMVS ‖ SACERDOS ‖ ISIDI TRIVMPHALI ‖ BASIM ‖ S. P. S. [1]) D ‖ ADLECTOR. [2]) COLLEGI. IPSI . . . — Romae. Grut. 83, 14.

1) Pigh. D. (sua pec. dono dedit.) 2) Adlectorum ex numero unus, explicat Hagenb. et ita fere Forcell. in *Allector*, qui allectus est. Quidni vero activa signif. capiamus: is, qui munus exercet allegendi in collegium Isiacum?

1879. DIS MANIBVS ‖ C. LARINATIS ATTICI ‖ QVOD SI QVIS OSSA ‖ EIVS PREIECERIT AVT ‖ HANC ARAM APSTVLERIT ‖ HABEBIT SACRA ISIDIS ‖ ILLIVS QVIETA[1]) IRATA. — Romae. Grut. 917, 1.

1) Fabrett. p. 109. nonnisi ex Grutero habens, adfert: *quietae.* (ut *mitem Isidem* Grut. 304, 1.) v. Hagenb. *Ep. Epigr.* p. 268.

1880. NVMINI ISIDIS APONI ‖ GERMANICVS ET LEDA ‖ VOTO SOLVTO. — Aquini. Polcastro *Padova* p. 100.

1881. ISIDI OSTIL . . . . ‖ VIBIA CALIDIA P . . . ‖ L. AEMILIO OPTATO ‖ V. S. L. M. — Velleiae. Lama p. 36.

1882. VALERIA. M. L. CITHERIS ‖ ISIDI VICTRICIS ‖ IVNONI[1]) ‖ EX VISV CIRCVITVM ‖ D. S. P. F. C. — Asculi. Marini *Atti* 2. p. 369.

1) i. e. Iunoni s. Genio Isidis Victr. (cfr. Grut. 84, 2.)

1883. TEMPLVM ‖ ISIS ‖ EXORATAE. — Romae. Grut. 83, 9. — *Isidi Frugiferae* ib. 10. *Reginae* ib. 12.

1884. In lapidibus ISIDI dedicatis reperiuntur notae: I. M. (Isidi magnae. (Mur. 73, 7.) et I. D. (Isidi Dominae. Mur. 71, 9.) Contra D. I. M. (Mur. 71, 8.) DEO INVICTO MITHRAE potius interpretandum est, et D. M. I. (Mur. 72, 5.) DEVM MATRI IDAEAE. Isis MATER BONA, vel BENIGNA. (Mur. 73, 4.) admodum est dubia. *Isis Salutaris.* Grut. 83, 15. vide: *Res sacrae* §. *Dedicationes. Vota.*

1885. PRO SALVTE DOMVS AVGVSTAE ‖ CORPORA[1]) PAVSARIORVM ET ‖ ARGENTARIORVM ISIDI ‖ ET OSIRI MANSIONEM AEDIFICAVIMVS. — Romae. Cuperi *Observatt.* 4, 2. p. 370. Salmas. ad *Spartiani Carac.* 9. Fabrett. p. 488, 172.

1) ex corpore. Fabrett.

1886. MVTILIA ‖ ALBANA ‖ HOSIRI ET FORTVNAE ‖ SVPERAE ‖ IMPERIO POSVIT. — Romae. Fabrett. p. 488, 173. ex αὐτοψίᾳ.

1887. DEO INVICTO ‖ SERAPI ‖ SERVATORI ‖ D. IVNIVS D. F. PAPIR ‖ VAERGVLENVS ‖ AENEATOR LEG. VII. CL. GEM. P.[1]) FIDEL ‖ NVMINI. SVO. VOTO SVSCEPTO ‖ D. D. — Curibus Sabinis. Grut. 85, 8.

1) Ald. *Orthogr.* p. 576. Leg. VIII. CL. GEMIN. P. FIDEL. Sed pro VIII. recte alii VII. An etiam CL. eiiciendum? quod Ligorius non habet, nec nisi hoc in saxo iunctim Legio VII. cognominatur *Claudia Gemina*, sed alterutrum tantum, aut *Claudia P. F.*, aut *Gemina P. F.* Non negem tamen Claudiam Geminam dici quoque potuisse: nisi Legiones septimas duas agnoscas, alteram Cl. P. F. diversam a G. P. F., cui suspicioni an faveat Grut. 347, 1. etiam cogitandum. In Grut. 1107, 8. item est Leg. VIII. C. P. F. pro VII. Hagenb.

1888. PRO SALVTE ET ‖ REDITV. IMP. ANTONINI AVG. FAVSTINAE ‖ AVG. LIBERORVMQVE ‖ EORVM. ARAM SANCTAE ‖ ISIDI NVMINI SARAPIS ‖ SANCTO SILVANO. LARIB ‖ C. POMPONIVS ‖ TVRPILIANVS ‖ PROC. AD OLEVM. IN GALBAE ‖ OSTIAE PORTVS VTRIVSQVE D. D. — Ostiae. Nibby *Viaggio* 2. p. 296.

1889. ISIDI. SERAPI. LIBER ‖ LIBERAE. VOTO ‖ SVSCEPTO PRO SALVTE ‖ SCAPVLAE FILII SVI ‖ P. QVINCTIVS PARIS. S. L. M. — Iaderae olim, nunc Veronae. Grut. 84, 8. (Don. 1, 80, 22. Mur. 74, 5.) sed correctius ap. Maff. *Mus. Ver.* p. 84, 3.

1890. I. O. M. SOLI SARAPIDI ‖ SCIPIO ORFITVS V. C ‖ AVGVR ‖ VOTI COMPOS REDDITVS. — Antii. Zachariae *Exc.* p. 361.

1891. IOVI. SOLI ‖ INVICTO. SARA‖PIDI T. AELIVS AN‖TIPATER PROC ‖ AVGG. CVM VMBRICIA ‖ BASSA CONIVGE GRATIAS ‖ AGENTES POSVERVNT. — Sentini. Grut. 22, 9.

1892. I. H. D. D ‖ SOLI SERAPI ‖ CVM SVA CLINE[1]) ‖ DEXTRINIA IVSTA ‖ DEXTRINII IVSTI ‖ FILIA. AGRIPP. D. D. — Coloniae Agripp. Harzheim p. 24. Gercken *Reisen*. 3. p. 321. correctius ap. Huepsch p. 7, 15.

1) *κλίνας κατασκευάσαντες, ἀνέθεσαν τῇ Ἥρᾳ*. Thucyd. 3. C. 68.

1893. SOLI. SERAPI. IOVI ‖ LIBERO PATRI ‖ ET MERCVRIO ‖ ET SILVAN. SACR. C. CORNELI. HO. N ‖ O. RA. TVS. D. D. D ‖ BERNA[1]) ET ANTHVS FILI ‖ D. VALERI. NEO‖PHITVS IIIICCCLX. — Romae. Grut. 31, 9.

1) i. e. Verna.

1894. I. O. M. SARAPI ‖ ISIDI FRVGIFERO (*sic*) ‖ CAELESTI FORTVN ‖ BONO EVENTO ‖ FELICITATI ‖ LARI ‖ VIALI ET GENIO ‖ LOCI L. LVCRETIVS ‖ PAL. FAVSTINIAN ‖ Ↄ. LEG. I. M. P. F. PRO SE ‖ SVISQ. HER. V. L. CONSACR. — Vorburgi in Hollandia. Spon *Misc.* p. 113, 95.

1895. *Γ. ΒΑΛΕΡΙΟϹ ΕΡΜΑΙϹΚΟϹ ΕΠΟΙΗϹΕΝ ‖ ϹΑΡΑΠΕΙΟΝ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ‖ ϹΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙϹ ϹΥΝΝΑΙΟΙϹ* (*sic*) *ΘΕΟΙϹ. In altera facie:*

DOMVS C. VALERI HERMAISCI TEMPLVM ‖ SERAPIS SCHOLA FAVSTINIANA[1]) FECIT ‖ C. VALERIVS HERMAISCVS DEDIC. IDIB ‖ DEC. BARBARO ET REGVLO COS.[2]) — Praeneste; e Suaresio *Thes. Ital.* 8, 4. p. 27. Mur. 333, 1. (Don. p. 65, 10., ubi *ΣΥΝΝΑΟΙΣ.*)

1) schola Faustiniana ad usum puellarum alimentariarum Faustinianarum destinata.
2) p. Chr. 157.

§. 33. MATER DEVM MAGNA IDAEA. ATTIS.

1896. MATRIS DEVM MAGNAE IDEAE ‖ PALATINAE. EIVSDEM RELIGIONIS APPARITOR ‖ CAIVS IANVARIVS. — Les Pennes prope Massiliam. Mur. 185, 3.

1897. PROCVLVS SACERDOS ‖ M. D. M. IGIAE SAC. AD ‖ AQVAS ALBVLAS. D. D. — In scaturigine Aquae Albulae, via Tiburtina. Mur. 159, 5.

1898. MATRI DEVM ET ATTIN ‖ CVPIDINES II. APRONIVS GEMELLINVS TEST. LEG. VIC. BELL.[1]) HER.[2]) PON. CVRAVIT. — Bellici. Reines. p. 208, 216.

1) Testamento Legavit Vicanis Bellicensibus. 2) heres.

1899. M. D. M. I. ET ATTINIS ‖ L. CORNELIVS SCIPIO OREITVS [1]) ‖ V. C. TAVROBOLIVM ‖ SIVE CRIOBOLIVM FECIT ‖ DIE IIII. KAL. MART. TVSCO ET ANVLLINO COS. [2]) — Romae. Grut. 27, 3.

1) l. Orfitus. 2) p. Chr. 295.

1900. M. D. M. I ‖ SVMMAE PARENTI. HERMAE ‖ ET ATTIDI MENOTYRANNO INVICTO ‖ CLODIVS HERMOGENIANVS CAESARIVS V. C. PROCONS. AFRICAE ‖ PRAEFEC. VRBIS ROMAE. XV VIR S. F ‖ TAVROBOLIO CRIOBOLIOQ. PERFECTO XIV. KAL. AVG. DIIS ANIMAE ‖ SVAE MENTISQ. CVSTODIBVS. ARAM DICAVIT ‖ D. N. GRATIANO AVG. TER. ET AEQVITIO. CONSS. [1]) — Romae. Fabrett. p. 666, 522.

1) p. Chr. 374. De *Menotyranni* epitheto Attini dato v. Sax. *peric.* p. 53.

1901. M. D. M. I ‖ ET ATTIDI MENO‖TYRANNO CONSER‖VATORIBVS SVIS CAE‖LIVS HILARIANVS DVODECEMBVR [1]) ‖ VRBIS ROMAE ‖ P. S. ET HIEROCERVX ‖ I. M. S. D. L. S. D ‖ HECATE [2]) ‖ D. N. GRATIANO AVG ‖ ET MEROBAVDE ‖ CONSS. [3]) IIII. IDVS ‖ MAIAS. — Romae. Don. p. 7, 24. Mur. 388, 1.

1) duodecemvir. Alias vix reperitur, quam ap. Mur. 1024, 1., ubi incertum est, utrum eodem modo ad Vrbem Romam, an ad municipium referatur. Illud tamen probabilius. Vide in cap. de Re municipali. 2) Pater Sacrorum. Hieroceryx Invicti Mithrae. Sacerdos Dei Liberi. Sacerdos Deae Hecatae. Hagenb. Mss. provocans ad Grut. 27, 2. 28, 2. et 1102, 2. 3) p. Chr. 377. Novissima taurobolia, quorum mentio fiat ap. Mur. p. 389, 4. 392, 1. et Grut. 1102, 2., sunt annorum p. Chr. 383. 387. et 390.

1902. DECIMIA C. F ‖ CANDIDA SACERDOS ‖ M. D. ATTHIN [1]) ‖ D. D. — Caietae. Mur. 151, 7.

1) *Atthin*, accus. i. e. signum Attinis.

1903. ATTINI ARAM ‖ LVNAM ARGENTEAM. P. POSIT. [1]) P. MARIVS ‖ PHARETRA SACERD. (*in eadem ara:*) ACCA L. F. PRIMA MINISTRA MATRIS ‖ MAGNAE MATREM REFECIT MAGNAM ‖ ET INAVRAVIT. ET ATTI‖NI COMAM INAVRAVIT. ET ‖ BELLONAM REFECIT. — Corfinii. Don. p. 6, 23. (Gud. 20, 8.) Mur. 114, 1.

1) Phoebonius: *posuit*, omisso P.

1904. ATTINI AVG ‖ SAC ‖ C. IVLIVS SP. F. IVLIANVS ‖ PROCVLVS SACERDOS ‖ M. D. M. I ‖ AD AQVAS ALBVLAS ‖ D. D. — Tibure. Mur. 93, 2. Lapidem *Attini et Minervae Berecintiae* positum vide in Cap. de Rebus sacris.

1905. MATRI DEVM ET NAVISALVIAE ‖ SALVIAE VOTO SVSCEPTO ‖ CLAVDIA SYNTHYCHE (*sic*) ‖ D. D. — Romae. Ficoroni *Vestigia di Roma ant.* p. 148.

1906. NAVISALVIAE [1]) ET ‖ MATRI DEV. D. D ‖ CLAVDIA SINTI. — Romae, nunc Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 90, 1. cfr. Mur. 98, 3. et Cancellieri *le sette cose fatali di Roma antica.* Roma 1812. p. 25.

1) „Per *Navisalviam* non tam Dea quaedam singularis intelligitur, quam ipsa Claudia Quinta, Deae loco paene culta, quod navim, qua Mater Deûm vehebatur, salvam

traxerat in urbem, ut recte Maffeius l. l." Saxius *Miss.* 2. p. 266. At longe probabilius videtur, navem ipsam, qua Mater magna Deûm a Pessinunte Romam deportata est, Navem Salviam appellatam esse. Consentientem habeo Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 7.

1907. VIRIBVS [1] ‖ SACRVM. — Romae. Grut. 89, 9. Visconti *Ienkins* p. 75.

1) Male haec ad sacra Mithriaca refert Viscontius, quum spectent ad cultum Matris Deûm. cfr. Arnob. 5, 6. *Acdestis, suis ipse se viribus, eo, quo fuerat, privat sexu.* ib. 11. *viribus spoliaretur abscissis,* id est genitalibus. Cfr. ib. 14. et similia in Capite de rebus sacris. §. 16. Religiones Matris Deûm.

§. 34. MITHRAS, SOL. LVNA. ARIMANIVS. PHOSPHORVS CET.

1908. DEO ‖ INVICTO ‖ MITHRAE ‖ C. LVCRETIVS MNESTER ‖ M. AEMILIVS PHILETVS ‖ SVM. MAG. [1] ANNI PRIMI ‖ M. AEMILI. CHRYSANTI ‖ D. S. D. D. — Olim Romae, postea Veronae. Grut. 35, 10. Maffei *Mus. Ver.* 82, 1. cfr. Grut. 35, 5. Marini *Atti* 1. p. 55.

1) Dubiae interpretationis notae: sed optime Hagenb. et Marini *sub magisterio Chrysanthi*; alii: *summagistri, submagistri,* explicabant. Deinde cfr. Grut. 34, 1. OMNIPOTENTI DEO MITHRAE. 2. SANCTO INVICTO MITHRAE; quod interpretatur notam ib. 10. S. I. M., nisi malis, Soli Invicto Mithrae. Ib. 9.:

1909. D. S. I. M ‖ P. ACIL. PISONIANVS ‖ PATER PATRATVS [1] ‖ QVI HOC SPELEVM. VI ‖ IGNIS APSVMPTVM ‖ COMPARATA AREA A REPVBL ‖ MEDIOL. PECVNIA SVA ‖ RESTITVIT. (Mediolani.)

1) Idem qui alibi Pater patrum. v. omnino infra.

1910. DEO. MEDRV. [1] MATVTINA. COBNERT. — Prope Hagenoviam. v. *Kunstblatt des Morgenblattes.* 1828, N. 88.

1) supra Mithrae imaginem. Nota hanc scripturam.

Supra Mithrae imaginem:

1911. A. DECIMVS A. F. PAL. DECIMIANVS S. P. RESTITVIT.

infra:

A. DECIMVS A. F. PAL. DECIMIANVS AEDEM ‖ CVM SVO PRONAO. IPSVM. QVE. DEVM SOLEM MITHRA ‖ ET MARMORIBVS ET OMNI CVLTV SVA P. RESTITVIT. — In Mithraeo Ostiensi. *Ibid.:*

1912. SIG. IMDEPRENSIVILIS DEI. C. VALERIVS SACERDOS. S. P. P ‖ L. SEXTIVS KARVS ET .... — v. Millin. *Annal. encycl.* 1817. 2. p. 335. Eandem hanc partem ita exhibet Zoëga *Abhandl.* p. 146. Welcker *Zusätze* p. 395.:

1) Vediantiorum meminit in Galliae Narb. descriptione Plinius *H. N.* 3, 5. 2) i. e. optio ad ordinem, (centurionatum) promotus. Hagenb. Mss. — Similes lapp. exhibet Spon p. 105. seq. Huepsch *Epigrammatographie* passim. v. c. p. 15, 45. MATRIBVS PATERNIS cet. p. 17, 56. MATRIBVS SVIS. p. 40. et 41., ut ap. Murat. 94, 6. MATRIBVS ARSACIS PATERNIS SIVE (id est, *et*) MATERNIS — V. Saxii *Miss.* 2. p. 261. MATRIBVS DOMESTICIS. id. ibid. p. 262. Quibus ex ἐπιθέτοις facile desumi potest, eundem fere locum obtinuisse apud Gallos Germanosque Matres istas, quem Lares, Penates, Genii, Iunones apud Romanos habebant.

2094. *Matronis* inscripta saxa reperta sunt Mediolani, Cremonae, Novariae. v. Mur. 93, 1. seqq. Ibid. 94.: cum epithetis topicis: ARSACIS. — BRITTIS. — MOPATIBVS. Singulares sunt sequentes:

2095. MATRONIS ‖ ET VICANIS ‖ C. SEXTICI ‖ CABARSVS ‖ V. S. L. M. — Coronate in agro Mediolanensi. Redaelli *Notizie istor.* 2. p. 108.

2096. NIGER ‖ TERTVLLIVS ‖ SEVERVS ‖ MATRONIS ‖ ET ADGNAT ‖ V. S. L. M. — Galliano. Redaelli *Notizie istor.* 3. p. 179.

2097. Alios Lapides MATRIBVS (MATRIS), MATRONIS, DIABVS, DOMINABVS (Grut. 90, 4.) variis cum epithetis topicis dicatos complures exhibet Grut. 90—92. v. c. Metis: 92, 1. In HONORE ‖ DOMVS DIVI‖NAE DIS MAIRABVS ‖ VICANI VICI PACIS — cum tribus figuris femin. Cfr. eandem inscript. ap. Mur. 1985, 1. Spon *Misc.* p. 186. in marm. legit MATRABVS. Recte: quamquam cfr. N. 2080. Interdum eaedem more magis Romano Nymphae vocantur: v. Spon *Ignot. Deor. Ar.* p. 243. et Iunones (montanae.)

2098. COMEDOVIS ‖ AVGVSTIS ‖ M. HELVIVS SEVERI ‖ FIL. IVVENTIVS ‖ EX VOTO. — Aquis Sabaudicis. Spon *Misc.* p. 97, LVI.

2099. SVLEVIS SACR ‖ L. AVRELI PRI‖MVS ET MAR‖CELLVS DVPL ‖ ET FL. FESTVS ‖ FRATRES ‖ V. S. L. L. M. — Romae. Oderic. p. 305.

2100. SVLEVIABVS ‖ C. PACCIVS ‖ PASTOR. VET. LEG ‖ XXII. P. P. F. D ‖ V. S. L. M. — Schweppenburg prope Bonnam. Harzheim *de Relig. antiquor. Vbior.* p. XXI. Huepsch p. 14, 41.

2101. SVLEVIS ET CAMPESTRIBVS SACRVM ‖ L. AVRELIVS QVINTVS 7. LEG. VII. GEMINAE ‖ VOTVM SOLVIT LAETVS

LIBENS [1]) ‖ DEDICAVIT VIIII. K. SEPTEMBRE. BRADVA ET VARO COS. [2]) — Romae. Fabrett. p. 690, 111. Spon *Misc.* 107, 83.

1) Hinc constat de vera expositione notarum L. L. (Scal. *libentissime.*) 2) p. Chr. 160. cfr. Mone *Heidenth.* 2. p. 348.

2102. CAMPESTRIB ‖ EX VOTO ‖ C. SANCTINIVS ‖ GAL. FIL. QV. PR ‖ AETERNIVS. P. C. — Beckingae. Spon *Misc.* p. 107, 82. Murat. 107, 3.

2103. SILVANAB. [1]) ET QVADRIBIS [2]) AVG. SACRVM ‖ C. ANTONIVS VALENTINVS VET. LEG. XIIII. G ‖ MVRVM A FVNDAMENTIS CVM SVO INTROITO ‖ ET PORTICVM CVM ACCVBITO [3]) VETVSTATE ‖ CONLABSVM IMPENDIO SVO RESTITVIT ‖ GENTIANO ET BASSO COS. [4]) — In parietinis Carnunti prope Vindobonam. Spon *Misc.* p. 84, XXVI.

1) Eaedem, quae alibi, Spon 107., Suleviae, Silviae. 2) alibi Quadruviis. 3) id. quod *cum discubitione.* Spon p. 106, 81. infra N. 2106. 4) p. Chr. 211.

2104. BIVIIS TRIVIIS ‖ QVADRIVIIS ‖ EX VOTO SVSCEPTO ‖ POSIIT PRIMVS VICTOR. V. S. L. M. — Spirae. Mur. 98, 5. Cfr. Grut. 1015, 1.

2105. H. D ‖ IS. DEA [1]) ‖ BIVIS. TRIVIS ‖ QVADRIVIS ‖ AVREL. VICTORINVS MIL. LEG. XXI. P [2]) ‖ IM. [3]) COS. GERM ‖ SVPERIORIS ‖ V. S. L. M. IMP. SE. SEVERO. AV . . ‖ EX. [4]) IT. ET ‖ MARCELLO COS. — In Vrbe Lingonum. Grut. 84, 5. v. Lingen *kleine d. Schrift.* T. 2. p. 74.

1) leg. cum Gud. Ling. Hagenb.: IN H. D. D. DIS. DEABVS. 2) Lingen vult: XXII. Primig. 3) Immunis Consulis. 4) latet hic M. Aurelii Severi Alexandri nomen. Cos. iterum fuit p. Chr. 226. V. supra N. 1664. in Cap. de Laribus, lapidem Moguntiacum *Laribus Compitalibus sive Quadriviis* dicatum: et *Münter Geschichte der Einführung des Christenthums in Dänemark.* p. 41. *Da waren weisse und schwarze Alfen, gute und böse Disen und alle Schutzgeister der Länder, Landväter genannt.* Cum *Patribus* hisce, qui Matres Matronasque nostras comparaverit, haud nimis erraverit. Proxime autem ad vocab. germanicum *Alfen*, *Elfen* accedit sequens:

2106. PRO SALVTE DOM ‖ N. IMP. L. SEPT. SEVERI ‖ AVG. TOTIVSQVE DOMVS EIVS AVFANIS MA‖TRONIS ET MATRIBVS ‖ PANNONIORVM ET ‖ DELMATARVM ‖ TI. CL. POMPEIANVS ‖ TRIB. MIL. LEG. I. MIN ‖ LOCO EXCVLTO CVM ‖ DISCVBITIONE ET TABVLA ‖ V. S. — Lugduni. Spon αὐτόπτης *Misc.* p. 106, 81. (Grut. 90, 11. Mur. 1985, 2. et 2031, 4.)

2107. MONTI‖BVS. Q. G ‖ AMOBNVS ‖ S. [1]) V. S. L. M. — Augustae Ausciorum (Auch.) Millin *Voyage* 4, 1. p. 473.

1) susceptum.

2108. SEX. ARBORIBVS ‖ Q. RVFIVS ‖ GERMANVS V. S. — Auch. id. ib. p. 474.

2109. * FLORIDO VERI ‖ FLAVAE MESSI ‖ MVSTVLENTO AVTVMNO. — Lugduni. Millin *Voyage* 1. p. 514. Similes inscriptiones repertae sunt Gratianopoli. (Grenoble) v. Champollion in *Mag. Encycl.* 1806. 2. p. 325. cfr. Murat. 104, 3. Illa tamen mihi est suspecta.

§. 38. PANTHEA.

2110. PANTHEO ‖ IVVENTI. HERMA ‖ ET PHILTATE ‖ V. S. L. M. — Calepii in agro Bergomate. Mur. 106, 5.

2111. C. HOSIDIVS MAR‖CIANVS CVM SVIS ‖ PANTHEO ‖ SACRVM. — Romae. Grut. 1, 2. ib. 3. PANTHEO AVG. 4. DIVO PANTHEO. 5. SIGNVM PANTHEI. 6. SIGNVM PANTHEVM.

2112. DIVO PANTEO (*sic*) ‖ SALVIS ‖ ASTERIS [1]) ‖ L. CASSIVS ‖ INGENVVS V. S. L. M. — Sextokalendis vico Gall. Insubr. — Grut. 1005, 1.

1) Cfr. Grut. 476, 7. Mur. 379, 1. Salvis s. incolumibus Asteriis, gentis Turciae hominibus inclytis. Hagenb. Mss.

2113. L. VESTORIVS ZELOTVS ‖ POST ADSIGNATIONEM AEDIS ‖ FORTVNAE ‖ SIGNVM PANTHEVM SVA PECVNIA D. D. — Neapoli. Grut. 1, 6.

2114. PANTHEVM SACRVM ‖ L. VICRIVS CYPAERVS SEX VIR ‖ ET SEX VIR AVGVSTALIS. — Arimini. Titulus iste acrem controversiam excitavit inter Bianchium et Vandellium: (Calogerà *N. Raccolta* T. 10. p. 367.) illo *Pantheum* interpretante de templo, hoc de signo Pantheo, quod sane probabilius. Cfr. etiam *Raccolta di Dissertazioni intorno l'iscrizione del Panteo sacro d'Arimino. Venezia* 1763. 12. Nova Acta Eruditor. 1763. p. 528.

2115. LIBERO ‖ PANTHEO ‖ SAC. — Pentomae. Mur. 41, 10.

2116. SANCTO SILVANO PAN‖THEO S. M. [1]) FVLVIVS ERAS‖TVS CVM SVIS D. D. — Romae. Don. 19, 66. Mur. 70, 10.

1) *Sacrum. Marcus;* neutiquam vero *Salutari, Magno,* ut volebat Gorius. Hagenb. Mss. Sic etiam Saxius *Miss.* 2. p. 236.

2117. PRIEPO (*sic*) PANTHEO ‖ P. P. AELII ‖ VRSIO [1]) ET AN‖TONIANVS AE‖DILES CL. [2]) APVL ‖ DICAVERVNT ‖ SEVERO ET IOVINIANO [3]) COS. — Albae Iuliae. Grut. 95, 1.

1) VASIO habet Clus. sed Hagenb. VRSIO praefert. 2) l. COL. Sax. *Peric.* p. 28. prob. Hag. 3) Erratum pro *Sabiniano.* p. Chr. 155.

§. 39. DII DEAE OMNES. DEVS AETERNVS cet.

2118. DIIS. DEABVS ‖ PENATIBVS ‖ FAMILIARIBVS ‖ ET IOVI. CETERIS‖VE DIIBVS. — Romae. Grut. 2, 9. Sic ib. 1.: DIS OMNIBVS. cet.

2119. I. O. M ‖ CETER . . . . DIS CONS . . ‖ TIBVS [1]) M. OPELLIVS [2]) ADIVTOR ‖ II VIR. COL. — Hegnedini in Pannonia. Grut. 3, 2. Mur. 1978, 1.

1) ceterisque diis consentibus. 2) ORELLIVS Mur.

2120. CONSENTIO [1]) DEORVM ‖ MARIANA SOZOMENE ‖ IMPERIO L. M . . ‖ EX VOTO FECIT. — Spoletii. Grut. 3, 1.

1) i. e. συνεδρίῳ.

2121. I. O. M ‖ ET CONSESSVI DEO‖RVM DEARVMQVE ‖ PRO SALVTE IMPERII ‖ ROMANI. ET VIRTVTE ‖ LEG. XIII G. SVB M. STATIO ‖ PRISCO CONSVLE DE‖SIGNATO.[1]) DEMONSTR.‖ IPSIS AQVAS APERIEN‖DAS PER. L. AVRELIVM ‖ TROPHIMVM. PO‖NENTI SIGNVM IO‖VIS ET ARAM P. S. F. — Albae Iuliae. Grut. 2, 11.

1) p. Chr. 159.

2122. I. O. M ‖ ET MARTI AVG ‖ ET. CET. D. D ‖ OMNIBVS ‖ IMMORTALIB ‖ VLP. MARTINVS PRO SE SVISQ ‖ LIBERIS EX VOTO P ‖ V. S. L. M. — Freistritz prope Celeiam. Grut. 3, 8.

2123. DIS. DEABV ‖ OMNIB ‖ L. VETVRIVS L. L ‖ SEGOMARVS ‖ PRO SE ET SVIS. — Brixiae. — Bianchi *Marmi Crem.* p. XXXVIII. correctius, quam ap. Grut. 2, 2. et 1005, 4.

2124. DIS DEABVSQ ‖ OMNIBVS. PRO ‖ SALVTE CASTEL‖ LANORVM VER‖VASSIVM C. V.[1]) Q‖VADRATVS. L. L! P. D. — Vervò in Tirol. comitatu. Mur. 105, 8.

1) f. Caius Valerius. Gentis nomen interdum notis significatur.

2125. DIIS IMMORTA‖LIBVS DEABVS‖QVE OMNIBVS ‖ SACRVM ‖ T. AVREL. PROTOGENES. — Puteolis. de Iorio. Tab. 2. 7.

2126. * DEORVM OMNIVM AMATOR ‖ GEMELLVS AVG. L. POPPAEANVS ‖ FECIT ET DD. — Romae. Mur. 105, 6. e schedis.

2127. * DIIS CAELESTIBVS ‖ EX LIBRIS SIBYLLINIS. — Romae. Don. p. 29, 93. Mur. 107, 2. suspecta.

2128. . . . NORVM ‖ VICARIO ‖ CVLTORES DEI PVBLI‖CI POSVE‖RVNT. D. M. S.[1]) — In Vico Ofidio. Don. p. 21, 71. Mur. 181, 1. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 273.

1) Mira molitur Muratorius *publice* legens et D. M. S. explicans *De Marsupio Suo.* Deus publicus is est, qui praecipue colebatur in vico illo, ut Iupiter Aternus Aterni, Hercules Victor Tibure cet. D. M. S. *Diis Manibus Sacrum* aliquoties sic ponitur in fine tituli.

2129. DIS. MILITARIBVS ‖ ET GENIO LOCI PRO ‖ SALVTE ET REDITV ‖ IMP. CAES. M. AVR ‖ ANTONINI PII INVICTI. AVG. CLOD ‖ MARCELLINVS. S. C.[1]) TRIB. MIL. LEG. II ‖ A. P. F. ANT.[2]) TRANSLAT ‖ EX LEG. X. FR. ANT.[3]) NV‖MINI EIVS SEMPER ‖ DEVOTISSIMVS. — Budae. Grut. 1068, 2.

1) Nota Tribunum mil. Senatus Consulto, cui opponitur Trib. Mil. a populo. 2) Adiutricis Piae Fidelis Antoninianae. 3) Fretensi Antoniniana. Ceterum cum singularibus istis *DIS Militaribus* cfr. lapidem Budensem ap. Sestini (*Viaggio* p. 289.) MILITARIBVS SALVTARIBVS. SEVERVS cet. omisso DIS, et tertium itidem Budensem, ibid. p. 257. I. O. M. ET L(*aribus*) MIL(*itaribus*) vel LA. M., quem retulimus inter *Lares*. N. 1665.

2130. DIIS OMNIPOTENTIBVS ‖ LVCVS (*sic*) RAGONIVS ‖ UENVSTVS (*sic*) V. C. AVGVR PVBLICVS ‖ P. R. Q.[1]) PONTIFEX ‖ VESTALIS MAIOR ‖ PERCEPTO TAVROBOLIO ‖ CRIOBOLIOQVE ‖ X KAL. IVN ‖ D. N. VALENTINIANO ‖ AVG. IIII ET ‖ NEOTERIO CONSS[2]) ‖ ARAM CONSECRAVIT. — Romae. Guasco T. 1. p. 1.

1) Populi Ro. Quiritium. 2) p. Chr. 390.

2131. DIS DEABVSQVE ‖ PRAESIDIBVS PROVINCIARVM ‖ CONCORDIAE ET ΓO . . NA. [1]) CONSILIORVM. — West-Capellae in Valachria. Reines. p. 17, 4.

1) et Fortunae. Reines.

2132. DIS ‖ SALVTIFERIS ‖ DEDICATA STILIKONE ET ‖ ANTEMIO COSS. KAL. APR. — Romae. Mur. p. 399, 3. Novissima inter Muratorianas cum anni notatione (p. Chr. 405.) gentilis inscriptio; nisi quod p. 470, 1. Ligorianam hanc habet, de qua tamen aliquis fortasse minus dubitet, propterea quod etiam Grut. 1077, 5. et Beger *Spicil. antiq.* p. 91. eandem exhibent; ille quidem, ut videtur, ex *αὐτοψίᾳ* Boissardi.

2133. * SIMVLACRVM MINERBAE (*sic*) ‖ ABOLENDO INCENDIO TVMVLTVS CIVILIS IGNI ‖ TECTO CADENTE CONFRACTVM ‖ ANICIVS ACILIVS AGINATIVS ‖ FAVSTVS V. C. ET INL. PRAEF. VRBI ‖ VIC. SAC. IVD. IN MELIVS ‖ INTEGRO PROVISO. PRO ‖ BEATITVDINE TEMPORIS RESTITVIT. — Romae. Murat. Faustum intelligit Praefectum Vrbi a. p. Chr. 425. sub Valentiniano III. Contra Hagenb. Faustum Consulem a. p. Chr. 483. Sed utrovis tempore Minervae etiam tunc simulacrum restitutum fuisse, permirum et quasi incredibile mihi accidit. — Suspecta erat etiam Maffeio A. C. L. p. 384.

2134. a) *ΑΠΩCΙΚΑΚΟΙΣ*
ΘΕΟΙC
EX ÓRÁCVLÓ

b) *ΑΘΑΝΑΙ*
ΑΠΟΤΡΟΠΑΙΑΙ
EX ÓRÁCVLÓ

In Foro Romano (1816.) Müller *d. For. Rom.* p. 143. Sub basi columnae Imperatori Phocae erectae ab Exarcho Smaragdo p. Chr. 608. Nardini 2. p. 222.

2135. SEI DEO. SEI DEIVAE. [1]) SAC. C ‖ SEXTIVS. C. F. CALVINVS TRI. DE ‖ SENATVS. SENTENTIA. RESTITVIT. — Romae nuper reperta. Orti *Viaggio alle due Sicilie.* Verona 1825. p. 213.

1) cfr. A. Gellium *N. A.* 2, 28, 3. Arnobium *Lib.* 3, 8. *consuestis in precibus, sive tu deus es, sive dea, dicere.*

2136. SIVE DEO ‖ SIVE DEAE ‖ C. TER. DEXTER ‖ EX VOTO ‖ POSVIT. — Romae. Grut. 1, 7. cfr. Gud. in *A. E. Suppl.* T. V. p. 10.

2137. SEI. DEVS ‖ SEIA. DEA. — Lapis Tibure inventus. Oderic. p. 184. et 285. i. e. sive Deus, sive Dea. cfr. omnino Marini *Atti* 1. p. CLXVII. et passim, ubi eadem formula reperitur.

2138. SACRVM. DEVM. DEARVM ‖ VOTO SVSCEPTO DEDICAVIT ‖ C. PAETIVS RVFVS. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 688.

2139. VOTIS ‖ OMNIBVS ‖ CAELESTI‖BVS ‖ CONSENTI‖ENTI‖BVS ‖ BENE·VERTENTIBVS [1])‖QVE ‖ L. PARIVS ‖ HERMES. — Tradate oppid. Insubrum. Grut. 115, 10.

1) Ita Alciat. Grut. *benemerentibus.*

2140. DEO AETERNO ‖ PRO SALVTE ‖ L. COMATI. DIONYSI ‖ CLODIA ‖ CHRYSA ‖ V. S. L. M. — Aquileiae. Mur. 106, 7. „Bertoli A. d' A. p. 329, 480. in incerto relinquit, Christianumne, an gentile sit votum. Mihi quidem Christianum minime videtur." HAGENB. Mss. Idem dicendum etiam de sequente, multis controversiis agitato:

2141. DEO MAG‖NO AETERN ‖ L. STATIVS DI‖ODORVS QVOT ‖ SE PRECIBVS COMPOTEM FECISSET ‖ V. S. L. M. — Veronae. Grut. 17, 7. Fabrett. p. 564, 104. Mur. 106, 6. Similia habet Grut. 17, 8.: DEO AETERNO. 9.: DEO ‖ QVI EST MAXIMVS. cfr. Marini *Atti* 2. p. 573. *ΘΕΩΙ ΥΨΙΣΤΩΙ ΕΥΧΗΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ* ‖ *ΚΛΑΥΔΙΑ ΠΙΣΤΗ.* Romae. Quem is item pro titulo habet gentili, non vero Christiano.

2142. DEO AMABILI[1]) ‖ SACR. AELIA EHORTE FECIT. — Romae in ara, in cuius corona: *ΚΥΡΙ. ΧΑΙΡΕ.* Grut. 88, 12.

1) de Antinoo quidam cogitabant. (Morcelli *St.* 2. p. 22.) veluti Gesnerus in *Comment. de Deo Phosphoro.* Comment. Gott. 1754.

2143. LOCO. PEREGRE ‖ DEV.[1]) DEBES ROGARE ‖ VT POSSIS SALBVSSA‖NVS AT[2]) TVOS REVERTI ‖ *ΑΡΙΦΙΛΟC.* — Lugduni Bat. Oudendorp. p. 52.

1) deum. 2) salvus sanus ad.

CAPVT V.

RELIGIONES ET CAERIMONIAE DEORVM IMMORTALIVM.

---

§. 1. PONTIFICES.

2144. IOVI ‖ IMP. VESPASIANVS ‖ AVG ‖ PER COLLEGIVM PONTIFICVM ‖ FECIT. — Romae. Grut. 13, 11.

2145. D. M. TIB. CLAVDIO AVG. LIB ‖ HERMETI ‖ M.[1] PVEROR. DOM. AVGVST ‖ ET CORNELIAE MODESTAE ‖ MATRI B. M ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVSQ ‖ POSTERISQ. EORVM ‖ HOC MONVMENT. SIQVIS ‖ DONARE AVT VENDERE ‖ VOLVERIT INF. ARKAE ‖ P. P. ROM.[2] HS. L. M. N. — Tibure. Grut. 1033, 8.

1) Magistro, qui alibi Paedagogus pueror. Grut. 1111, 8. Gud. 2) *Arcae publicae populi Romani* Servius et Scal. *Ind.* XI. Contra Gronov. *de Sestert.* p. 43. et Hag. Mss. rectius: *Arcae Pontificum Romanorum*, ut Grut. 652, 8. 827, 2. Negant scil. *arcam populi Ro.* dici pro *aerario.*

2146. Fasti pontificales, quorum fragmenta exhibet Grut. 300. seqq. minime praetereundi sunt antiquitatis studioso; hic tamen inseri non poterant.

2147. De Pontificatu maximo vide passim in Imperatoribus. Romanus episcopus, ut obiter hoc notem, primum, sed per acerbam ironiam, Pontifex Maximus appellatur a Tertulliano, *de pudicitia* C. 1. Eo tempore, quo Imperatores Christiani ea dignitate fungi iam nolebant, aliis eam conferebant inter primores Romanorum, gentilibus etiam tunc sacris addictis, velut Q. Aurelio Symmacho, qui ultimus fortasse fuit Pontificum maximorum. Nulla tamen superest inscriptio Pontificem max. vel postremi huiusce temporis, vel liberae reipublicae memorans, praeter Vrsinianam Grut. 39, 5. Q. CAECILIO METELLO PONT. MAX. A. V. C. DCLXXIV. mihi admodum suspectam.

2148. L. CAESARI PONT ‖ MAX. — Arretii. Mur. 222, 1. Pocock. p. 77, 7. Gor. *Etr.* 2. p. 276, 12. Quo minus pro spurio habeatur hoc saxum, obstat Pocockii testimonium. Sed Pontifex Maximus

L. Caesar Romae certe nunquam fuit; hinc Gorii est coniectura, Arretinos per adulationem fortasse hoc nomine iuvenem illum in Collegium suorum Pontificum cooptasse, primumque locum ei tribuisse.

2149. Ceterum Pontifex Maximus extra urbem nullus est agnoscendus; nam spuria est inscriptio Grut. 305, 7. P. VERGILIO P. FILIO. PONT. MAX. SABIN. (in villa Ande prope Mantuam, si Diis placet.) et Murat. p. 151, 3. FLAVIVS PONTIFEX MAXIMVS SORORI PIISSIMAE. in vico Tresques. Mur., adsentiente Hagenb., coniicit: *Maximae*. v. disceptantes de hac re inter se Reinesium et Bosium in eor. *Epistolis*. Ienae 1700. 12. p. 139. seqq. — Sacerdotem maximum Cephaloeditanorum memorat Cicero *Verr. Act.* 2. L. 2, 52.

2150. . . CAECILIAE MA‖TRI PIISSIMAE ‖ FVRIVS ‖ OCTAVIANVS ‖ COS. PONTIF.[1]) FIL. — Romae. Don. p. 179, 68. Mur. 153, 4.

1) Male hinc, notante Hagenb., Mur. commentus est *Consulum Pontificem*, ut 358, 2. *Consulum Augurem*.

2151. L. CAESONIO L. F. QVIRINA. ORCINIO RVFINO ‖ MANLIO BASSO. CLARISSIMO VIRO. SALIO PALATINO ‖ PONTIFICI MAIORI. PRAETORI. QVAESTORI ‖ CAESONIVS HEDVLVS. PROC. PATRIS.[1]) — Neapoli. Reines. p. 402, 19.

1) *Procurator patris* Reinesius nimis anguste accepisse videtur de curatione sepulcri tantum: potius patris honoribus ornati procuratorem, dum viveret pater, fuisse puto. Hagenb. Mss. Scil. in sacerdotiis illis, ni fallor. O.

2152. L. CALPVRNIO L. F. PAPIRIA ASELLIO ‖ VI VIR. AVGVSTAL. ET PONTIFICI MIN ‖ DEI LIBERI INVICTI ‖ CALPVRNIA HILARA MARITO ‖ OPTVMO. SANCTISSIMO ‖ BENE MERENTI F. — Aletrii. Grut. 482, 4. Iste videtur Pontifex minor municipalis; de pontif. minore Romano sequens lapis est intelligendus:

2153. L. DOMITIO L. F. QVIR. ROGATO. PONTIF ‖ MINORI. PROC. AVG. PROVINC. DALMAT ‖ PROC. MONETAE AVG. AB EPISTVL. LVCII ‖ AELII CAESARIS. PRAEF. EQ. ALAE I. ARA‖VACORVM. TRIB. MIL. LEG. VI. VICTRIC ‖ PRAEF. COH. I. FL. EQVITATAE. PRAEF. COH. I ‖ DALMATARVM. ACCENSO VELATO ‖ DOMITIA VENVSTA MARITO OPTIMO ‖ ET SIBI. — S. l. Marini *Atti* 2. p. 775. De Pontificibus minoribus v. Rhunk. *Lectt. Acad. ed. Eichstaedt.* IV. p. 10. Sed Caesarum temporibus eos non fuisse tantummodo ministros, adiutores et scribas Pontificum maiorum, ex hoc titulo equidem colligo, ubi ista dignitas praecedit vel procurationem Provinciae. T. Statulenum Iuncum Pontificem minorem publicorum Po. Ro. Sacrorum, videsis in cenotaphiis Pisanis.

2154. M. ACILIVS A. F. VOT. PRISCVS. EGRILIVS PLARIANVS ‖ PRAEF. AERARI. MILITAR. PONTIF. VOLCANI ET AEDIVM ‖ SACRAR.[1]) P. C. CLVPEVM ARGENT. CVM IMAGINE AVREA D. D. L. D. D. D. — Ostiae. Marini *Atti* 2. p. 408.

1) Idem qui alias PRAETOR SAC. VOLC. FAC. v. Marini 2. p. 356. et l. l.

ABVNDANTISSIMI MVNERIS SED ET ‖ PRAECIPVAE LAETITIAE THEATRALIS. IN COL ‖ AEDILI. QVAESTORI. DVVMVIRO. ITERVMQVE' Q. I. D. HVIVS SPLENDIDISSIMAE ‖ COLONIAE CVRATORI R. P. EIVSDEM COL. ET PRIMO PRINCIPALI OB MERITVM ‖ BENEVOLENTIAE EIVS ERGA SE ‖ VRBS OMNIS VRBANAE FLAVIAE ‖ CONSTANTIS PATRONO DIGNISSIMO. A . . . . . ‖ I. X. X. L. M. P. P. — Hispelli, (Spello) quod et *Vrbana Flavia Constans* a gente Flavia Vespasiani, Titi, Domitiani, non vero a *Flavio* Constantino dictum fuit. Ex sincera hac inscript. effictum est a fraudulento aliquo homine celebratum illud Constantini M. decretum in favorem Hispellatium, explosum a Muratorio. Calogerà *Raccolta*. Vol. 11. p. 319. Haec vero exstat ap. Mur. 155, 3.

1) ita ap. Grut. 89, 11. M. Antonius - Sacerdos Arae Augusti nostri *Coronatus* Daciae.

2171. MARTI AVG ‖ PRO SALVTE IMP ‖ CAES. M. ANTONI ‖ GORDIANI PII ‖ FELICIS AVG ‖ M. ANTONIVS VALENTINVS ‖ EQ. R. DEC. M. APVL [1]) ‖ SACERDOS ARAE ‖ AVG. N ‖ CORONATVS DAC ‖ III [2]) DD. — Ostroch in Dacia. Mur. 155, 2. (Grut. 57, 5.) Maff. *Mus. Ver.* 248, 5.

1) Decurio Municipii Apuli in Dacia. Pro M. APVL. Grut. COL. APVL. fortasse utrumque erat in lap. M. COL. APVL., plane út Grut. 115, 6. 2) Coronatus (sacerdos) Daciae tertium.

2172. C. VEIANIO C. FIL ‖ COR. RVFO FILIO ‖ AEDILI IIII VIRO PATRO‖NO MVNICIPII ET COMPLV‖RIVM CIVITATIVM . . OVORV‖M. [1]) CVRAT. REI . . . LESTINOR [2]) ‖ DATO A MAXIMIS IMP. ANTO‖NINO AVG. . . . . . ‖ ANTONINI AVG. F. FLAMINI DI‖VOR AVG. TAVRIN . . . SACERDOTI ‖ ORNATO. [3]) HVIVS PATER ANNONA ‖ CARITATES SAEPIVS SVSTINVIT ‖ EPVLVM FREQVENTEM DEDIT ‖ MVNICIPES CAMERTES OB PLVRIMA ‖ ET MAXIMA BENEF. PATRIS EIVS ET ‖ IN SE COLLATA. HONOR ACCEPTO ‖ QVOT CONTVLERE REMISIT. CVIVS DEDIC. EPVL ‖ L. D. D. D. — Camerini. Mur. 755, 1.

1) f. Aequorum. Mur. 2) f. Aletrinorum. id. 3) Mur. emendationem Coronato excussit αὐτοψία Camerinii. ORNATO sc. corona. Mur. 333, 4. ab XV. Viris occabo et corona exornato. Grut. 411, 1. exornato sacerdoti. Hagenb. Mss. Consulendus inprimis Marini *Atti* 1. p. 315., ubi laudat Decretum XV. Virorum Sac. Fac. factum Licinio Secundo Sacerdoti Matris Deum M. I., quo possit VTI OCCAVO ET CORONA DVM TAXAT INTRA FINES COLONIAE CVMANAE. Nos id dabimus infra in capite de XV. Vir. S. F. Tum conferri iubet Tertull. *de Idololatria*. c. 18. *Igitur purpura illa et aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae vel trabeae vel palmatae, et coronae aureae Sacerdotum Provincialium.*

2173. COMINIAE L. FIL. VIPSANIAE DIGNITATI ‖ C. F. [1]) COLLEGIVM ‖ CAPVLATORVM [2]) ‖ SACERDOTVM DIANAE. — Allifani. Don. p. 345, 19. Mur. 512, 1.

1) Hagenb. explicat: Dignitati i. e. Honori Cominiae L. Fil. Vipsaniae Clarissimae eminae. Ego duabus feminis hunc titulum positum reor: Cominiae, Lucii filiae, et

Vipsaniae Dignitati, Caii filiae. Dignitas nomen pr., ut Felicitas, Aequitas, Hilaritas, Veritas. 2) Salium Martialem capulatum exhibet Fabrett. p. 90, 2. Capulatos Sacerdotes Augustales Reines. p. 269, 1. „Fabrettus (et cum eo Forcellinus) v. *capulatus* accepit de apice pilei seu cassidis Saliaris, sed ita nusquam dicitur: *tutulatus* procederet, de quo Gutberl. *de Saliis* p. 53. Quid? si non a capitis gestamine, sed manuum sint dicti *Capulati?* ut Salios gestasse manibus minutos pugiones, quibus ancilia pulsabant, docet ex Plutarcho *Gutb.* p. 96., nonne a *capulo* gladioli capulatum dicere licebit? An ita Sacerdotes Dianae, venationis Deae, gladiolis seu venatoriis seu sacrificalibus armati vel accincti, indeque *capulati* quoque dicti sunt?" Hagenb. Mss. Mur. deducit a *Cupula* v. Varr. *L. L.* 4, 26.

2174. HERCVLI ‖ Q. EVFEMIVS ‖ Q. F. OVF ‖ LVCVLLVS ‖ AED ‖ VI VIR. V. S. L. M ‖ Q. MANILIVS PHILVMENVS ‖ SACERD. LAVR. LAVIN. SIGILLVM ‖ CVM ARA HVIC ARAE SVPERPOSVIT ‖ ET SCRIPTVRAM EIVS VETVSTATE ‖ CORRVP. RENOVAVIT. VOTO ‖ SVSCEPTO ‖ L. D. D. D. — Laude Pompeia. Grut. 43, 9. et 10. cfr. Apianum p. 169. Posteriora illa: *Q. Manilius* cet. habet etiam Mur. 123, 3.

Habemus hic Laude Pompeia, quod probe notandum, duos Sacerdotes Laurentes Lavinates; cuiusmodi praeterea memorantur in quinque lapidibus Muratorii 514, 1. 682, 4. 684, 4. 718, 3. 1053, 1. simplici *Laurentium Lavinatium* nomine, minime de patria intelligendo. v. c. 684, 4.:

2175. D. M. S ‖ L. CAESIO L. F. MARCELLO LAV‖RENTI. LAVINATIVM P. C.[1]) TEATIN‖ORVM. CAESIVS PROCVLVS SEN. FILIO DVLCISSIMO B. M. P. — In civitate Teatina.

1) Patrono civitatis. Hagenb. Item 718, 3.:

2176. MARIVS L. LIB. DORYPHORVS ANNVLOS AVREOS ‖ CONSECVTVS A DIVO COMMODO. SCRIB AEDILIC ET ‖ TRIBVNIC. SCRIB. LIBR. AEDIL. CVRVL. PRAECO COS ‖ . . . OR CVRIAT.[1]) LAVRENS LAVINAS FECIT SIBI ET ‖ . . . AE ASCLEPIODOTE CONIVGI. ITEM LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. — Romae.

1) lictor curiatus.

2177. Q. GAVIO Q F ‖ POB. PRINCIPI ‖ IIII. VIR. VERONAE ‖ EQ. PVB. LAVR. LAV ‖ PRAEF. COLLEG ‖ FABR. ET DENDR ‖ PAGANI PAGI ‖ FORO IVLIENS ‖ PATRONO. — In vico Erizzolano ditionis Veronensis reperta 1825., mecumque communicata a V. Cl. Labus, qui literas aliquot evanidas certissima coniectura supplevit.

Verum non Sacerdotes solum, sed etiam Pontifices L. L. inveniuntur. Notam vero L. L. non aliter exponendam esse mox demonstrabit *T. Vennonii* saxum. Grut. 484, 3.

2178. D. M ‖ L. FABRICI L. F. PAL ‖ CAESENN GALLI ‖ EQ. ROM. PONTIF. L. L. SCRIB. AEDILIC ‖ OMNIBVS HONORIBVS IN COST. F.[1]) ITALICVS P. DIGNISSIMO. — Romae. Mur. 154, 4. (699, 8.) cfr. 153, 1.

1) Colonia Ostiensi functo.

Hinc Muratorius, consentiente Hagenb. statuit, Laurentis Lavinatis vocabulo designari genus aliquod sacerdotii ex Lauro-Lavinio, oppido ex antiquioribus Laurento et Lavinio, consociato sub Antonino Pio,

ut videtur Nibbyo *Viaggio* 2. p. 263., originem trahentis; ex caerimoniis, ni fallor, quibus Lavinii et Laurenti olim a Latii populis Venus colebatur. v. Strabo 5, 3. §. 5. p. 159. *Tzschuck.* Contra ad Iunonis sacerdotium refert Reines. p. 687. laudans praeterea Cod. Theod. L. 8. Tit. 5. Leg. 46. *ad societatem consortiumque Laurentum.*

2179. T. VENNONIO T. F. STELL ‖ AEBVTIANO PATRONO ET ‖ MVNICIPI COL. AVG. LAVR[1]) ‖ EQ. R. EQ. P. IVD. EX V. DEC ‖ SELECTO CVR. R. P. ALB ‖ POMPEIANORVM.[2]) L. L ‖ PONTIF. EIVSDE. SACERD[3]) ‖ MVNIA Q. F. CELERINA VXOR ‖ MARITO KARISSIMO. — Ad XIII. ab Vrbe, prope Flaminiam. Grut. 484, 3.

1) Parum intellexit hoc saxum Cluver. *Ital.* T. 1. p. 86. Municipia et coloniae saepe eadem oppida fuere, ut *municipem coloniae* facile admittamus cum Wess. ad *Ant. Itin.* p. 235. LAVR. ad Lauro-Lavinium, minime ad Lauriacum referente contra Cluv. *Noric.* p. 23. Adde Ritterum ad *Cod. Theod.* L. 8. T. 2. l. 1. T. 2. p. 489. HAGENB. 2) Alba Pompeia Liguriae oppid. 3) Seorsum accipe *Laurenti Lavinati* scil. sacerdoti, deinde *Pontifici eiusdem Sacerdotii* sc. Laurentium Lavinatium cfr. *Epp. epigr.* p. 189. IDEM. — Vide nos infra in Capite *de Fetialibus.*

Simile, puto, Sacerdotii genus fuit CAENINENSE:

2180. D. M ‖ M. FABIO C. F. SAB. PRAESENTI ‖ SACERDOT. CAENINENS.[1]) EQVO ‖ PVBLICO. IVDICI EX V DECVR. AVG. II VIR. I. D. HIC R. P. SVAE ‖ HS. CCCC LEG. ET AD SCHOL ‖ EXORNANDAM HS. C. Q. L. — Mantuae. Gud. 123, 2. Mur. 476, 1. 742, 1.

1) Sacerdotum Caeninensium mentio etiam ap. Grut. 385, 1. ac Fabrett. p. 217. dicti a Caenina, Latii oppido.

2181. Sacerdotis Caeninensis privilegia memorantur in lapide Neapolitano Grut. 484, 6., quem in Capite de Ludis publicis integrum exhibemus:

VERATIO . . QVI CVM PRIVILEGIO SACERDOTII CAENINENSIS MVNITVS POTVISSET AB HONORIB. ET MVNERIB. FACILE EXCVSARI cet. Eodem fere pertinet Immunitas Sacerdotis Lanuvinorum: ap. Fabrett. 450, 61. Mur. 1098, 1., quam inscript. dedi in Cap. de Re municip. §. Magister. cfr. Otto *Aedil.* p. 167.

2182. L. VALERIO ‖ L. F. POM ‖ IVNIORI EQ. P[1]) ‖ IVRAT. AD SACRA ETR.[2]) PONT. Q.[3]) AED. II. VIR ‖ ACCENSO VELATO ‖ PLEBS. VRBAN ‖ L. D. D. D. — Arretii. Grut. 479, 1. correctius ap. Gor. *Etr.* 1. p. 448. et 2. p. 279, 13.

1) Equo publico. 2) *Etruriae.* Scalig. et Gor. *Etrusca* Fabrett. Nec tamen qui sit *Iuratus ad sacra Etruriae*, loco Ciceronis *Brut.* 1. (*cooptatum me ab Hortensio in collegium* (Augurum) *recordabar, in quo iuratus iudicium dignitatis meae fecerat*) satis explicatur, ut opinabatur Gorius. Aegyptius de Bacchicis mysteriis intellexit, iuratumque esse eum, qui secundo gradu iis initiatus iusiurandum praestiterit, nemini se arcana enuntiaturum. 3) Quaestor.

2183. C. VALERIO C. F. PAP ‖ MARIANO ‖ HONORES. OMNES ‖ ADEPTO. TRIDENT ‖ FLAMINI. ROM. ET. AVG ‖ PRAEF. QVINQ. AVGVR[1]) ‖ ADLECTO. ANNON. LEG. III ‖ ITAL.[2]) SODALI. SACROR ‖ TVSCVLANOR.[3]) IVDICI. SELECTO.

DECVR. TRIB [4]) ‖ DECVRIONI. BRIXIAE ‖ CVRATORI. REI. P. MANT ‖ EQVO. PVBL. PRAEF. FABR ‖ PATRONO. COLON ‖ PVBLICE. — Tridenti. Grut. 479, 6. Vide de h. lap. et controversiis, quas excitavit: *Illustrazione del monumento eretto dalla città di Trento a C. Valerio Mariano, opera postuma dell' Ab.* Girolamo Tartarotti *supplita dall' Ab.* B. G. Stoffella dalla Croce. *Rovereto* 1824. 4. — *Discorso sopra un' iscrizione Trentina del tempo degli Antonini pubblicato dal Conte* Benedetto Giovanelli. *Trento* 1824. 8. — *Trento, città de' Rezj e Colonia Romana, appendice al discorso del C.* B. Giovanelli. *Trento* 1825. 8. Uterque scriptor in explicandis notis errores commisit; melius tamen Giovanellius ea in re versatus est.

1) *Praefecto Quinquennalium* vel *Quinquatrium* (!) *Auguri* Tart. *Praefecto quinquennali Augurum* Giov. Sed est: *Praefecto quinquennali.* (vel *Praefecto* (et) *Quinquennali. Auguri.* 2) *Adlecto annonae* (non *annonario*) Leg. III. Italicae, quae in Raetia stativa habebat. Cfr. Augustin. *de Civ. Dei* 18, 18. *annonam - -, quae dicitur. Raeticâ, quoniam ad Raetias deportatur.* 3) de *Sacris Tusculanis* cfr. Varronem *L. L.* 5. p. 56. *Bipont.* 4) TRID. Grut. TRIB. Tart. Giov., ille *Decurioni. Tribuno* explicat: perverse sane. Hic (e) *Decuriis tribus:* id quod non mediocribus laborat difficultatibus, quum in lapp. non memorentur nisi Iudicum Decuriae IV. vel V.

§. 3. SACERDOTES FEMINAE.

2184. . . SILVIAE I.[1]) FIL ‖ MATERNINAE ‖ SACERDOTAE. — Fragmentum nuper repertum Augustae Vind. v. Raiser *Guntia* pag. 71.

1) *Iulii*, non *Iuliae*, ut volebat Raiser.

2185. SACERDOTI ‖ IVNONI REG ‖ LICINIAE ‖ LICINIANAE ‖ LICINIANI TRIB ‖ FILIAE ‖ . . . . NIA METIANE (*sic*) ‖ MATER. — Beneventi. Donati 1. p. 76, 4. ex de Vita *Inscriptt.* 1, 5.

2186. D. M. S ‖ PETILIAE Q. F. SECVNDINAE ‖ SACERDOTI MINERVAE VIX ‖ ANN. VIIII.[1]) M. VII. D. XVIII. OB INFATIGABILEM PIETAT. EIVS MESSIA ‖ DORCAS M. INFELIX. FIL. D. M. F.[2]) — In villa Ducis Iuvenacii in Apulia. Grut. 317, 6. Murat. 165, 1. Donati 1. p. 79, 6.

1) Nota sacerdotem novem annorum. 2) filiae digne merenti vel f. dulcissimae memoriae fecit. Mur. tamen verius, puto, habet B. M. P. bene merenti posuit. v. Saxii *Miss.* 3. p. 52.

2187. CASPONIA P. F. MAXIMA ‖ SACERDOS CERERIS ‖ PVBLICA ‖ POPVLI ROMANI ‖ SICVLA. — Romae. Grut. 308, 4.

2188. FLAVIAE AMMIAE ‖ SACERDOTI ‖ CERERIS ‖ OB HONOREM ‖ CAERIMONIORVM[1]) (*sic*) ‖ HONESTISSIME ‖ PRAEBITORVM (*sic*) ‖ DECRETO ORDINIS. — Romae. Fabrett. p. 342, 524. Mur. 164, 1.

1) *cerimoniorum* Mur.

2189. M. ALLEIO LVCEIO LIBELLAE PATRI ‖ AEDILI II VIR. PRAEFECTO QVINQ ET ‖ M. ALLEIO LIBELLAE F ‖ DECVRIONI VIXIT ‖ ANNIS XVII ‖ LOCVS MONVMENTI ‖ PVBLICE DATVS EST ALLEIA M F ‖ DECIMILLA SACERDOS PVBLICA ‖

CERERIS FACIVNDVM CVRAVIT VIRO ‖ ET FILIO. — Pompeiis. Millin *Pompei* p. 96. von Goro p. 41.

2190. *ΤΕΡΕΝΤΙΑ ΠΑΡΟΜΟΝΗ. ΙΕΡΕΙΑ ‖ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ.*

TERENTIA PAROMONE SACERDOS ‖ CERERIS LEGIFERAE. — Pompeiis. Bibl. philol. Lips. 1780. *Vol.* 2. p. 223.

2191. MAMIAE. P. F. SACERDOTI PVBLICAE. LOCVS SEPVLTVRAE ‖ DATVS DECVRIONVM DECRETO. — Pompeiis. Bechi *del Calcidico e della Cripta di Eumachia* p. 89.

2192. FABERIAE ‖ G. F. TETR ‖ PRISC ‖ SACERD. PVBL ‖ NVMINIS CAP ‖ ELECTAE A SPLENDIDO ORDINE D. D. — Capuae. Mur. 1991, 1, Cfr. Gud. 106, 2.

2193. AGVSIAE T. F. PRISCILLAE ‖ SACERDOTI SPEI ET SALVTIS AVG ‖ EX D. D. GABINI. STATVAM PVBLICE PO‖NENDAM CVRAVERVNT. QVOD POST ‖ INPENSAS EXEMPLO INLVSTRIVM FEMINAR ‖ FACTAS. OB SACERDOTIVM ETIAM OPVS PORTIC ‖ SPEI VETVSTATE VEXATVM, PECVNIA ‖ SVA PERFECTV‖RAM SE PROMISERIT POPVLO. CVM PRO ‖ SALVTE PRINCIPIS ANTONINI AVG. PII ‖ PATRIS PATRIAE. LIBERORVMQVE EIVS ‖ EXIMIO LVDORVM SPECTACVLO EDITO ‖ RELIGIONI. VESTE. DONATA[1]) ‖ VNIVERSIS SATIS. FECERIT ‖ CVIVS STATVAE HONORE CONTENTA ‖ INPENSAM POPVLO REMISERIT ‖ L. D. D. D. — Gabiis. *Bibliothek der alten Lit.* Fasc. X. p. 7.

1) Editor Gotting. VESTE habuit pro *Vestae*, ut in aliis inscriptt. Gabinis eiusdem temporis ac simul cum hac repertis *liberte* pro *libertae*, *Variane* pro *Varianae* legitur, interpretatusque est: *quum virgo Vestalis facta esset:* sed Virgines Vestales Gabiis fuisse nequaquam puto; et insolita esset omnino formula prorsusque inaudita. Erit igitur potius ἐσθῆτος δοθείσης, quo tamen significatu vox RELIGIONI obscura manet: eritne simulacro Religionis? an potius collegio alicui Sacerdotali hoc nomine apud Gabinos instituto?

2194. * NONIAE MAC‖RINAE SACERD ‖ BERGIMI ‖ B M ‖ CAMVNI. — Cividati in agro Brixiano; e schedis Petri Gnocchi, in quibus plura suspecta. Donati 1. p. 79, 3.

2195. CAESONIAE LVCILLAE ‖ MATERTERAE SANC‖TISSIMAE ET FELICISSIMAE. SACERD.[1]) DIVI TITI FLAVI. AVG ‖ C. CAESONIVS RVFINIANVS ‖ V. C. D. D. — Tibure. Don. p. 138, 15. Mur, 162, 3.

1) „Sacerdoti (feminae) nil dubitans accepit Gorius; quid dubitat Mur., quum sacerdotes feminae Imperatorum et alibi legantur v. c. Grut. 320, 10, 11. neque honores nominibus praefigantur?" Hagenb. *Mss.*

2196. I. O. M ‖ CAESIA P. F ‖ MAXIMA ‖ SACERDOS ‖ DIVAE ‖ MATIDIAE,[1]) — Incino, postea Mediolani. Mur. 163, 3. Redaelli 1. p. 57. (Fabrett. p. 696, 181.)

1) Matidiae mater fuit Marciana Traiani soror. Cfr. Grut. 1088, 11. Mur.

2197. Sacerdotes feminae ap. Murat. 161—166. reperiuntur Veneris,

Cereris, Minervae, a bona Dea, Matris Deûm, Divarum sc. Augustarum, Divae Augustae, D. Plotinae, praeter eas, quas selegimus.

2198. D. M. ‖ CAECILIAE PROCVL ‖ SACERD. XV. VIRALI ‖ L. ACVTIVS ‖ CAECILIANVS ALVMNVS ‖ ET P. ACILICO SVRO NVTRI. — Brixiae. Mur. 162, 4. Eodem pertinere videtur lapis Romanus ap. Donati 1, p. 20, 6. et Marini *Atti* 2. p. 361.:

2199. MVNATIA REDDITA SA . . ‖ . CERD. XV. VIR. TAVROBOL ‖ FECIT ‖ XII KAL. DEC ‖ GLABRIONE II. COS.[1])

1) p. Chr. 186. Quindecimvirale igitur hoc feminarum sacerdotium pertinebat ad cultum Magnae Matris Idaeae.

2200. SILVANO ‖ SACR. ET NYMPHIS LOCI ‖ ARETE DRVIS[1]) ‖ ANTISTITA SOMNO MONITA ‖ D. — Metis. Grut. 62, 9.

1) incertum hoc, sed tamen dignum quod observetur, est Druidum s. Druidarum in lapp. vestigium. Ita visum est etiam Hagenbuchio. Cfr. Vopisc. *Aurelian.* C. 44. *Aurelianum Gallicanas consuluisse Druidas.*

§. 4. ANTISTITES. PARASITI. PRAETORES SAC. FAC.

2201. DIS. SECVRITATIS ‖ Q. VIBIVS HERMA ‖ ANTISTES ‖ SANCTI SILVANI ‖ ANNVM AGENS ‖ LXX ‖ FECIT SIBI B. B.[1]) — Romae. Grut. 318, 9. Ex hac conficta videtur ib. 10.

1) Bene Bene i. e. ἀγαθῇ τύχῃ. Scalig. (Vivus Vivo. Grut.)

2202. EX RESPONSO ‖ ANTISTITVM ‖ PROSPOLOIS[1]) ‖ C. LVCANVS SEVERVS ‖ PRO ‖ L. LVCANO FILIO. — Tergeste. Mur. 174, 7.

1) Bimard. *Diatr.* p. 66. explicat: C. Lucanum, quum consuluisset Antistites, anxius de filio forsitan aegrotante, ex eorum responso donum quoddam dedisse προσπόλοις, sacrorum ministris. — Ad Mithriaca hoc pertinere, probabile fit ex Marini *Atti* p. 170. et 186., ubi Mithrae Antistites memorantur.

2203. De Parasitis Apollinis v. Martial. 9, 29. Grut. 89, 6. le Beau *Mém. Inscript.* T. 31, 60. Saxa eos memorantes exhibebimus in Cap. de Ludis Publicis.

2204. L. LICINIO L. FIL. PAL ‖ HERODI ‖ EQVIT. ROM. DECVRIALI ‖ DECVRIAE VIATORIAE ‖ EQVESTRIS. COS. DECVRIONI ‖ QVINQVENNALI. DVVMVIRO ‖ SACERDOTI GENI. COL. FLAM ‖ ROM. ET AVG. CVRAT. OPER. PVBL ‖ QVAESTORI AER. AEDILI. FLAM ‖ DIVI SEVERI SODALIARVLENSI[1]) ‖ PRAET. PRIM. SAC. VOLK. FACIV[2]) ‖ ORDO AVGVSTAL ‖ OPTIMO CIVI OB MERITA. — Ostiae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 56. Morcelli *St.* 2. p. 54.

1) Marinius putat intellig. esse numen aliquod vel collegium Ostiense nobis ignotum.
2) Sic habes Flaminem PRAETOR. II. SACRA VOLCANI. Grut. p. 318, 6. 398, 7. Cfr. Marini *Atti* 2. p. 357. Praetorem (sacrorum) habebant etiam Fratres Arvales. Apud Grut. 411, 3. Interamnae est lapis dedicatus ISIDORO — — AVGVRI. SACERD. PONT. PRAEF. SACRORVM; ubi fortasse leg. PRAETori.

2205. CN. SERGIVS. CN. L ‖ ANTHVS PATER ‖ AVGVSTALIS FECIT. — *Ab altero latere:* CN. SERGIO. CN. F. VOT[1]) ‖

PRISCO. FILIO SVO. PRAETORI ‖ SACRIS VOLCANI EX D. D. AEDILI. ADLECTO.[2] — **Romae. Grut. 318, 7.**

1) **Vol. Ms. Pighii. Verum est VOLT*inia*. Ceterum Scalig. *Ind.* 3. male iunxit *Pater Augustalis*, quum sit Pater filii Cn. Sergii, idemque Augustalis. Praeterea nota hic filium liberti, tribum habentem, patre non habente. Scalig. *Ind.* 19. Hagenb. Mss.**

2206. C. AEMILIO C. F. FAB ‖ ANTONINO EQVITI ROMANO ‖ Q. Q.[1] PATRON. MVNICIPI ‖ OMNIB. HONORIB ‖ HONESTE PERFVNCTO ‖ CVR. FANI HERC. VICT[2] ‖ PONTIFICI. — Tibure reperta, postea Romae. Mur. 176, 4. Donati 2. p. 245, 7. v. Saxii *Miss.* 3. p. 62.

1) *Quinquennali.* 2) *Curatori fani Herculis* VICT*oris*, Tibure.

§. 5. FLAMINES.

2207.

...... COS

Q. TINEIVS RVFVS LOCO T. HOENI SEVERI COS.

Q. TINEIVS SACERDOS LOCO L. ANNI LARGI FLAMINIS

M. CLAVDIVS FRONTO NEOCYDES LOCO

L. ROSCI AELIANI FLAMINIS

T. CORNELIVS ANNEVS FVSCVS LOCO

L. COSSONI EGGI. MARVLLI FLAMINIS

L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS LOCO

M. ACILI VIBI. FAVSTINI FLAMINIS

M. SOSIVS LAELIANVS PONTIVS FALCO LOCO

L. ANNI. RAVI EXAVGVRATI

T. STATILIO SEVERO

L. ALFIDIO HERENNIANO COS.[1]

Q. HEDIVS RVFVS LO..... NVS

LOCO PONTI. FALCO ....

— Romae. Marini *Atti* 1. p. 166. fragmentum albi Flaminum memorabile potissimum ob mentionem flaminis exaugurati. — Similia plane exhibet iam Livius 27, 6. 29, 38.

1) p. Chr. 171.

2208. AVL. SEMPR. ASPRENATI ‖ FLAMINI DIALI ‖ CONIVGI OPTIMO ‖ BENE MERENTI ‖ HECALE FLAMINICA P. C ‖ BIX. ANN. ‡ C. I.[1] ‖ M. IV. D. VII ‖ ET IVL. MODESTINO LEIB. B. M ‖ ET SIBI ET SOVEIS. — Metis. Grut. 307, 8.

1) i. e. XXC. seu LXXXI. Hagenb. v. Grut. 766, 6.

2209. P. CORNELIVS P. F. SILANVS. FLAMEN ‖ MARTIALIS. COS. — Romae in arcu ad acquaeductum Claudii. Donati 1. p. 80, 5.

2210. D. M ‖ P. MEVIO P. FILIO ‖ VOLCANI FLAM ‖ VIXIT ANNIS LVI. M. X. D. III ‖ MANILIA AMATISTA ‖ CONIVX B. M. F. — Vulceii. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 422.

2211. * SEXTL.[1] CLASENO SEX. F. SEX ‖ NEP. SEX PRON ‖ CLV. ALLIANO ‖ PONTIFICI. FLAMINI VIC‖TORIAE ET FELIC.

CAESAR ‖ PERPETVO. PRAEF. COH ‖ III. ASTVR. EQ. C. R.[2]) TRIB. LEG ‖ II. ITALIC. IIII VIR. Q. Q. IIII VIR ‖ I. D. II. SACERD. V. F. C.[3]) CVR. LVSVS ‖ IVVENVM. VI VIRI AVGVSTAL. PATRONO[4]) OB AMOREM EIVS ‖ ERGA SINGVLOS VNIVERSOSQ. — Ad prim. lapid. ab Aemilia i. e. Ameriae. Grut. 388, 3. Don. IV, 21. Murat. 620, 1. Est Ligoriana.

1) *Sexto Tito Lucio.* Scal. Melius SEXTIO. Mur. 2) *Equitatae Civium Romanorum.* 3) *Victoriae Felicitatis Caesaris* Scal. Cfr. Don. IV, 22. Sed cfr. Grut. 1028, 1. *Curatori Lusus Iuvenum.* V. F. G. (*sic*), cuius notae interpretatio aeque incerta est; male enim Pigh. *Vivo Fieri Curavit.* (*curaverunt*, saltem debebat esse.) Hagenb. suspicabatur *Viro Egregio*; sed hoc quoque probabilitate caret. Nostro praeterea in saxo parum probamus Flaminem, eundemque Sacerdotem Victor. Felic. Caesaris. 4) Haec duo vocab. accesserunt ex Add. Grut.

2212. T. CASSIO ‖ MANSVET ‖ FLAMINI VIRB[1]) ‖ SCRIB. AED. II V. IVR. DIC. CASSIA MTIA. PATRVELI. — Cularone. Gud. 119, 18. Bimard *Proleg.* p. 85.

1) Virbiali expl. Bimard., ut Grut. 445, 3. 494, 7. Mur. 166, 6.

2213. D. M ‖ SEX IVL. CONDIÁNI DEF. ANN. XXV ‖ FLÁMÍNÍS IVVÉNTVTIS. Q. C. V. AÉDILI ‖ M. VÁLERIVS IVLIÁNVS SÓCER ÉT ‖ VÁL. SÉCVNDILLÁ. CÓNIVGI PIISSIMO. — Gratianopoli. Millin *Mag. Encycl.* 1805, 4. p. 71.

2214. FLAVIO VERINI FILIO QVINCTO ‖ SABINO DECVRIONI. II VIRO ‖ SALIN. CIVITATIS SVAE ‖ VIRO ‖ FORO IVLIENSI *Flamini* PROVINCIAE ‖ ALPIVM MARITIMARVM. OPTIMO ‖ PATRONO TABER*narii* SALINIENSES ‖ POSVERVNT. CVRANTIBVS MATVRO ‖ MANSVETO ET ALBVC .... ‖ IMP. COMMODO ET ANTISTIO BYRRO COS.[1]) — Niciae. Zachariae *Exc.* p. 54.

1) p. Chr. 181.

2215. FLAMINES QVINQVENNALES admodum sunt dubii, etsi agniti a Bimardo in Oliver. *Marm. Pisaur.* p. 82. Prodeunt scil. e duobus dumtaxat lapp. Grut. 261, 4. Ligoriano, valdeque suspecto de interpolatione in illis *Magister et Flamen quinquennalis* pro *Magister quinquennalis et Flamen*, et altero 397, 3., ubi *Quinquennalitas* municipalis videtur significari.

2216. FLAMINEM AVGVSTALEM v. inter Sodales Titios ex Marini *Atti* 1. p. CLXXIII.

2217. C. EGNATIO[1]) ‖ C. F. HOR. MARO. FLAM. TI. CAESARIS AVG[2]) ‖ PONTIF. II VIR. QVINQ ‖ ITER. PRAEF. FABRVM ‖ EGNATIAE. C. F. MARVLLAE. — Labelli apud Venusiam. Lupulus p. 296.

1) lego *Egnatius.* 2) unum hunc Tiberii flaminem in lapp. memorari puto.

2218. FLAMINEM DIVI CLAVDII Tergeste habes Traiani temporibus, ap. Grut. 193, 3.

2219. VALENTIS FLAMINIS NERONIS AVG ‖ F. PERPETVI[1]) ‖ D. LVCRETII (*sic*) VALENTIS FILII (*sic*) ‖ V. K. APRIL. VE-

NATIO ET VELA ERVNT ‖ P. COLONIA.[2]) — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 83.

1) Romanellius explicat *flaminis perpetui Neronis Augusti felicis*, neque obste; id tamen mirum accidit, *Felicis* sic nude positum esse sine praeposito *Pii*. Nec magis veri simile est Neronem sive Tiberium Augusti F. i. e. filium (adoptivum) suos iam habuisse flamines vivente Augusto. 2) *Pompeiana Colonia;* haec vero ab alia manu subiecta sunt.

2220. L. APPAEO. L. F ‖ PVP ‖ PVDENTI P. P[1]) ‖ TRIB. COH. XII VRB. ET X PRAET ‖ FLAMINI FLAVIALI ‖ PATRONO. SASS ‖ PLEBS VRBANA ‖ PR. MI. S.[2]) D. D. — Sassinae. Grut. 359, 4.

1) Primipilo. 2) Haec corrupta sunt.

2221. * NEPTVNO REDVC ‖ SACRVM ‖ Q. MANILIVS Q. F. PAL ‖ SEVERIANVS ‖ VI. VIR. AVGVST. ET FLAMEN ‖ TITIAL. V. S. L. M. — Sine loco. Ex Graevio. Marm. Taurinensia 1, p. 167. Est lapis Ligorianus e Gudii penu. 41, 4.

2222. C. VALERIVS C. F. CLAVD. PANSA FLAMEN ‖ DIVORVM VESPASIANI. TRAIANI. HADRIANI. P. P. BIS ‖ TRIB. COH. VIIII. PR. PROC. AVG. PROVINC BRITANNIAE ‖ BALNEVM QVOD VI[1]) CONSVMPTVM FVERAT AMPLIATIS SOLO ‖ ET OPERIBVS INTRA BIENNIVM PECVNIA SVA RESTITVIT ET DEDICAVIT ‖ IN QVOD OPVS LEGATA QVOQVE REIP TESTAMENTO ALBVCIAE CANDIDAE ‖ VXORIS SVE HS CC CONSENSV ORDINIS AMPLIVS[2]) EROGAVIT. — Novariae. Doni p. 74, 31.

1) *ignis* videtur deesse. 2) an AMPLISSimi? Similiter in Mur. 619, 1. et rursus 1113, 7. est Flamen Divi Commodi et Divi Antonini, sed Ligorianus. Hinc tamen apparet, quomodo accipienda sit formula FLAMEN DIVORVM OMNIVM. v. c. apud Grut. 359, 3. et Doni p. 143, 28..

2223. T. APPAEO T. F. VEL ‖ ALFINIO SECVNDO ‖ PROC. AVGVST. XX HERED ‖ PROC. ALP. ATRECTIANAR[1]) ‖ PRAEF. VEHICVL. SVB., PRAEF. CLASS. PRAET. RAVENN. PR ‖ ALAE I. AVG. THRAC. TRIB. COH ‖ I. AELIAE BRITTON. PRAEF ‖ COH. IIII GALLOR. PATRON. COLON. FLAMINI DIVOR ‖ OMNIVM AVGVRI ‖ II VIR. QVINQ. BIS ‖ OB MERITA EIVS ‖ D. D. — Firmi, ubi similes reperit Marinius. Cfr. Grut. 490, 2. *Divorum omnium* i. e. omnium Imperatorum inter Divos relatorum, ut in marmoribus Hispaniensibus memorantur *Flamines Divorum Augg.* et *Divarum Augg.* Cfr. Marini *Atti* 2. p. 386.

1) Doni: ALPIATRECTIANAR. Reines. *Alp. Ret. Cottianar.*

2224. Pontifices, Flamines, Flaminicas, Sacerdotes Augusti et Romae, Caesarum, Augustae (nescio cuius, fortasse Faustinae vel Plotinae Grut. 321, 2. et 4.) divorum Augustorum, Divarum, Divae Marcianae, Plotinae, Coloniarum, Municipiorum, Provinciarum exhibet Grut. 320—325.

§. 6. FLAMINICAE.

2225. DEVILLIAE ‖ ATTICAE ‖ FLAMINICAE HERAE 1) ‖ DESIG. — Deiae Vocontiorum. Reines. p. 378, 38.

1) *Iunonis*. Rein.

2226. I. O. M ‖ FLAVIA L. F. RVFINA ‖ EMERITENSIS FLA‖MINICA PROVINC ‖ LVSITANIAE. ITEM COL ‖ EMERITENSIS. PERPET 1) ‖ ET MVNICIPI SALACIEN ‖ D. D. — Prope Terranum Lusit. Grut. 13, 16. Scriverio suspectum erat hoc saxum. Sax. *Peric.* p. 22.

1) Perpetua. Cfr. Bimard. in Oliv. *Marm. Pisaur.* p. 81. Hag. *Flaminicam perpetuam* habes etiam Mur. 169, 6.

2227. D. M ‖ APPEIENA C. F. PHILV‖MENE. FLAM. MVT 1) ‖ SIBI ET P. TITIO SABI‖NO MARITO. VIVA ‖ POSVIT. — Mutinae. Grut. 322, 10. Mur. 168, 5.

1) Mutinensis.

2228. ARRIAE L. F. PLARIAE ‖ VERAE PRISCILLAE ‖ FLAMINICAE ‖ M' ACILI GLABRIONIS COS. 1) D. D. PVBLICE. — Pisauri. Marm. Pisaur. p. 14, 32. Mur. 331, 1.

1) uxori Cos. Manii Acilii Glabrionis, p. Chr. 152. Nota feminam quattuor nominibus utentem.

2229. AVIDIAE C. F. TERTVLLAE ‖ FLAM. MATRI MVNICIPAL 1) ‖ ORDO VI VIRAL 2) ‖ OB MERITA EIVS. — In agro Sentinate. Mur. 168, 6.

1) flaminicae, matri municipali s. municipii. 2) Seviralium, ut Mur. 1104, 7. Ordo Seviralium et Augustalium.

2230. D. M ‖ IVLIAE HELIADIS ‖ SEX IVLI CALLISTI ‖ ET IVLIAE NICES FI‖LIAE. FLAMINIC. AVG ‖ QVAE VIXIT ANNIS ‖ XXV.(MENSIBVS II ‖ IVLIA HELIANE ET ‖ CALLISTATE CORPVS ‖ SORORIS ANIMA SVA ‖ SIBI CARIORIS AB ‖ VRBE ADFERRI ‖ CVRAVERVNT ET ‖ SARCOPHAGO IN‖TRA MAESOLAEVM ‖ CONDIDERVNT. — Lugduni. Millin *Voyage* 1. p. 502.

2231. C. ASCONIO C. F ‖ FAB. SARDO ‖ IIII VIR. I. D ‖ PRAEF. FABR ‖ FRATRI ‖ CVSINIAE M. F ‖ SARDI MATRI ‖ ET SIBI ‖ ASCONIA C. F. AVGVRINI 1) ‖ SACERDOS ‖ DIVAE DOMITILLAE. — Patavii. Grut. 366, 4. Vrsati *Mon. Pat.* p. 65, 29.

1) scil. uxor. Referenda est haec inscr. ad §. 3. Sacerdd. feminae.

2232. I. O. M ‖ DEPVLSOR AVL 1) ‖ P. CEIONIVS D. C. POE 2) ‖ SACERDOTALE VE 3) ‖ PRO SALVTE SVA ET VESPECIATIAE ‖ CAESIAE VXORIS ‖ HEREDVMQVE SVORVM ‖ OMNIVM ‖ V. S. L. M. — Poetovione. Grut. 20, 3.

1) f. MAL(*orum*) Hag. 2) Decurio Coloniae Poetovionis. 3) Exponebant VEFLAMEN; vocabulo inaudito, quod originem suam debet notis male intellectis, etiam in Grut. 347, 1. *V. E. Flamini*. 364, 1. aliquoties: VEFLAM. 498, 8. VE. FLAM.; quum ubique exponendum fuisset Vir Egregius, Flamen. Eodem errore inducti ex VESPECIATIA, nom. fortasse corrupto, exsculpserunt *Veflaminicam* Speciatiam vel Spectatiam.

PONTIFICES VESTAE V. V. C. C. PRO. MAGISTERIO [3]) PORTII ACILLII. [4]) LVCILLI. VITRASI. PRAETEXTATI. V. V. C. C. [5]) — Romae. Grut. 173, 5. Mur. 481, 5.

1) *Magnalium*. Mur. Optime Scaliger: *Ancilium*. 2) *longanimitate*. Mur. 3) iunctim lege: *Promagisterio*. Cfr. Mur. 1019, 2. C. IVLIO — TATIANO — PONTIFICI VESTAE ET IN COLLEGIO PONTIFICVM PROMAGISTRO. 4) PROTI LACILII LVCILII. Mur. 5) virorum clarissimorum.

2245. Q. POMPEIO Q. F ‖ QVIR. (*Seneci*)ONI ‖ SOSIO PRISCO (*Cos.*[1])) ‖ SALIO COLLIN ‖ TARRACINEN ‖ DECRETO ‖ DECVRIONV ‖ PATRON ‖ — Tarracinae. Don. p. 139, 18. Mur. 173, 8. Supplementa sunt Hagenbuchii.

1) p. Chr. 169.

2246. * M. NOMEICIVS M. F. PAL. NOMESIANVS ‖ MAGISTER AVGVSTALIS COLONIAE ‖ SETIN. SAL. MARTIALIS CAPVLATVS. IIII. VIR. VIARVM CVRAND ‖ V. S. FECIT SIBI ET SVIS LIBERIS ET ‖ POSTERIS EORVM H. M. D. M. AB ‖ IN FR. PED. XVII. IN AGR. PED. XVIII. — S. l. Fabrett. p. 90, 175. Est Ligor.

2247. L. ANTISTIVS CN. F. HOR. SARCVLO [1]) ANTISTIA
SALIVS ALBANVS. IDEM MAC. [2]) SALIORVM L. L. PLVTIA
RVFVS. L. ANTHVS L. [3]) IMAGINES DE SVO FECERVNT. PATRONO ET PATRONAE PRO MERITIS ‖ EORVM. — Romae. Grut. 318, 2. Cfr. ib. 1.

1) Horatia tribu, Sarculo oriundus. 2) MAG(ister). 3) i. e. Rufus et Anthus Liberti duo.

2248. P. AEL. P. F. PAL ‖ TIRONI ‖ SALIO ARCIS ALBANAE. QVEM ‖ IMP. CAES. ANTONINVS [1]) AVG. PIVS ‖ GERM. SARM. BRITT ‖ AGENTEM AETATIS ‖ ANNVM XIIII. MILITIA PRIMA ‖ PRAEFECTVRA ‖ EQVIT. BRAVCO‖NVM. D. [2]) EXORNARE DIGNATVS EST ‖ DEC. DEC ‖ BLANDVS PATER ‖ PRO AMORE CIVI‖TATIS SVMMAM ET ‖ SVMPTVM OMNEM . . . — In Castro S. Petri in Sabinis ad fl. Farfarum. Fabrett. p. 116, 297. Mur. 173, 6. 758, 3. Bimard *Proleg.* p. 96.

1) Caracalla. 2) Breucorum quingentorum.

2249. C. TERENTIVS ‖ VALENS ‖ IIII VIR. AEDIL ‖ POT. PRAEF. Q. Q. SAL [1]) ‖ PRAEF. RIVI SVPERN ‖ PATRONO MVNICIPES. — Tibure. Grut. 473, 5.

1) „*Praef. QQ.* (viae) *SALariae* explicabat Scalig. Melius vero Fabrettus *Em.* p. VII. in v. SAL. agnovit *Salium*. Salius, intelligo, non Martis, sed Herculis Tibure culti, de quo ex Servio et Macrobio docet Gutb. *de Sal.* p. 17., saxa nulla, quod miror, adducens. Nostrum hoc ei non adductum non miror; facile enim eum latuit hic Salius in Scal. *Indd.* non inveniendus; miror vero eum non adduxisse Spon *Misc.* p. 189, 2. neque Grut. 1097, 7." Hagenb. Mss.

2250. Salii municipales plures reperiuntur ap. Mur. 173. v. c. 3.
* SEX. SEXTIVS SEX. F. PAPIRIA ‖ FVSCVS FLAMEN ROMAE ET DIVI ‖ CLAVDII IIII. VIR. I. D. PONTIFEX AVGVR ‖ SALIVS GRAT. D. D. [1]) PRAEFECT. FABR. DED. — Romae.

1) Salius (municipalis) gratuitus decreto decurionum. Hagenb. Mss. et Marini *Atti* p. 419. Mur. l. l. 6. habet etiam Salium Veronensem. Ceterum saxum illud Mur.

173, 3. primum a Mabillonio *Vet. Anal.* p. 364. desumptum est e Cod. Einsiedlensi dumtaxat, et habet Ligoriani nescio quid, nominatim illud PRAEF. FABR., quod sexcenties recurrit in Ligorii commentis.

* * *

2251. L. AELIANO L. F ‖ AN. PROVINCIALI ‖ EQVO P. ORNATO ‖ LVPERCO DESIG ‖ HVIC ORDO DECVRION ‖ STATVAM DECREVIT ‖ L. AELIANVS VERECVNDVS ‖ H. V. S. R.[1]) L. D. D. D. — Praeneste. Grut. 317, 6.

1) Honore usus, sumptum remisit.

2252. P. SVFENATI P. F. PAL ‖ MYRONI ‖ EQVITI ROMANO. DECVRIA‖LI SCRIBARVM AEDILIVM ‖ CVRVLIVM. LVPERCO. LAVRENTI ‖ LAVINATI.[1]) FRETRIACO NE‖APOLI ANTINOITON ET EV‖NOSTIDON[2]) ‖ DECVRIONI ‖ IIII VIRO. ALBANI LON‖GANI. BOVILLENSES[3]) ‖ MVNICIPES OB MERI‖TA EIVS. L. D. D. D. — Romae. Fabrett. p. 456, XVI.

1) Quamquam h. l. potius distinguendum sit: Luperco, eidemque praeterea (Sacerdoti) Laurenti Lavinati, quam iungendum *Luperco Laurenti Lavinati*, tamen agnosco Lupercum municipalem Albae Longae vel Bovillarum, ut in superiore lap. Praenestinum. 2) de phratriis hisce cultorum Antinoi et Eunosti v. Martorell. *Thec. Calam.* p. 591., et Ignarra data opera de Phratriis Neapolitanis agentem. 3) Alba Longa a Bovillis vix XXX. stadiis distabat. Fabrett.

2253. In Vrbe antiquitus duo erant Lupercorum Collegia, Fabiani et Quintiliani (v. Festum in h. v.), quo pertinent sequentes inscr.:

Q. CONSIDIVS Q. L. ERO.. ‖ VIATOR AED. PL. L. PAPIRIA LVPERCVS QVINCTIAL. VETVS ‖ ACCENSVS COS ‖ MAGISTER TRIVM DECVRIAR ‖ CONSIDIA. Q. L. AMMIA L. — In Via Tiburtina. Fabrett. 457, 77. Hic Lupercus vetus distinguitur a tertio collegio Lupercorum Iuliorum. v. Dionem L. 44. initio.

2254. Q. VETVRIVS Q. F. POM. PEXSVS ‖ LVPERCVS FABIANVS. EX COLLEGIO VIRTVTIS.[1]) TRIB. MIL. II. PRAEFECTVS FABRVM ‖

FIDVSTIA L. F : RAECIA M. F.
MATER : SOROR

ARBITRATV AGRILIAE (*sic*) L. F. MATERTERAE
EX TESTAMENTO HS. ∞ ∞.

— Nepete in Faliscis. Grut. 487, 1.

1) Collegium religiosum Deae Virtutis videtur fuisse; alibi nondum reperi.

2255. SECVNDINI[1]) ‖ L. CREPEREIO ‖ ROGATO C. V ‖ PONTIFICI ‖ DEI SOLIS ‖ SEPTEMVIRO ‖ ET INSIGNI LVPERCO ‖ ISTARVM ‖ AEDIVM ‖ CONDITORI. — Romae. Fabrett. p. 101, 230.

1) De isto serioris tantum aetatis more, inscriptionibus vel eorum, quibus ponebantur, vel operum curatoris nomen casu secundo praeponendi cfr. Fabrett. p. 99.

2256. * T. PVPIVS. T. F. ANI. TADIANVS ‖ LVPERCVS ITER[1]) ‖ PVPIA HILARA FECERVNT. IN FRONTE PEDES XII ‖ IN AGRO PEDES XIIX. — Sine loco. Fabrett. p. 457, 76. E sch. Barberinis.

1) temporarium igitur erat sacerdotium, si inscr. sincera. De Luperco TER vide Cardinali *Iscr. Veletr.* p. 2.

2257. D. M ‖ C. IVLI VNIONIS ‖ C. NASENNIVS ‖ PLEBEIVS ‖ ET P. SETINVS LVPER‖CVS [1]) HEREDES ‖ FECERVNT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 372.

1) h. l. cognomen est, ut *Sacerdos* interdum, sed rarius etiam.

§. 9. CVRIONES. SEPTEMVIRI EPVLONES. DECEMVIRI ET QVINDECIMVIRI SAC. FAC.

CVRIONES rarissime memorari vidi in lapp. v. c.

2258. L. AEMILIO L. F. PAP. ARCANO ‖ TRIB. MIL. LEG. XI. GEM. ET TRIB ‖ MIL. LEG. I. MINERV. ITEM TRIB ‖ MIL LEG. II. OMNIB ‖ HONORIB ‖ IN COLONIA SVA FVNCT ‖ ADLECTO IN AMPLISSIMVM ‖ ORDINEM. AB. IMP. CAES ‖ HADRIANO AVG. IIIIII VIR ‖ EQVITVM ROMANOR. [1]) CVRIONI ‖ QVAESTORI VRBANO. TRIB ‖ PLEBIS. PRAETORI DESIGNAT ‖ L. AEMILIVS MOSCHVS IIIIII VIR. AVG. PATRONO OPTIMO. POST ‖ OBITVM EIVS. INLATIS ARCAE ‖ SEVIROR. OB LOCVM ET TVITIO‖NEM STATVAE HS N. IIII ‖ L. D. D. IIIIII. VIROR ‖ ET SPORTVLIS DEDICAVIT *.[2]) III. — Narbone. Grut. 348, 1.

1) Intellige de Seviris sex turmarum Eqq. Romanor. 2) denarios.

SEPTEMVIRI EPVLONES s. EPVLONVM et XV. VIRI SAC. FAC. saepissime memorantur in aliorum magistratuum et sacerdotiorum recensu, quocirca h. l. paucis erimus contenti.

2259. DIS. MANIBVS ‖ M. SVLPICI. BASSI ‖ AMICI. OPTVMI ‖ L. NONIVS ‖ ASPRENAS ‖ VII. VIR. EPVLONVM. — Romae. Grut. 307, 4. Visconti *Jenkins* p. 111.

2260. APPIAE SEX. F. SEVERAE ‖ CEIONI COMMODI COS[1]) ‖ VII VIR. EPVLONVM . . . . — In Via Cassia prope Romam. Marini *Atti* 1. p. 157.

1) scil. uxor. Consul fuit Ceionius Commodus p. Chr. 78. Ceterum Eichstadius ad Rhunck. *Praelectt.* C. 2. §. 7. p. 13. reiicit formulam *Septemviri Epulonum*, et corrigi iubet etiam Reines. p. 73, 40.; unice enim legitimum esse: *Septemviri Epulones.* Contra quidem stare videtur praecedens et hoc marmor Marinianum, tum alterum apud eundem p. 755., ubi rursus omnibus literis legitur. VII *Viro* (sic) *Epulonum*, tum quartum apud Odericum p. 132., quod dabimus in Mithriacis; tum C. Cestii pyramis. Reperi postea hoc quoque:

2261. L. ANNIO L. F. MEN[1]) ‖ II VIR. ITER. QVINQ ‖ S . . . VIR EPVLONVM. — Herculani. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 71.

1) *Menenia* tribu.

Utramque igitur formulam, num. dumtaxat singulari, admittamus necesse est. Altera scil. ab Eichstadio reiecta, paullatim nata esse videtur e tertia a Gellio *N. A.* 1, 12. servata: *cuius pater flamen, aut augur, aut quindecimvirûm sacris faciundis, aut qui septemvirûm epulonum, aut Salius est. — Quindecimvirûm, septemvirûm* scil. unus.

2262. DECEMVIRVM SAC. FAC. vide in Monumentis historicis N. 554.

Inter praestantissima antiquitatis monumenta merito referendum est sequens XV Vir. S. F. rescriptum, repertum prope Baias 1786. v. Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. VIIII. et Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 184.

2263. M. MACRIO BASSO. L. RAGONIO ‖ QVINTIANO COS.[1]) K. IVNIS ‖ CVMIS IN TEMPLO DIVI VESPA‖SIANI IN ORDINE DECVRIONVM ‖ QVEM M. MALLONIVS FVNDAN ‖ ET Q. CLAVDIVS ACILIANVS PRAEF[2]) ‖ COEGERANT. SCRIBVNDO SORTE ‖ DVCTI. ADFVERVNT COELIVS PAN‖NYCHIVS. CVRTIVS VOLIVOS (*sic*) CONSIDI‖VS FELICIANVS. REFERENTIBVS PR ‖ DE SACERDOTE FACIENDO. MATRIS ‖ DEAE[3]) BAIANAE IN LOCVM RESTITVTI ‖ SACERDOTIS DEFVNCTI. PLACVIT VNI‖VERSIS. LICINIVM SECVNDVM ‖ SACERDOTEM FIERI.

XV. S. F PR[4])

ET MAGISTRATIBVS CVMAN. SAL ‖ CVM EX EPISTVLA VESTRA COGNOVE‖RIMVS. CREASSE VOS SACERDOTEM ‖ MATRIS DEVM LICINIVM SECVNDVM ‖ IN LOCVM CLAVDI. RESTITVTI DEFVN‖CTI SECVNDVM VOLVNTATEM VESTRAM ‖ PERMISIMVS EI OCCAVO[5]) ET ‖ CORONA DVM. TAXAT INTRA ‖ FINES COLONIAE VESTRAE VTI ‖ OPTAMVS VOS BENE VALERE ‖ PONTIVS GAVIVS MAXIMVS ‖ PROMAGISTRO SVBSCRIPSI XVI. KAL ‖ SEPTEMBRES. M. VMBRIO PRIMO ‖ TIT. COELIANO COS.[6]) —

1) p. Chr. 289. 2) Duo igitur tum Praefecti, pro Duumviris puta, Cumis: Romanellius vero legit: PRAET. sed duo *Praetores* non minus singulares sunt quam totidem *Praefecti*. 3) Sic lapis pro *Deûm*, ut infra est. 4) XV Viri Sacris faciundis Praefectis. 5) Hoc supra attigimus, ubi de Sacerdotibus coronatis sermo fuit. 6) videntur Coss. suffecti, eiusdem anni p. Chr. 289.

Verum ab his XV Viris Sac. Fac. probe distinguendum est aliud sacerdotium Quindecimvirale tum virorum, tum feminarum ad cultum M. D. M. I. pertinens, cuius generis exempla dedimus supra N. 2198. et N. 2199. Piam hac in re fraudem mihi agnoscere videor sacerdotum istorum Cybeles, quindecimvirali collegio ad veteris imaginem instituto, quo vel ipso receptae iamdudum religionis nomine novam suam populo commendarent. — Ceterum in ultimis XV. Viris S. F. et Septemviris Epul. hic erit numerandus:

2264. M. D. M. I ‖ ET ATTIDI SANCTO ‖ MENOTYRANNO ‖ Q. CLODIVS FLAVIANVS ‖ V. C. PONT. MAIOR ‖ XV VIR. S. F. SEPTEM‖VIR EPVLONVM ‖ PONTIFEX DEI SOLIS ‖ TAVROBOLIO CRIOBO‖LIOQVE PERCEPTO ‖ ARAM DICAVIT ‖ NONIS APRILIBVS ‖ FF. LL.[1]) MEROBAVDE ‖ ET SATVRNINO ‖ CONSS. — Romae. Don. p. 7, 25. Fabrett. C. IX. 500. Mur. 389, 4.

1) id est FLAVIIS. p. Chr. 377.

§. 10. FRATRES ARVALES.

Ex MARINII laudatissimo libro damus hic Tabulas aliquot actorum FRATRVM ARVALIVM, quarum explicatio omnis ex illo erit petenda. Quaecunque literis inclinatis excusa vides, supplementa sunt Marinii.

Ceterum notandum in Gordiano tertio finiri et Acta huiusce Collegii, et Inscriptiones honorarias cum Fratris Arvalis titulo Imperatoribus positas. v. Marinium p. 704.

2265. Tab. I. *Cn. Cornelius* Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum .... || *et ad* Fratres arvales rettulit arborem *in Luco* || *Deae* Diae vetustate cecidisse, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. (quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt.) || *Cum arbor* vetustate in Luco Deae Diae cecidisset, ut *illa expiaretur porca et* || *agna opima*.. o ad sacrificium consumeretur, neve quid .... || *e Luco* exportaretur; || *adfuerunt* Lucius Domitius Cn. Fil. Ahenobarbus, Lucius Calpurnius || *L. Fil. Piso*, *P*ontifex, Paullus Fabius Q. Fil. Maximus. || *Is*dem Consulibus pridie idus Maias in Regia || *Cn. Cornelius* Cn. *Fil.* Lentulus, Augur, Magister in locum Lucii || *Aemilii L. Fil.* Paulli Drusum Caesarem Tiberii Fil., Augusti Nepotem || *Fratrem* Arvalem cooptavit, et ad sacra vocavit; || *adfuerunt* Cn. Pompeius Q. Fil., L. Domitius Ahenobarbus, || *L. Calpurnius. L. Fil.* Piso Pontifex, T. Quinctius Crispinus || *Valerianus* .... per Tabellas cooptarunt. || *Adfuerunt Imp. Caesar* Augustus, Tib. Caesar Augusti Fil. Germanicus; || .... Paullus Fabius Maximus. || *Isdem* Consulibus XVIII. Kal. Ianuarias in Regia || *Cn. Cornelius* Cn. Fil. Lentulus, Augur, Magister in locum Cn. || *Pompeii* .... Pompeium Augurem, et in locum Imperatoris || *Caesaris* Augusti .... Fratres Arvales || *cooptavit*, *et* ad sacra vocavit. || *Adfuerunt Drusus* Caesar Tiberii Fil., L. Piso Pontifex, T. Quinctius || *Crispinus Valerianus* ..... Marci *Filius* Cornutus || .... per Tabellas coopta*runt*. || *Adfuerunt Tib. Caesar Divi Aug.* F. Augustus. — Marini *Atti* 1. p. CI.

2266. Tab. VII. .. Fratr. *Arval.* ..... *Agrippinae* || *C. Caesaris* Matris ..... || *Ger*manici Bovem ...... || Adfuerunt Cn. Domiti*us* ..... *Paullus Fabius* Persicus, C. Caecina Lar*gus* ... || *Isdem Conss.* ante Diem VI. Kal. Novemb. ...... || Ob detecta nefaria con*silia contra Imperatorem* || *Caium Caesarem August*um Cn. Lentuli Gae*tulici* .. || *Adfuerunt* .... L. Salvius Otho Flam*en* .... || .... Fratrum *Arvalium*. .., .. — Marini *Atti* 1. p. CVII.

2267. Tab. IX. *Adfuerunt* || *C. Caecina Largus*, L. Vitellius, Paullus || *Fabius Persicus*, C. Piso, Magnus Pompe*ius*. || *Isdem conss.* ... Idus Ianuar. || *Feriae* Iovi, quod Ti. Claudius Cae*sar* || *August*us Germanicus Pater Patriae appellatus *est:* || *Immolarunt in Capi*tolio Iovi Bovem marem, Iun*oni* || *V*accam, Minervae Vaccam, Felici*tati publi-*

cae || *V*accam, Divo Augusto Bovem marem, Di*vae* || Augustae Vaccam. — Marini *Atti* p. CXI.

2268. Ex Tab. XLI. b. *Precatio cooptationis.* || Quod bonum faustum felix fortu*natum salutareque* sit Imperatori Caes. Divi Magni Antonini filio, Divi Severi Nepoti, M. Aurelio || Antonino Pio Felici Aug. Pont. Max. Trib. Pot. Consuli, Patri Patriae, Proconsuli, et Iuliae Maesae Augustae, Aviae Augusti nostri, totique || Domui divinae eorum, Senatui, Populoque Romano, Quiritibus, Fratribus Arvalibus, parentibus, liberis, coniugibusque nostris, Fratrem Arvalem ...... Imperatorem Caes. M. Aur*elium An*toninum Pium Felicem Aug. Collegam nobis || cooptamus feliciter. — Marini *Atti* 1. p. CLXIII.

2269. Tab. XXIII. L. Flavio Silva Nonio Basso || Asinio Pollione Verrucoso Consulibus || III. Nonas Ian. || Magister C. Iunius Tadius Mefitanus Collegii Fratrum Arvalium nomine vota nuncupavit || pro salute Imp. Titi Caesaris, Divi Filii, Vespasiani Aug. Pontif. Max. Tribunic. potestate, Consulis VIII., et Caesaris, || Divi Filii, Domitiani Cos. VII., et Iuliae Augustae, Liberorumque eorum victimis immolatis in Ca||pitolio, quae superioris anni Magister voverat, persolvit, Iovi Optimo Maximo Boves Mares II., || Iunoni Reginae Vaccas II., Minervae Vaccas II., Saluti publicae Vaccas II., et in || proximum annum nuncupavit, praeeunte L. Pompeio Vopisco C. Arruntio Ca||tellio Celere in ea verba, quae infra scripta sunt. || Iuppiter Optime Maxime, si Imperator Titus Caesar Vespasianus Aug. Pontif. Max. Trib. Potest. Pater Patriae, || et Caesar, Divi Filius, Domitianus, quos nos sentimus dicere, vivent, domusque || eorum incolumis erit ante diem III. Nonas Ian., quae proximae Populo Romano Quiritium, Reipublicae Populi Rom. Quiritium || *eru*nt, et eum diem, eosque salvos servaveris ex periculis, si qua sunt, || *erunt, ante* eum diem, Eventumque bonum ita, uti nos sentimus dicere, || *dederis, eosque in eo st*atu, quo nunc sunt, aut eo meliore servaveris, ast tu || *ea ita faxis, tunc tibi no*mine Collegii Fratrum Arvalium Bubus au||*ratis duobus vovemus esse futur*um. || *Iuno, quae in verba Iovi O. M. Bubus a*uratis II. vovimus esse futu||*rum, quod hodie vovimus, tunc* tibi in eadem verba no||*mine Fratrum Arvalium Bubus auratis duobus fovemus* esse futurum. — Marini *Atti* 1. p. CXXXI.

2270. Tab. XXXII. — Marti Arietes altilaneos II., Iunoni Deae Diae Oves II., sive Deo sive Deae Oves II., || Virginibus Divis Oves II., Famulis Divis Verbeces duos, Laribus Verbeces duos, || Matri Larum Oves duas, sive Deo sive Deae, in cuius tutela hic Lucus Locusve || est, Oves II., Fonti verbeces II., Florae Oves II., Vestae Oves II., Vestae Matri Oves II., item || Adolendae, Commolandae, (*sic h. l.*) Deferundae Oves II., item ante Caesareum Divis numero XVI. Verbeces || immolavit numero XVI. M. Herennio Secundo, M. Egnatio Postumo Consulibus III. Id. Mai. || In Luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. operis perfecti causa, quod arboris || eruendae et Aedis

refectae immolavit Suovetaurilibus maioribus, item ad Aedem ‖ Deae Diae boves feminas II., Iano Patri Arietes II., Iovi Verbeces II. altilaneos, Marti ‖ Arietes altilaneos II., Iunoni Deae Diae Oves duas, sive Deo sive Deae Oves II., Virginibus ‖ Divis Oves II., Famulis Divis Verbeces II., Laribus Verbeces II., Matri Larum Oves II., ‖ sive Deo sive Deae, in cuius tutela hic Lucus Locusve est, Oves II., Fonti Verbeces II., ‖ Florae Oves II., Vestae Oves II., Vestae Matri Oves II., item Adolendae, Conmolendae, De‖ferundae Oves II., item ante Caesareum Divis numero XVI. Verbeces immolavit XVI. ‖ Isdem Consulibus XVI. Kal. Iun. in domum Licinii Nepotis Magistri Fratres Arvales praetextati ‖ sacrificium Deae Diae ture et vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus ‖ segmentatis ministrantibus pueris patrimis et matrimis, Senatorum Filiis, ‖ Acilio Aviola, et Acilio Severo, et M. Vlpio Boetho, et Claudio Sulpiciano cum Publicis ‖ ad Aram retulerunt: Adfuerunt in Collegio Q. Licinius Nepos Magister, Cn. Catilius ‖ Severus, T. Flavius Sulpicianus, M. Antonius Iuvenis. P. Pescennius Niger, M. Vlpius Astius Praetor. ‖ Isdem Consulibus XIIII. Kal. Iun. in Luco Deae Diae Q. Licinius Nepos Mag. ad Aram immolavit ‖ porcilias piaculares II. Luci coinchuendi, et operis faciendi, ibique vaccam ‖ honorariam albam ad foculum immolavit; sacerdotes in tetrastylo ‖ consederunt, et ex sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis, et ‖ coronis spiceis vittatis Lucum Deae Diae summoto ascenderunt, et per ‖ Q. Licinium Nepotem, et Catilium Severum Proflaminem agnam opimam immo‖laverunt; perfectoque sacrificio omnes ture et vino fecerunt, ‖ deinde coronis inlatis, signisque unctis Petronium Priscum ex Saturnalibus ‖ primis in Saturnalia secunda Magistrum fecerunt, et Flavium Sulpicianum Flaminem. — Marini *Atti* 1. p. CXLVII.

2270. Tab. XLI. — . . . . *immolavit Suove*taurilibus maioribus Deae Diae *Boves feminas numero II.* ‖ *Iano Patri Arietes numero II.*, *Iovi Verbeces II.*, *Marti Arietes numero II.*, *Iunoni De*ae Diae Oves numero II., sive Deo sive Deae Oves numero II. ‖ *Virginibus Divis Oves numero II.*, *Famulis Divis Verbeces numero II.*, *Laribus Verbeces numero II.*, *Matri* Larum Oves numero II., Fonti Verbeces numero II., Florae Oves numero II. ‖ *Vestae Oves numero II.*, *Vestae Matri Oves numero II.; item Adolendae cet.* Oves numero II.; item ante Caesareum Divis numero XX. Verbeces numero XX. ‖ *Isdem Consulibus . . Collegium Fratrum Arvalium fecit* similiter, quod supra factum est, per eundem Avitianum Promagistrum. ‖ *Isdem Consulibus VI. Kal. Iun. in Palatio, in* Divorum per Alfenium Avitianum Promagistrum Fratrum Arvalium prima ‖ *luce ture et vino fecerunt*, et fruges aridas et virides contigerunt, et panes laureatos, et Deam Diam ‖ *unguentaverunt, et . . . . . . ci* cathedris consederunt praetextati, et ibi praetextas deposuerunt: ‖ *Adfuerunt Alfenius Avitianus Promagister*, Catilius Severus, Statilius Silianus, Sulpicius Pollio, Flavius Archelaus, Armenius ‖ *Peregrinus . . . . . us*, Flavius Alpinus.

Item post meridiem a balneo cathedris consederunt, deinde ‖ *manibus lautis* . . . . . . *ce*natoria alba sumpserunt, et in tricliniaribus discubuerunt, et epulati sunt: item pueri ‖ *ingenui pa*trimi et matrimi, Senatorum Filii, numero IIII. in cathedris consederunt et epulati sunt. ‖ *Fratres Ar*vales post epulas super toralibus segmentatis discubuerunt, et ture, vino fecerunt, et per pueros praetextatos, ‖ *Senato*rum Filios, et Publicos ad Aram pertulerunt, et unguenta, et coronas acceperunt et in mantelis ‖ *frum*enta rursus contigerunt. Item mensa secunda bellariorum divisa est, et sportulas acceperunt Sacerdotes ‖ Imperatoris Aug., et ceteri Sacerdotes, qui suprascripti sunt, et rosam solutam diviserunt, ibique FELICITER dixerunt. Item IIII. Kal. Iunias ‖ in Luco Deae Diae Alfenius Avitianus Promagister ad Aram immolavit porcilias piaculares II. Luci coinquendi, et operis ‖ faciundi, ibi vaccam honorariam immolavit, et inde in tetrastylo reversus subselliis consedit, deinde reversus ad Aram ‖ extas reddidit porciliares. Item in Circo, in foculo argenteo cespiti ornato extam vaccinam reddidit, et in tetrastylo ‖ reversus est, et in codice cavit, et praetextam deposuit, et in papilione suo reversus (*est.*) Promeridie autem ‖ Fratres Arvales praetextas acceperunt, et in tetrastylo convenerunt, et subselliis consederunt, et caverunt ‖ se adfuisse, et sacrum fecisse, et porcilias piaculares epulati sunt, et sanguem. Postea inde praetextati ‖ capite velato, vittis spiceis coronati Lucum adscenderunt, et per Alfenum Avitianum Promagistrum agnam ‖ opimam immolaverunt, et hostiae litationem inspexerunt. Perfecto sacrificio omnes ture et vino fecerunt, deinde ‖ reversi in Aedem in mensa sacrum fecerunt ollis, et ante Aedem in cespite Promagister et Flamen sacrum fecerunt. ‖ Item foras ad Aram reversi thesauros dederunt. Item flamen et Promagister scyphos argenteos cum sumpuvis (*sic*) ‖ vino repletis ante ostium, (*et*) acerras (*ferentes*) ture et vino fecerunt, et ante ostium restiterunt, et duo ad fruges petendas ‖ cum Publicis desciderunt (*sic*) et reversi dextra dederunt, laeva receperunt, deinde ad alterutrum sibi redd*iderunt*, ‖ et Publicis fruges tradiderunt: deinde in Aedem intraverunt, et ollas precati sunt, et ostiis apertis per clivum iac‖luerunt; deinde subselliis marmoreis consederunt; et panes laureatos per Publicos partiti sunt, ibi omnes lumemulia ‖ cum rapinis acceperunt, et Deas unguentaverunt, et Aedes clusa est, omnes foris exierunt: ibi Sacerdotes ‖ clusi succincti, libellis acceptis, carmen descindentes tripodaverunt in verba haec: Enos Lases iuvate ‖ Enos Lases iuvate, Enos Lases iuvate. Neve Luaerve Marma(*r*) sins incurrere in pleores, neve Luerve Marmar ‖ *si*ns incurrere in pleoris, neve Luerve Marmar sers incurrere in pleoris. Satur furere Mars limen ‖ *sal*e sta berber, satur fufere Mars limen sali sta berber, Satur fufere Mars limen sali sta berber. ‖ *Sem*unis alternei advocapit conctos, Semunis alternei advocapit conctos, Simunis alternip (*sic*) advocapit ‖ *conct*os. Enos Marmor iuvato, Enos Marmor iuvato, Enos Mamor iuvato. Triumpe, Triumpe, Triumpe, Trium‖*pe*, *triu*mpe. Post tripodationem deinde

signo dato Publici introierunt, et libellos receperunt. — Marini *Atti* 1. p. CLXI. Haec omnia, quo facilius legerentur, cum supplementis Marinii, et literis vulgaribus excudi iussimus. In Add. habebis tabulas ipsas.

§. 11. FETIALES.

2272. M. METILIVS. M. F. TER ‖ RVFVS ‖ PR. PROCOS ‖ PROVINCIA ACHAIA FETIALIS ‖ CVRATOR VIAE AVRELIAE ‖ LEGATVS ‖ AVG. — Florentiae. Gor. *Etr.* 2. p. 412, 26. Mur. 722, 7.

2273. C. IVLIO M. F. VOLT ‖ PROCVLO COS XV VIR ‖ SACRIS FACIVNDIS. FETIALI CVR ‖ OPERVM PVBLICORVM. LEG. AVG ‖ P. P. AD CENSVS PROVINCIAE LVG‖DVNENSIS. LEG. AVG. P. P. REGION ‖ TRANSPADANAE. LEGATO LEG. VI ‖ FERRAT. PRAET. TRIB. PL. AB ACTIS ‖ IMP. TRAIANI AVG. TR. LEG. IIII SCY‖TIC. Q. AVGVSTORVM. III VIRO A. A. A. F. F ‖ ANTIATES PVBLICE ‖ PATRONO. — Romae. Mur. 315, 3., qui refert ad a. p. Chr. 97.

2274. FABIANO MAXIMO ‖ LEG. AVGVSTORVM PRO. PRAE‖TORE PROVINCIARVM MYSIAE ‖ SVPERIORIS. ITEM MYSIAE INFE‖RIORIS. CVRATORI AEDIVM SACRA‖RVM. COS. FETIALI.[1] PRAEF. AER. S ‖ LEG. LEG. III. GAL. CVR. VIAE VALE‖RIAE. LEG. PR. PROVINC. ASIAE. PRAEF ‖ AED. CVR. AB ACTIS. SENATVS. Q ‖ VRB. TR. MIL. LEG. I. MINERV ‖ IIII VIRO. VIAR. CVRANDAR ‖ LICINII FORTIS ET HONORAT ‖ CENTVRIO LEG. I. — In monasterio S. Luciae in Selci. Marini *Atti* 2. p. 754.

1) Observant Hagenb. Mss. et Marinius in lapp. fide dignis semper scribi FETIALIS, ut apud Graecos *Φητιάλις*, nunquam vero FECIALIS. — Hoc inprimis memorabile est, sub Imperatoribus conservatum fuisse Fetialium collegium, quamvis nulla tunc fuerint eius officia, ut credere par est. De Fetialibus consulendus inprimis Conradi in *Scriptt. minor.* T. 1. p. 259. Singularis est sequens:

2275. P. CORNELIO P. F ‖ LENTVLO SCIPIONI ‖ COS. PRAEF. AERARI ‖ LEG. TI. CAESARIS AVG. LEG. LEG. VIIII. HISPAN ‖ PONTIFICI. FETIALI. — Brixiae. Grut. 396, 5. Spuria visa est Maffeio A. C. L. p. 330. Defenditur a Marinio *Atti* 2. p. 708., qui iungit *Pontifici Fetiali*. Idem tamen et Pontifex et Fetialis esse poterat. Eodem vero in dubio versatur Fabrett. p. 702, 234. et Mur. 397, 4.: L. MARIO L. F. QVIR. MAXIMO PERPETVO AVRELIANO COS ‖ SACERDOTI. FETIALI cet., quamvis eodem inclino quo Marinius; ita PONTIFEX FLAVIALIS Grut. 361, 1. et FLAMEN FLAVIALIS ib. 359, 4. Nemo vero accuratius de Fetialibus ex inscriptionibus disseruit, quam Hagenbuchius, cuius cum disputatione si iungas quae Marinius habet (*Atti* p. 708. 714. 754.) nil fere desiderabis. Ita vero ille:

Fetialis, εἰρηνοποιός, εἰρηνοδίκης.

„Ad saxum Metilii, quod in hortis Mediceis ab Donio olim exscriptum, ut deperditum dat Gor. *Etr.* T. II. p. 442. n. 26., in quo Metilius dicitur FETIALIS, haec

notat Gorius p. 442. extr. *In toto Gruteriano thesauro unica tantum est inscriptio, in qua FETIALIS fit mentio p.* 1107. : 4. *Penes Fetiales belli, pacisque faciendae foederisque feriundi ius erat;* quae postrema Gorius ex Festo voc. *Fetiales* desumpta planius nonnihil ac in Festo leguntur est prolocutus. Mur. 722, 7. sub um Metilii ex Gorio dans haec commentatur: *FETIALIS pro FECIALIS peregrinum puto. Neque in lapidibus occurrere solet eiusmodi munus. Halicarnassaeo* 2, 72. *tamen teste,* Collegium Fecialium *Romae fuit, in quo locus erat* praestantissimis *tantummodo* familiis. Vtrumque, tum Gorium, tum Muratorium vides ob monumentorum quam causantur paucitatem de Fetialibus paucula dixisse, eaque non satis congruentia: etsi enim Gorii observationis Muratorius, quod miror, non meminerit, satis tamen ex Muratorii observatione liquet, eam Gorio oppositam esse. Caussam ita scribendi Muratorio, quantum video, dedit, quod in Grutero 1107, 4. non FETIALIS, ut Gorius adferebat, sed FECIALIS videbat editum esse; et sane Cellarius *Orthogr.* p. 108. FETIALIS per T. quum probasset, subiicit per C. tamen legi in Grut. 1107, 4. Quam vero fallantur Gorius et Muratorius in Grutero FETIALES vel FECIALES, nisi unum illum, non occurrere, inferius pandemus. FETIALIS per T. potius quam per C. scribendum esse, miror ex Halicarnassaeo, ad quem provocat, Muratorium non vidisse: monet enim Cellarius *loc. cit.* apud Halicarnassaeum semper per T. legi; Sylburgiumque ex Suida voc. φητιάλεις etiam η. loco ι. vel ε. ante τ. restituendum Halicarnassaeo esse arbitratum. Quid? quod constanter Graeci auctores T. habent in hac voce Latina, quoties eam Graeco suo sermoni intexuerunt: id ipsum quoque monuit Vossius in Etymologico voc. *Fetiales:* et ante eum Aldus in *Orthographia* p. m. 352. voc. *Fetiales.* Schurzfleischius *Orth.* p. m. 31. FETIALIS, inquit, non per C. Livii MSS. Codices habent. Unde Gorio ortus sit error, semel tantum in Grutero FETIALIS memoriam exstare, quaerenti mihi dedit sese rei illius origo: neque enim huius vocis gratia totum Gruterianum thesaurum volvit revolvitque Gorius, sed ad Scaligeri indices delapsus nonnisi indicis capita duo quintum sextumque consuluit, in magistratibus muneribusque civilibus militaribusve investigans: quod quum faceret non invenit nisi hoc unum in ind. 6. *Fecialis Leg. Propr.* 1107, 4. Cur vero non divertit ad honores sacros seu religiosos indicis tertii? ibi haec tria invenisset iuncta: *Fecialis, et Fetialis.* 360, 3. 457, 2. 1107, 4. In sec. Grut. ed. ad 457, 2. haec datur notula d. *vid.* 1107, 4. *et* 360, 3., quam facile iam existimabis ex Ind. 3. desumptam esse. In 457, 2. datur FETIALI. In 360, 3. autem FECIALIS. Ex 457, 2. Holthenus de suo dedit supplementum *Indic.* 19. hocce: T. pro C. Fetialis. 457, 2. quo facile caruissemus; praeferenda enim scriptura FETIALIS per T. exscriptoribusque potius tribuerim FECIALIS per C., quam ut existimem, FETIALIS male exscriptum esse: quia invaluit vulgo *Fecialis*, non *Fetialis:* nisi velis, iam olim utrumque fuisse in usu; id quod tamen vix putem: quia antiqui C. ante I. ut K. pronuntiarunt, nos autem TI. et CI. sequente vocali, quasi zi pronuntiamus: illud graecos T. fecit retinere: hoc exscriptores facile in errorem duxit, dum morem suum scribendi magis sequebantur, quam ad singulas saxorum literas attendebant: secus ac fieri debebat. Cellar. *Orthogr.* p. 108. addit lapidem ex Manulio sub Tiberio inscriptum FETIALI. Habet Cellarianum lapidem illum Aldus (Manutius) *Orthogr.* p. m. 352. voc. FETIALIS. invenies que non ex Aldo, sed ex aliis datum in Grut. 396, 5. et 397, 5., qui idem lapis est. Utroque in loco textus Gruteri habet FETIALI; sed et utroque in loco adest notula, variantem dans lectionem FECIALI; prioreque loco adiicit *lapidem* habere per C., quod valde miror: quia qui lapidem viderit, nemo ibi producitur; quartum hoc exemplum τοῦ *Fetialis* index Gruteri tertius voc. *Fecialis* non dedit: dedit autem ind. 3. voc. *Pontifex Fetialis* 396, 5. 397, 5. 364, 1. Vt eodem ind. 3. iunctim quoque datur *Sodalis Fetialis* 457, 2. Quintum Gruteri exemplum modo datum ex ind. 3. *pontifex Fetialis* 364, 1. dubium est: ut videbis ex notula b. edit. sec. Grut. 364, 1. v. 16. *pro FEC. Pighius ET. C. ab emendatrice manu. recte.* Scaligero autem *Pontificem Fetialem vel Fecialem* ex 364, 1. ind. 3. danti video praeivisse Smetium, qui in suo siglarum indice dederat *FEC.* 69, 13. (quod est saxum Gruteri 364, 1. in Smetio 69, 13.) *fecialis.* Magis mihi placet P. P. P. (ut tria P. quoque praecesserant versu 14.) ET. C. quam P. P. Pontifex FECialis: tum ne hic tantum insequatur aliud nomen, nulla interiecta copula vel particula ET. vel ITEM; tum ne hic tantum insequatur alius carens praenomine, quum ceteri omnes gaudeant suo quisque praenomine. Quae etsi ita existimo, idem tamen existimo, male fecisse Holthenum, qui *Ind.* 3. voc. *Pontifex Fetialis* numeros Scaligeri 364, 1. bene se habentes sine ullo indicio omiserit: id quod et alibi in ed. sec. Gruteri, tum in textu, tum in indicibus factum, ut non dignoscas, quae Gruteri editio posterior

aut addiderit, aut sustulerit, non probavi unquam: improbavi vero in Prolegomenis meis ad Gruteri opus indicum tessellatum pagina statim prima. Haec de quinque exemplis τοῦ FETIALIS vel FECIALIS in Grutero. Vnum exemplum esse debebat in Reinesio: cuius index 3. dat, *Fecialis*. 46. *V*. sed, quum omnes Reinesii schedulas dissectas disponerem, falsum numerum *Class*. V. *num*. 46. nulla arte emendare potui, coactusque sum in investigandis calci voluminis mei ex indicibus Reinesianis contexti suffigere. In Gudio unicum exemplum FECIALI monstrat Gudianus *index* 3. ex Gud. 131, 6.; qui index Gudianus *sacerdos* et *fecialis* disiunxit: Scaligerum autem *pontifex sodalis* et *sodalis fetialis* nunc coniunxisse nunc divisim posuisse ex superioribus iam patuit: vide *Bibl. epigr. proleg.* voc. *Indices in inscriptiones* pag. 5. et 6. init. Ita, ut redeam, unde haec tela incepta est, ex Grut. 1107, 4. dum datur ind. 6. *Fetialis Leg. Pro Pr.*, indice autem 5. *Leg. Pro Pr.* ex 1107, 4. non datur neque ind. 3. voc. Fetialis, existimo, auctorem magnum indicis sexti saxum Gruteri 1107, 4. sic accepisse AXIVS LEGati PRO PRaetore *ου* FECIALIS; mihi vero duo diversa munera, ut in aliis, referri videntur LEGatus PRO P. et FECIALIS. Hactenus de Fetialibus ex saxis potissimum egisse sufficiat. *Faecialis* cognomen feminae videtur esse in Mur. 1465, 7. FETIALI est in Mur. 215, 3. SACERDOTI. FETIALI. est in Mur. *proleg.* pag. 146. A., pro quo in Mur. 397, 4. datur SACERDOTI FECIALI.

Apud Grut. 307, 3. v. 6. pro PVBL. EET .... conieci iampridem legendum videri PVBL. FETialium sc. servus.

Apud Grut. 1131, 10. CLODIO PRINCIPALI FEC. Scriverius, quum *Ind.* 23. invenisset *Clodius Principalis*, τὸ FEC. autem nusquam in indicibus Gruterianis ex hoc saxo occurreret, coniecit *Principalem Fecialem* memorari; sed *Principalis* rectius, credo, manet hoc loco proprium nomen seu Clodii cognomen; v. *Ind. Helvet. appellativa* cet. FEC. ad Grut. l. c. conieci esse FECit.

Mur. ind. 3. *Fecialis Quaestor*. 188, 3.; at in saxo isto legitur FETIALI. QVAESTORI.; neque duae hae dignitates iungendae, ad indicemque tertium referendae erant. Idem index habet *Fecialis adlectus* 287, 2.; at in saxo ipso, quod Muratorio spurium videtur, per T. scriptum FETIALI ADLECTO." Hactenus HAGENBVCHIVS.

Quod autem sequentem quoque Conradus *Script. minor. Diss.* V. p. 273. ad Fetialium collegium retulit, maguo opere erravit:

D. S. I. M 1) ‖ P. ACIL. PISONIANVS ‖ PATER PATRATVS ‖ QVI 2) ‖ HOC SPELEVM VI ‖ IGNIS 3) APSVMPTVM ‖ COMPARATA AREA A REPVBL ‖ MEDIOL. PECVNIA SVA ‖ RESTITVIT. — Mediolani. Grut. 34, 9. Apud nos N. 1909. — nam *pater patratus* h. l. si sincera est lectio, aliter explicari non debet, quam *pater patrum* alias, antistes scil. Mithriacus.

1) *Deo Soli Invicto Mithrae*. 2) QVI h. l. pronomen, non *Quirina* tribu, non *Quiritium*. 3) Ita Alciati codex ap. Zaccar. *Excurs. lit.* p. 77. Grut. male *VIOL. IGNIS*. Cfr. Mur. 453, 5. Lapis ipse habuisse videtur VIIGNIS .. v. Gratiolium *de praeclaris aedificiis Mediol.* p. 77. An fuit in lapide ipso PATER. PATR.? neque tamen omnino incredibile est, sacerdotem quoque Mithriacum antiquum istud nomen *Patris patrati* in se transferre potuisse. Id tamen constanter negabimus h. l. de patre patrato vetere significatu sermonem esse.

Verior PATER PATRATVS demum prodiit ex Pompeiorum reliquiis. v. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 151.

2275. SP. TVRRANIVS. L. F. SP. N. L. PRON 1) ‖
FAB. PROCVLVS. GELLIANVS. PRAIF ‖
FABR. II. 2) PRAIF. CVRATORVM. ALVEI ‖
TIBERIS. PRAIF. PRO. PR. I. D. 3) IN ‖
VRBE LAVINIO PATER PATRATVS ‖
POPVLI. LAVRENTIS FOEDERIS EX ‖
LIBRIS SIBVLLINIS PERCVTIENDI ‖
CVM P. R. SACRORVM PRINCIPIORVM ‖
P. R. QVIRIT. NOMINISQVE LASTINI (*sic*) ‖
QVAI APVD LAVRENTIS COLVNTVR ‖

FLAM. DIALIS. FLAM. MART. SALIVS
PRAISVL AVGVR PONT. PRAIF. COHORT
GAITVL. TRIB. MIL. LEG. X
LOC. D. D. D. —

Faciliora primum expediamus:

1) *Spurii nepos, Lucii pronepos.* 2) *Praefecti Fabrum iterum* alibi quoque reperiuntur. 3) male Romanellius vertit *prefetto e propretore a giustizia*, quum sit potius *Praefectus pro Praetore I. D.* i. e. loco Praetoris I. D. Summus igitur magistratus Lavinii Praetor dicebatur, ut constat etiam ex Fabretto p. 682, 67., qui si creari non poterat, eius loco Praefectus creabatur. Romanellius haec adnotat: „*Notiamo primieramente ripetuto varie volte* AI *per* AE, *ed il digamma* Ⅎ, *che fu introdotto a' tempi dell' Imp. Claudio. — Pieno di difficoltà è il passo, che segue. Essendo Turranio Padre patrato del popolo di Laurento doveva secondo i libri Sibillini far l'alleanza cum P. R. Sacrorum principiorum — coluntur.*" *Non è possibile di poter leggere, come taluno ha opinato* cum Populo Romano sacrorum principiorum Populi Romani Quiritium, *perchè nol comporta nè la sintassi, nè il sentimento. In fatti che significherebbe il dire: col popolo Romano de' sacri principj del popolo Romano? Noi leggiamo:* Pater patratus foederis percutiendi cum Publicis Rationalibus *sacrorum principiorum populi Romani cet., siccome da Scaligero s'interpetrò* RA. O. S. *Rationales Operum Sacrorum.* v. *Ursati de Not. Roman.* lit. R. *o migliormente cum Praefectis o Praetoribus sacrorum principiorum. Fin qui pare, che non s'incontri alcun dubbio. Ma quali presso i Romani erano i sacri principj? Io li trovo in un campo di guerra, negli alloggiamenti, e nella castrametazione romana, in cui ad una delle sue vie si dava il nome di principia* ἀρχεῖα. (de quibus, quae vulgo nota sunt, fusius persequitur.) — *Ecco adunque i sacri principj della nostra iscrizione, co' pretori de' quali Sp. Turranio doveva stipular l'alleanza.* — His tamen insunt complura, quae admodum displiceant; siquidem nemini probari possunt *Publici Rationales sacrorum;* — ut adquiescamus in Scaligeri *Rationalibus operum sacrorum* petitis e corruptissimo Lazii marmore ap. Grut. 415, 7. Hoc vero loco sacerdotii genus, puto, requireretur, si iungendum. P. R. *sacrorum.* — At quum ne ipse quidem Romanellius multum huic coniecturae tribuerit, missam eam faciamus, dispiciamusque de altera eiusdem interpretatione *Praefectis* vel *Praetoribus Sacrorum principiorum.* Audio; verum cur tandem unus Pater patratus Po. Laurentis cum pluribus praefectis praetoribusve fuerit commissus in foedere isto pangendo? cur tam insolita nota P. R., puncto interposito, significentur plures vel praefecti, vel praetores? Immo si quid veri hac in divinatione latet, equidem longe praeferam PR*aetore*, numero singulari, advocato in auxilium Festi loco in *Praetor ad portam*, his praecipue verbis: *quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu* NOMINIS LATINI, *complures nostros in Capitolio a sole oriente auspiciis operam dare solitos* (ait Cincius.) *Ubi aves addixissent, militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum quem aves addixerant, praetorem salutare solitum, qui eam provinciam obtineret Praetoris nomine.* Sed in hac quoque explicatione accuratius pensitata subsistere nequeo, nimiis quum prematur difficultatibus: siquidem Festo auctore legitima formula erat *Praetor ad portam*, neutiquam vero *Praetor sacrorum principiorum;* nec de foedere percutiendo sermo est apud Cincium, sed de simplici salutatione Praetoris, nec miles a communi Latio missus *pater patratus Po. Laurentis* poterat appellari. Verum ne haec quidem opponamus necesse est: tota enim ista divinatio ipsa per se concidit propter subiecta illa, *quae apud Laurentes coluntur*, quibuscum *sacra principia*, ἀρχεῖα, quaecunque demum fuerint, castrorum, inquam, portarum, urbis denique ipsius, iungi nullo prorsus modo queunt. Longe igitur alia via est ingrediendum, ut scilicet *cum P. R.* separetur a seqq. *sacrorum principiorum*, itaque nota solito plane modo explicetur *cum Populo Romano.* Totam vero rem sic mihi animo informo: Imperator Claudius, ad cuius aetatem ego quoque refero Spurium illum Turranium, eruditae antiquitatis reconditarumque caerimoniarum mirus amator, utpote qui Salutis augurium repetierit, pomoerium protulerit (Tac. *Annal.* 12, 23.) et quod in primis huc facit, cum regibus foedus in Foro icerit, porcâ caesâ, ac vetere Fetialium praefatione adhibitâ (Suet. *Claud.* 25.), sacra ex legibus Tullii regis piaculaque apud lucum Dianae per pontifices danda curarit (Tac. *Annal.* 12, 8.), inter cetera dominationis superstitionisque ludibria spectaculo quoque foederis Po. Romani cum patre patrato Populi Laurentis percutiendi frui quum vellet, libros Sibyllinos, quos

occasione aliqua arrepta, adiri iusserat, nutui suo facile parentes est expertus; illico igitur creatur Turranius Pater patratus Po. Laurentis, foedusque antiquo ritu feliciter cum Po. Romano feriundum suscipit. Id vero cur inter tot alia vel magis etiam ridicula, vel crudeliora tristioraque a fatuo tyranno perpetrata, silentio presserint Seneca, Tacitus, Suetonius, Dio Cassius vix mirum cuiquam videbitur. Hactenus igitur res salva est; sed difficiliora restant ab illis *Pater — cum Po. Romano* seiuncta *Sacrorum Principiorum — quae apud Laurentes coluntur.* Iam ante omnia enucleandum erit, quaenam maxime sacra culta fuerint apud Laurentes. Venit primum in mentem Varronis locus *de Re Rustica* 2. 4. *Suis* (Aeneae), *ac porcorum etiam nunc vestigia apparent Lavinii; quod et simulacra eorum ahenea etiamnunc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur.* Attamen ista porcorum simulacra sacra principia Po. Romani Quiritium nominisque Latini vocari potuisse, nunquam equidem concedam vel cupidissimo bestiarum mythologicarum, v. c. tauri primigenii, canis salvii ceterarumque cultori. Sed idem Varro ad probabiliora nos deducit *de L. L.* lib. 4. p. 40. Ed. Bipont. *Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lavinium: nam ibi Dii penates nostri.* De his locus est praecipuus apud Dionysium Halicarnass. 1, 67., ex cuius verbis potissimum sequentibus colligitur, quam arcanae fuerint Penatium Lavinatium s. Populi Laurentis caerimoniae: σχήματος δὲ καὶ μορφῆς αὐτῶν πέρι Τίμαιος μὲν ὁ συγγραφεὺς ὧδε ἀποφαίνεται· κηρύκια σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ, καὶ κέραμον Τρωϊκὸν εἶναι, τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐν Λαουϊνίῳ κείμενα ἱερά· πυθέσθαι δὲ αὐτὸς ταῦτα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων· ἐγὼ δὲ ὅσα μὲν ἅπασιν οὐ θέμις, οὔτε παρὰ τῶν ὁρώντων ἀκούειν, οὐδ᾽ ἂν ἐπιγράφειν οἴομαι δεῖν κ. τ. λ. Obscura quaedam vestigia opinionum, quae de hisce Penatibus publicis Po. Romani senserint antiqui, passim remanent v. c. in Maii *Interprett. Virgilii ad Aen.* 2. v. 717. p. 37., apud Servium *ad Aen.* 1, 378. 2, 96. et 325., Arnobium L. 3, 40., ubi vide quae congessit patruelis mei sollertia. Nostro quidem usui id maxime confert, quod ex Varrone desumpsit, *Penatium nec numerum, nec nomina sciri: esse sex mares, et totidem feminas nominibus ignotis: sed eos summi Iovis consiliarios ac principes existimari. Nec defuerunt*, inquit, *qui scriberent Iovem, Iunonem ac Minervam, Deos penates exsistere, sine quibus vivere, ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos regant ratione, calore ac spiritu.* Quae qui consideret, facile eam in sententiam deveniat, Penates illos publicos Po. Romani quum proprio nomine nuncupare, Patri praesertim patrato Laurenti eidemque magistro sacrorum, quibus ipsi colebantur, haud liceret, designari potuisse *Principiorum* (ἀρχῶν, non ἀρχείων) vocabulo satis apposito, siquidem ex doctrina ab Arnobio nobis servata, Penates revera sunt *principia* rerum, sive universi. Erunt tamen, qui in hac minime adquiescentes aliam quaerant simpliciorem interpretationem, quam suggeret Valerius Maximus Lib. 1, 6, 8. *facta mentione* (Lavinii) *urbis, e qua primordia civitas nostra traxit*, qua ex ratione *principia* primordia erunt non tam universi, τοῦ παντός, quam Po. Romani Quiritium Nominisque Latini. Mihi utramque proposuisse sufficiet: sed alia rursus suboritur ambiguitas utrum videlicet iungendum sit, *sacrorum* (adiective) *Principiorum*, τῶν ἱερῶν ἀρχῶν, an *Sacrorum* substantivum sit, a quo pendeat *principiorum* nomen; Graece dixeris τῶν ἱεροποιϊῶν τῶν ἀρχῶν, ἤτοι τῶν γενεθλίων θεῶν τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, ut fere habet Strabo L. 5, 3, 5. de Lavinio viciniaque verba faciens: ἔνδοξα δὲ διὰ τὴν Αἰνείου γέγονεν ἐπιδημίαν, καὶ τὰς ἱεροποιΐας ἐξ ἐκείνων τῶν χρόνων παραδεδόσθαι φασί. Ego, ut quid sentio, dicam, posteriorem in rationem magis fere propendo. Iam restat, ut constructionem quoque verborum absolute sic positorum: *Sacrorum Principiorum Po. Ro.* — ab imperitorum dubitationibus defendamus. Novimus ergo, aliquot in lapidibus, quos dabimus infra in Capite de Sacris Isiacis, nude sic poni *Sacrorum*, ubi nescias *magisterne* an *minister, paterne* an *filius* sit supplendum: hoc certe loco *magistrum* subaudire malim. (Cfr. Murat. 183, 1. et 4. 185, 5. 828, 3.) Haec vero ratio exemplis satis firmata minus si cui forte satisfaciat, coniectura minime absurda usi, dicemus scalptorem, quemadmodum erraverit in voce LASTINI, alterum hic commisisse peccatum, omissa scil. post P. R. nimis simili nota PR. i. e. PRaetor. *Praetores* autem *sacrorum* exhibent lapides aliquot supra relati §. 4.

Tota igitur haec inscriptio, quacum paucae et raritate et difficultate sunt comparandae, ita videtur intelligenda:

Sp. Turranius — Praefectus pro Praetore Iuri dicundo in urbe Lavinio (— hoc quoque notandum, Lavinium propter originis sanctitatem antiquitatemque aequiparari

Vrbi aeternae;) — idem Pater patratus Populi Laurentis foederis ex libris Sibyllinis Imp. Claudii temporibus dicis caussa percutiendi cum Populo Romano; idemque magister, vel sacerdos, vel praetor Sacrorum quae fiunt Penatibus publicis Populi Romani Quiritium Nominisque Latini, qui apud Laurentes coluntur, quosque Principia sive primordia (ἀρχάς) eiusdem Po. Romani Nominisque Latini appellari fas est; Flamen Dialis cet. Praesulis quoque titulus in rarissimis est numerandus.

Hinc denique explicandum reor, Sacerdotio Laurenti Lavinati cur tantum tribuatur tum in multis lapidibus, tum in Codice Theodosiano (v. *supra*); nam id quoque, nisi unum idemque omnino fuerit cum hoc sive magisterii sive praeturae munere sacrorum Penatium publicorum Po. Romani, ad eundem tamen cultum aliquatenus videtur pertinuisse.

Nequis autem miretur, in hac nostra inscriptione Sp. Turranii nomen dignitatesque primo casu efferri, quamvis quid tandem fecerit egeritve non dicatur, meminisse oportet, esse inscriptionem statuae eiusdem viri, cuius statuae pauca tantum fragmenta sunt reperta. Quod nisi sciremus, poterat quoque haberi pro epitaphio ex Decurionum decreto posito. Reperiuntur enim interdum quamvis raro eiusmodi sepulcralia, in quibus defuncti nomen recto casu effertur, veluti hoc elegantissimum:

2277. CN. TARA (*Capitis locus*) CIVS. CN. F ‖ VI. A. XX. OSSA EIVS HIC SITA SVNT.
EHEV. HEV. TARACSI. VT. ACERBO. ES DEDITVS. FATO ‖ NON. AEVO. EXSACTO. VITAI. ES. TRADITVS. MORTI ‖ SED. CVM. TE. DECVIT. FLORERE. AETATE. IVVENTA ‖ INTERIEISTI. ET. LIQVISTI. IN. MOERORIBVS. MATREM. — Loco mihi ignoto. Morcelli *Opp. Epigr.* T. V. p. VIII. ex Ardit. *de vas. Locr.* p. 19.

§. 12. REX ET REGINA SACRORVM.

2278. . . . LIVS L. F. E ‖ . . REX SACRO . . ‖ . . A. L. AQVILLI ‖ VXOR ‖ . . F. REGVLVS VIXIT ‖ . . REGVLVS PONTIF. . . CTOR TI. CAESA . . — Romae. Mur. 153, 6.

2279. SEX. OCTAVIVS SEX. F. PAL. FELICIANVS ‖ SENATOR MVNICIPI ET AEDIL. REXS SACR ‖ OB HONOREM OBLATVM SIBI PRAEFECTVR ‖ A COLLEGIO DENDROFORVM SCHOLAE EORVM LOCO IMPETRATO AB ORDINE PARTEM AV ‖
‖ (*sic*) OMNE OPERE ‖
XIT TOTAMQVE PECVNIA SVA CONSVMMAVIT. — In Tusculano. Mur. 2024, 4. Marini *Iscr. Alb.* p. 24. Ex hac inscript., partim quoque e praeced. coniicere possis, fuisse etiam extra urbem reges sacrorum, quorum in saxis raro fit mentio.

2280. V. F [1]) ‖ C. MVRRIO ‖ AEDILI IIII VIRO ‖ PONTIFICI ‖ REGI SACRVM ‖ C. MVRRIVS ‖ EVCHARISTVS ‖ PATRONO B. M. — Florentiae. Gor. *Etr.* 2. p. 454. Mur. 153, 7. correctius ap. Donati 1. p. 76, 1.

1) Vivus, fecit.

2281. D. M ‖ L MANLIO L. F. PAL ‖ SEVERO REGI SACRORVM FICTORI PONTIFICVM VR [1]) IIII VIRO BOVILLENSIVM. COLLACTANEIO DVLCISSIMO ET ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ ERGA SE FECIT. —

Loco non indicato. Ex schedis Stoschianis. Donati 1. p. 76, 3. Fabrett. p. 460, 89.

1) Fabrett. melius P. R. i. e. populi Romani. Qui Fictores Pontificum fuerint, ignoratur.

2282. . . C. VA . . . ‖ REX SACRORVM. AVGVR ‖ CVM MANLIA L. F. FADILLA REGINA SACRORVM ‖ PATRI KARISSIMO. — Romae. Grut. 1087, 8.

2283. . . MANLIA L. F. FADILLA ‖ REGINA SACR. MARITO ‖ OPTIMO ET SIBI. — In Via Cassia. Fabrett. p. 484, 153.

§. 13. AVGVRES.

2284. MAVORTI ‖ FL. MESSIO EGNATIO ‖ LOLLIANO V. C ‖ Q. K. PRAET. VRBANO ‖ AVGVRI PVBLICO P. R ‖ QVIRITIVM.[1]) COMITI DD. NN. AVG. ET CAESARVM. CVRATORI ALBEI TIBERIS ‖ ET CLVACARVM SACRE. VRBIS ‖ CVRATORI OPERVM PVBLICO‖RVM. CONSVLARI AQVARVM ET MINVCIAE. CONSVLARI ‖ CAMPANIAE. ORDO POPVLVSQVE. SVESSANVS. — Suessae. Fabrett. p. 689, 110.

1) cfr. Grut. 27, 4. AVGVR. P. V. B. P. R. Q.

2285. C. VETTIO COSSINIO RVFINO C. V ‖ PRAEFECTO VRBI COMITI ‖ IN CONSIST.[1]) CORR. CAMP. CORR ‖ TVSCIAE ET VMBRIAE ‖ CORR. VENETIAE ET HISTRIAE ‖ CVR. ALV. TIBERIS ET CLOACAR. SACRAE VRBIS ‖ CVR. VIAE FLAMINIAE. PROCONSVLI PRO‖VINCIAE ACHAIAE. SORTITO PONTIFICI DEI SOLIS. AVGVRI MIN.[2]) PALATINO ‖ ORDO PO‖PVLVSQ. ATINAS QVOD IN CORRECTVRA ‖ EIVS QVAE SAEVISSIMAM TYRANNIDEM[3]) INCVRRERAT ‖ NVLLAM INIVRIAM SVSTINVERIT ‖ PATRONO DICATISSIMO.[4]) — Atinae. Don. p. 199, 145. Mur. 373, 3.

1) Consistorio. 2) Donius habet, mira varietate, SACRO. In Palatino monte Augurum erat collegium, locusque, in quo conveniebant, Auguratorium appellatum, restitutum ab Hadriano. Grut. 128, 4. Gorius ad Don. l. l. Mur. *Min.* explicat *Auguri minori*, vel *Ministro Palatino*. 3) Maxentii caesi, a. p. Chr. 312. Ipse Vettius Cossinius Rufinus Consul postmodum fuit a. 323. 4) l. *dicatissimus*. Mur. Recte.

2286. IMP. CAESAR ‖ DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI F. DIVI NERVAE N ‖ TRAIANVS HADRIANVS ‖ AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XX ‖ IMP. II. COS. III.[1]) P. P ‖ AVGVRATORIVM DILAPS ‖ A SOLO PE . . . . . . IT.[2]) — Romae. Grut. 128, 4.

1) p. Chr. 137. 2) Pecunia sua restituit. Scriver.

In Municipiis magistratus omnes, et sacerdotes, augures certe a Decurionibus creabantur, sub Imperatoribus; nam antea apud populum sive plebem urbanam id iuris fuisse consentaneum est.

2287. L. OCTAVIO L. F. CAM ‖ RVFO TRIB. MIL. LEG. IIII ‖ SCYTHICAE PRAEF. FABR ‖ BIS DVOMVIRO QVINQ. EX S. C. ET D. D. AVGVRI EX D. D ‖ CREATO ‖ QVI LAVATIONEM GRATVITAM ‖ MVNICIPIB. INCOLEIS ‖ HOSPITIB. ET

ADVENTORIB || VXSORIB. SERVEIS. ANCILLEIS||QVE. EOR. IN PERPETVOM. DEDIT. D. D. PVBL. PATRONO. — Suasae Senonum. Grut. 444, 8. Alia exempla: PRAEF. I. D. AB. DECVRIONIBVS CREATVS. Grut. 195, 4. II VIR. VIOCVRVS EX S. C. ET D. D. ib. 373, 8. 360, 3. adtulit Reines. *Inscriptt.* p. 397. ad lapidem, qui ceteroqui minime huc pertinet: L. ANTISTIO T. F. ALCIRON. PRAEF. IVRI DICVNDO || DECVRION. DECRETO. (Abellae in Camp.), ubi titulus tantummodo Decur. Decreto positus significatur.

2288. T. FL. T. FIL || SERG. PROBVS || DEC. MVNIC || CAR. EX V DEC || OB. HONOREM || AVGVRATVS || T. FL. PROBI. FIL || SVI. DECVR || MVNIC. EIVSD || EQVO. PVBL || D. D. || L. D. D. D || ORFITO. ET. RVFO. COS. K. SEPT. [1]) — Carnunti. Labus *Ara antica scoperta in Haimburgo. Milano* 1820.

1) „Al lato destro del monumento la Fortuna, al sinistro il Genio di Carnunto. Ho provato che i Consoli Orfito e Rufo dell' anno 178. si appellavano Sergio Cornelio Scipione Orfito, Quinto Tineio Rufo." Labus in literis mihi missis.

2289. P. LVCANIVS. L. F. TER. QVADRATVS || II VIR. AVGVR. Q. II. [1]) BALNEVM A || SOLO PEQ. SVA DEDIT || CASSIA P. F. VXOR ET LVCANIA || P. F. PROCVLA. — Venafri. Mur. p. 478, 2.

1) Quinquennalis iterum.

2290. Hoc quoque notandum, in Albo Augurum Aquileiensium, Belignae prope Aquileiam reperto, et cum lectionis aliqua diversitate edito a Grutero 128, 1., Bertoli A. d'A. p. 131., Murat. 172, 1., medios inter viros memorari feminas tres, scil. Caniam Laidem, Claudiam Helpidem (apud unum Murator.) ac Valliam Latiam; quae res dubitationem movit etiam Saxio *Miss.* 3. p. 59. De Auguribus cfr. Gor. *Etr.* 2. p. 99. Augurem Suasae dabimus in Sepulcralibus.

§. 14. HARVSPICES. SORTILEGI.

2291. D. M. || L. CESENNI || SOSPITIANI || EX ORDINE HARVSPIC. LX || VIXIT ANN. XXV || PARENTES FILIO || OPTIMO. — Beneventi. Grut. 304, 7. correctius ap. Fabrett. p. 713, 349. Mur. 171, 3., qui habet AVRISPIC. IX. cfr. de Vita *Inscr.* 8, 6., qui tamen non ex αὐτοψίᾳ videtur habere.

2292. D. M || M. OPPI. PLACIDI || HAR. PRIM. DE LX || CVI LOCVM SEPVL||TVR. ORDO SANCT||ISSIM. LVG. DEDIT. — Lugduni. Grut. 304, 8.

2293. L. FONTEIVS FLAVIANVS HARVSPEX AVGG. CC [1]) || PONTIFEX. DICTATOR || ALBAN. MAG. PVBLICVS || HARVSPICVM. ORDINI || HARVSPICVM LX. D. D. — Romae. Reines. p. 360, 13.

1) Caesarum. Hag. Eandem hanc inscript. ita exhibet Maffei *Mus. Ver.* p. 311, 4.:

LEONTIVS ET [1]) FLAVINVS || HARVSPEX AVGG [2]) || PONTIFEX. DICTATOR || ALBAN. MAG. PVBLICVS || HARVSPICVM. ORDINI HARVSPICVM EX. [3]) D. D. — Romae.

1) Ne ET Maffeii pereat, puto fuisse L. F, i. e. *Lucii filius:* ET pessime duos induceret pro uno. Hagenb. Mss. 2) Omittit illud CC Reinesii et recte, puto: etenim ortum videtur ex AVGG. 3) Praestat omnino Reinesii LX.

2294. D. M. T ‖ VERACILIANVS ‖ ARISPEX. D. M. S[1]) ‖ Q. V. A. CXXXV[2]) ‖ S. C . . . SE SE VI‖VO. FECIT. M[3]) ‖ MARCELLINA. — Agliate, reperta 1793. Redaelli *Notizie istor.* 2. p. 103. „Sotto dell' iscrizione vi è una specie di otre, e di fianco alla destra il disegno di un coltellaccio, e a sinistra di una patera e di una verga." (Virga haec in primis notanda: de lituo augurali vix licet cogitare.)

1) Vide, ne in his quoque lateat: *de numero sexaginta haruspicum.* 2) Nota longaevum; nisi subest error. 3) Corruptum videtur; neque enim cogitandum de praenomine *Marca.*

2295. . . . 7 ROM. HARVSP. DEI. X. I. I[1]) ‖ HARVSP. AVGG. — Romae. Don. p. 146, 41. Mur. 171, 6.

1) Lego: Sacerdos Romae. Haruspex de LX. item Haruspex Augustorum. Hagenb. Mss. cfr. Bimard in *Proleg. Mur.* p. 66. Hoc igitur e quattuor minimum lapidibus constat, ordinem s. collegium sexaginta haruspicum fuisse sub Imperatoribus, inde a Claudii temporibus: *is enim retulit ad senatum super collegio haruspicum*, instituendo potius, quam restituendo. Tac. *Annal.* XI, 15. cfr. *Haruspices scripsit Petrus Frandsen. Berol.* 1823. 8.

2296. D. M. C. NIVLI. PI. GENTIS CO[1]) ‖ XIIII. VRB. TIRENTIANI[2]) ‖ ARESPICI ORDINATO ‖ FECIT CN. IVLIVS TEAGENES ‖ PATER FILIO PIISSIMO. — Romae. Reines. p. 363, 15.

1) Cnaei Iulii Picentis Centurionis Cohortis. ante *Co.* excidit centurionatus nota 7. 2) Terentiani. Ceterum, nisi corruptela subest, nota *haruspices ordinatos.* Fuitne *ornato?*

2297. C. BAEBIVS ‖ L. F ‖ ARRESPEX. — Clusii in urnula. Gor. *Etr.* 2. p. 411, 15. et 3. p. 304. Notanda huius voc. scriptura, ut mox alia:

2298. D. M ‖ C. MARII ONESIMI ‖ IIIIII VIR. AVG ‖ HARISPICI PVBLI‖CO. PATRI OPTIMO ‖ FILIA POSVIT. — Nemausi. Maff. *Ant. Gall. sel.* p. 74. Mur. 170, 4.

2299. D. M ‖ D. IVNIO D. F. CLAV ‖ CERTO SACERDOTI ‖ ET ARVSPICI PVBLICO ‖ EX GENERE SACERDO‖TVM CREATO ‖ FRA‖TRI PIENTISSIMO. — Miseni. Gori *Etr.* 3. p. 97. — Neapoli. Mur. 171, 8.

2300. VICTO.[1]) PRO SALVTE. IMP. P. Q. R[2]) ‖ ET ORDINIS COL ‖ APVL.[3]) C. IVL. VA‖LENS HAR. COL. S. S[4]) ‖ ET ANTISTITES HV‖IVSQVE[5]) LOCI ‖ V. L. P. — Sardaei prope Albam.

1) *Victoriae*, sive, si lapis fractus est: (*Deo soli in*)*victo.* 2) nota Imperatorem Populumq. Ro. omisso senatu. 3) Coloniae Apuli. 4) coloniae supra scriptae. 5) huiusce. Vbi hoc saxum repererim, nunc oblitus sum. Certum tamen est.

2301. (*L. Caf*)ATIVS L. F. STE. HARVSPE(*x.*) FVLGVRIATOR. (Versu secundo idem sermone Etrusco.) — Pisauri. Olivieri *Marm. Pis.* p. 56. Lanzi *Saggio* 3. p. 652.

2302. L. VETVRIVS ‖ RVFIO ‖ ARISPEX. EXTISPICVS[1]) ‖ SACERDOS ‖ PRIVATVS. — Eugubii. Don. p. 146, 42. Mur. 171, 7.

Sed Fabrett. p. 677, 37. L. VETVRIVS ‖ RVFIO ‖ . . . SPEX EXTISPICVS ‖ . . ERDOX (*sic*) PVBLICVS ‖ . . . PRIVATVS.

1) HARVSPEX EXTISPICVS distinguitur ab HARVSPICE FVLGVRIATORE. Fabr. p. 696, 171. Oliv. ad *Marm. Pisaur.* XXVII. p. 58. Haruspices cum sagis consociat Columella 1, 8, 6.

2303. ° SEX. MAESIO SEX F. ROM. CELSO. PRAEF ‖ FAB. III. Ↄ. LEG. 1) IIII. MACED. Q. AED. II VIR. FLAMIN ‖ DIVI AVG. SORTILEGO FORTVNAE PRIMIGENIAE ‖ SEX. MAESIVS ECHIO LIB. FECIT. SIBI ET ‖ SEX. MAESIO CELERI FILIO SVO ET MAESIAE PINOE CONIVGI ET ‖ SEX. MAESIO POTHO CONLIBERTO. POSTERISQVE SVIS. — Praeneste. Fabrett. p. 668, 529.

1) Si genuinum saxum esset, tentarem pro FAB. III. Ↄ. (tertiae centuriae) FABRVM. Ↄ (centurioni), ut qui prius centurio Leg. IIII. Mac. fuisset, ad praefecturam fabrûm esset promotus. Quid vero, si de Praef. Fabr. III (tertium s. tertio), antea Centurione Leg. IIII. M. interpretemur hunc lapidem? ita et praefectura fabrûm in municipio, non militiae legitur iterata PRAEF. FABR. BIS. in Don. V. 106. p. 189. Hagenb.

2304. ° D. M ‖ C. STIMINIVS HERACLA ‖ SORTILEGVS ‖ AB VENERE ‖ ERYCINA ET ‖ IVLIA MELANTHIS ‖ PARENTES ‖ MERCVRIALI ‖ F. PIENTISS ‖ FECERVNT ‖ VIX. ANN. XIII ‖ M. III. D. XX. — Romae. Spon *Misc.* p. 30, 2. Fabrett. p. 648, 415. Vterque ex schedis Barberinis, ita ut non omni suspicione careant. Hag. Mss. Immo ambo manifesto sunt commenticii; quod ut de priore probetur, sufficiunt ea, quae de Praefectis Fabrûm in capite de Re militari ex Hagenbuchio adferentur. *Praefectos* scil. *Fabrûm* ubicunque poterat, intrudebat Ligorius.

§. 15. SACRA ISIACA. FANATICI.

2305. C. RVF ‖ VOLVSIANVS V. C ‖ PATER IEROFANTA ‖ PROFETA ISIDIS. PONTIFEX DEI SOL . . . ‖ VOT. SOLVI. — Romae. Oderic. p. 238. circa a. p. Chr. 375.

2306. Inter Sacerdotes memorantur: FLAVIVS MOSCHILVS VIR CLARISS. ISIACVS et D. FABIVS FLORVS IVDICIO MAIESTATIS EIVS (Imperatoris nomen excidit:) ELECTVS ANVBIACVS in marm. mutilo, Mur. 158, 1. cfr. Spartiani *Pesc. Nig.* 6. *Commod.* 9. *Caracall.* 9.

2307. A. IVLIVS LEONAS 1) DO‖NVM QVOD PROMI‖SERAT. ANVBIACIS DO‖MESTICA LIBERT. 2) D. S. P. — Nemausi. Reines. p. 377, 37. Bimard *Prol. in Mur.* p. 67.

1) Leontas. Reiu. 2) Posses, et fortasse ex syntaxi verborum malis, accipere, votum libertae solvisse patronum. Bimardus accipit libertam donum de suo posuisse. Hagenb. Mss.

2308. SEXTILIVS L. L. PAPIA ‖ FECIT SIBI ET PATRONO ‖ HIC SACRORVM 1) ISIDIS. CONDITVS EST. — Reate. Grut. 309, 5. et 312, 6.

1) Genitivus iste, tacito regimine, in aliis quoque saxis reperitur. v. c. Grut. 325, 5. 1159, 13. Fabr. p. 315, 396. SACRORVM ROMANIENSIVM. Gudius ad h. l. vult

exscriptorem SAC(*erdos*) neglexisse, ante SACRORVM inserendum. Sed quid fiet ceteris exemplis? Fabrett. p. 342. putat esse ellipsin voc. *Sacerdos* vel *Ministra*, si de femina agatur. Fortasse suppleri debet *Sodalis;* certe quidem in Grut. 479, 6. plene est *Sodali Sacror. Tusculanor.* Hagenb. Mss. Cogitandum quoque, annon subintelligi in quibusdam queat: *Mater;* v. *Geminiae* titulum mox exhibendum. N. 2313.

2309. FVLONIA L F ‖ TERTVLLA SACROR ‖ ISIDIS ‖ LOCVM DEDIT ‖ C. TELEGENNIO ‖ SPERATO SACERDOTI ‖ VI. VIR. AVG ‖ TELESTINIS [1]) EIVS ‖ POSTERISQVE EORVM. — Foropopilii. Mur. 197, 7.

1) peregrina vox. An derivata a τελεστής, ita ut *Telestini* fuerint *Initiati* mysteriis Isidis? Murat. Pro TELESTINIS legerem ET LIBERTIS. Subit tamen, an fortasse sit in saxo TELEGENNIS, C. Telegennii liberis? Hagenb.

2310. MENNIAE QVARTAE ‖ SACRORVM ‖ PATRONAE [1]) ‖ BENEMERENTI ‖ CYPERVS L. — Romae. Mur. 183, 3.

1) „Noli iungere *sacrorum patronae:* fecit *patronae suae* libertus." v. Grut. 309, 5. Ceterum Maff. *Mus. Ver.* 266, 3. habet *Agenniae* pro *Menniae*. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 71.

2311. DIS MANIB ‖ CLAVDIA IANVA‖RIA BENEDICTA ‖ SACRORVM ‖ HIC SITA EST. — Romae. Donati 1. p. 79, 1.

2312. KALAVIA M ‖ F. Ɔ. LEG. IIX. HIC SIT ‖ SACRORVM. [1]) — Prope Foroiulium (Fréjus.) Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 66. Mur. 828, 3. Maffei *Mus. Ver.* p. 415.

1) i. e. Kalavia Marci filia Centurionis Leg. VIII. hic sita est, Sacrorum sodalis, vel quomodocunque hoc est explicandum.

2313. GEMINIA II. IVLLA [1]) ‖ ARAVSIENSIS. MATER SACRORVM HIC ‖ ADQVIESCIT. D. IVL. PI. [2]) AVGTVS CON. PI‖ISSIMAE ET AVRAE. SEVERI. [3]) QVI. M. PRO. F ‖ OBSER. — Vesontione. v. *Geminiae Matris sacr. titulus sepulcr. explicatus a Io. Iac. Chifletio.* Antverp. 1634. 4. Reines. p. 362, 14. Mur. 183, 1. Spon p. 156. C. H. A. in *Observatt. Misc.* T. 4. 1742. p. 211. Dunod in *Mercure Suisse. Ianv.* 1743. p. 9. Saxii *Miss.* 3. p. 70.

1) *Geminia Titulla* Reines. coni. probante Hagenb. et Sax. 2) *Decimus Iulius* P. L. (Publii Libertus) Rein. sed: P. F. Hagenb. 3) *Aureliae Severinae* Reines. Fortasse: AVREL(*io*) Severi sc. filio, propinquo Geminiae, si ultima interpretanda duxeris: *quem pro filio observavi* ego *Auctus;* sin vero: *qui me pro filio observavit*, privignus fuerit Aucti. Quod si denique *Auram* Severi filiam, vel Severinam, quamvis Aurae insolitum alias sit nomen, retinere mavis: *quam pro filia observavi*, vel *quae me pro* (ut) *filia observavit*. Ita certe ap. Maff. *Mus. Ver.* 370, 6. *quem vice filii dilexit.* Praeterea: FLAVIAE SEVERINAE QVI pro *Cui Monumenti* PARS CONCES*sa est.* Saxius divinavit. Ceterum parum liquet, an ad eadem sacra pertineat Filius Sacrorum Grut. 9, 5., nec tamen improbabile est. Vide de hoc titulo etiam Hultmann *Misc. Epigr.* p. 367. Cum his coniungimus sequentes:

2314. V. F ‖ OFILLIAE ‖ QVINTAE ‖ SACRORVM RO‖MANIENSI. C. IVLIVS ‖ HYMENAEVS CONTV‖BERNALI. — Veronae. Fabrett. p. 315, 391. Mur. 183, 5. Maffei *Mus. Ver.* 88, 1. cuius typum do. *Sacra Romaniensia* i. e. ritu Romano, urbico facta, diverso a municipali. Similis est inscriptio Mutinensis Grut. 1159, 13. et Mur. 183, 4.:

2315. M. AEMILIVS ‖ PHOEBVS SACRORVM AB ROMA ‖ ISIDI DONVM DAT. — Cfr. *Sacra Tusculana* supra. N. 2183.

2316. D. M ‖ L. CORNELIO IANVARIO ‖ FANATICO AB.[1]) ISIS. SERAPIS ‖ AB AEDEM[2]) (*sic*) BELLONE RVFILIAE[3]) ‖ V. A. XXII. M. XI. D. XXI. FEC ‖ C. CALIDIVS CVSTOS AMICO B. M. — Romae. Grut. 312, 7.

1) scil. aede. 2) Grut. Ed. 2da male *Eadem*. 3) Ita Fabrett. *Emend.* p. 11. Grut. *Rufilia*.

2317. . . . ELSINIVS CAPITOLINVS EX AEDE ‖ BELLONAES PVLVINESIS[1]) FANATICVS. M. D. D. D. — Romae. Fabr. p. 498, 14. cfr. similem Inscr. Grut. 313, 1.

1) pulvinensis, „ex eo Bellonae templo, quod Pulvinari instructum erat."

2318. L. LARTIO ANTHO CISTOPHO‖RO[1]) AEDIS BELLONAE PVLVINENSIS[2]) ‖ FECIT C. QVINTIVS RVFINVS FRATRI[3]) ET ‖ DOMINO SVO PIENTISSIMO. CVI ET ‖ MONVMENTVM FECIT INTERIVS AG‖RO APOLLINIS ARGENTEI.[4]) QVINTIVS ‖ RVFINVS. — Romae. Don. Tab. VIII. p. LX. cum Gorii commentario. Mur. 179, 1.

1) mysticum igitur cultum habebat Bellona. 2) cfr. Grut. 313, 1. Fabrett. 312, 7. 3) fratri, quia fuerat ex eodem collegio fanaticorum Bellonae; dictum ut *fratres Arvales*. 4) ager ita fortasse dictus, quia in eo erat aedicula Apollinis cum sigillo argenteo.

§. 16. RELIGIONES MATRIS DEVM MAGNAE IDAEAE. TAVROBOLIA. CRIOBOLIA.

2319. LABERIA FELICIA ‖ SACERDOS MAXIMA ‖ MATRIS DEVM. M. I. — Romae. Reines. p. 390, 58. Spon *Misc.* p. 150, 1. Visconti *Museo Pio-Clem.* 7. p. 105.

2320. C. CAMERIVS ‖ CRESCENS ‖ ARCHIGALLVS MATRIS ‖ DEVM MAGNAE IDEAE ET ‖ ATTIS[1]) POPVLI ROMANI ‖ VIVVS SIBI FECIT ET ‖ C. CAMERIO EVCRATIANO LIB ‖ SVO. CETERIS AVTEM LIBERTIS VTRI‖VSQVE SEXVS LOCA SINGVLA ‖ SEPVLTVRAE CAVSA. H. M. H. E. N. S. — Romae. Grut. 308, 7. Millin *Mag. encycl.* 1806. 1. p. 407.

1) Cfr. N. 2353. Genus erat sacerdotii.

2321. D. M ‖ MONVMENTVM ‖ INSTITVIT SIBI ‖ VIVVS ‖ VLPIVSIVS[1]) ‖ ARCHIGALLVS. — Tournay reperta 1824. Bulletin *des sciences histor. Février* 1827. p. 145. Cfr. similem apud Mur. 161, 3.

1) nomen videtur corruptum. An VLPIVS IVSTVS?

2322. *In anteriori facie:* TAVROBOLIO MATRIS D. M. ID ‖ QVOD FACTVM EST EX IMPERIO MATRIS D ‖ DEVM ‖ PRO SALVTE IMPERATORIS CAES. T. AELI ‖ HADRIANI ANTONINI AVG. PII. P. P ‖ LIBERORVMQVE EIVS. ET STATVS COLONIAE LVGDVN ‖ L. AEMILIVS CARPVS IIIIII VIR AVG. ITEM ‖ DENDROPHORVS.

VIRES[1]) EXCEPIT ET A VATICANO TRANS‖TVLIT. ARA ET BVCRANIVM SVO INPENDIO CONSACRAVIT ‖ SACERDOTE ‖

Q. SAMMIO SECVNDO AB XV. VIRIS || OCCABO[2]) ET CORONA EXORNATO || CVI SANCTISSIMVS ORDO LVGDVNENS || PERPETVITATEM SACERDOTII DECREVIT || APP. ANNIO ATILIO BRADVA. T. CLOD. VIBIO || VARO COS[3]) || D. D. D. *in altero latere:* CVIVS MESONYCTIVM || FACTVM EST V. ID. DEC. — Lugduni. v. *Journal de Trévoux* 1704. Ph. a Turre in Sallengr. *Thes. Ant.* 3. p. 862. de Boze in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* 3. p. 111. cet. Mur. 333, 4.

1) testiculos interpretatur Mur. Recte. Alii sanguinem, alii cornua. Tu vide in Diis immortalibus §. *Mater Deûm magna.* 2) ὀκκαβος τὰ περὶ τὸν βραχίονα ψέλλια. Hesych. 3) p. Chr. 160. Inter omnia Taurobolioruin monumenta hoc videtur antiquissimum. v. Kautz *de Taurobolio.* Lips. 1738. p. 12., qui complures Inscriptt. huius generis collegit.

2323. VIRIBVS || AETERNI[1]) || TAVROBOLIO || SEMPRONIA || EVTYGIA. — Aug. Taur. *Marm. Taur.* T. 1. p. 130. Maffei *Mus. Ver.* p. 210, 2. Corrupte apud Mur. 130, 1.

1) i. e. *Aeternis.* Nam de ADGESTIS vix cogitandum.

2324. NYMPHIS. ET VIRIBVS || AVGVSTIS || L. GRANIVS L. F. PRISCVS || VI VIR AVG. IIII VIR. A. P || PRAEF. I. D. FONTEM || ET OMNEM (*sic*) OPVS || D. S. F || IDEMQ. DEDIC. — Velleiae. — Lama. p. 67, 21. A. P. *aedili potestate.*

2325. . . . SALV[1]) . . . IMP. L. SEPTIMI || . . . RI PII F. PERTINACIS AVG || ET M. AVRELI ANTONINI CAES || IMP. DESTINATI[2]) ET IVLIAE AVG. MATRIS CASTROR || TOTIVSQVE DOMVS DIVINAE || EORVM ET STATV CCC[3]) AVG. LVG || TAVROBOLIVM FECERVNT || SERTICIA VALERIANA ET || OPTATIA SPORA EX VOTO || PRAEEVNTE AELIO ANTHOSA || SACERDOTE SACERDOTIA AEMI||LIA SECVNDILLA TIBICINE FL || RESTITVTO APPARATORE[4]) VIRE||IO HERMETIONE . . . . INCHOATVM EST SACRVM IIII. NONAS MAIAS. CONSVMMA||TVM NONIS EISDEM || T. SEXTIO LATERANO. L. CVSPIO || RV . . INO COS.[5]) L. D. D. D. — Lugduni. Millin *Voyage* 1. p. 522.

1) Pro salute. 2) pro *designati*, ut C. Caesar in *Cenotaph. Pis.* l. 12. princeps designatus. Titus in nummo anni 824. u. c. Imperator designatus. 3) Coloniae Claudiae Copiae Augustae Lugdun. 4) i. q. apparitore. 5) p. Chr. 197. In alio monumento taurobolico Lugdunensi, in oppido Tain nunc conservato, Millin *Voyage* 2. p. 73. Grut. 30, 2. legitur: (*Taurobolium*) EX VATICINATIONE PVSONI IVLIANI ARCHIGALLI INCHOATVM XII. KAL. MAI. CONSVMMATVM VIIII. KAL. MAI. cet. Pro *Serticia*, l. *Septicia* et pro *Anthosa*, *Antho.*

2326. AEMILIA || SERAPIAS || TAVROBOLIVM FECIT || PETRAM TAVROBOLIATAM POSVIT || PER. SACERDOTE || VALERIO PANCARPO || IDIB. MAIS || ANVLLINO. II || ET FRONTONE COS.[1]) — Beneventi. Oderic. p. 158. Petra taurobol. est lapis, qui sacrificii monumentum ad memoriam posteritatis contineret. Guther. *de Iure pontif.* 3, 5.

1) p. Chr. 199.

2327. MATRI DEVM || TAVROPOLIVM INDICTVM || IVSSV IPSIVS. EX STIPE CONLATA || CELEBRARVNT NARBON. — Narbone. Van-Dalen p. 786. Kautz p. 42. Mur. 130, 3. Donati p. 20, 1.

2328. ATTINI SACRVM || ET MINERVAE BERECINT[1]) || CONCORDIA COLLIB. IANVARI || CIMBALIOCO[2]) SECVNDO OB || CRIOBOLIVM FACTVM M. D || M. I. TRADENTIB. SEPTIMIO || PRIMITIVO AVGVRE ET SAC || SERVILIA VARIA ET TERENTIANA || FLAVIANA SACERD. XV. VIR || PRAEVNTE (*sic*) MAMIO SECVNDO || HAEC IVSSV MATRIS DEVM || IN ARA TAVROBOLICA DVO||DENA CVM VITVLA CREM || SVB DIE V IDVS APRILIS || MODESTO II. ET PROBO COS.[3]) — Beneventi. Gud. 22, 4. Murat. 1980, 7. correctius ap. Donati 1. p. 179, 2. ex De Vita Inscr. 2, 9.

1) hinc intelligitur, quid sibi velit Minerva Paracentia in aliis lapp. ap. Donatum 1. p. 20, 5, 6, 7. 2) Egregia est Giovenazzii *Aveia* p. 23. coniectura pro CIMBALIOCO leg. CIMBAL. LOCO. i. e. Cymbalistria loco secundo. 3) p. Chr. 228.

2329. ATTINI SACRVM || ET MINERVAE || PARACENTIAE || TERENTIA FLAVIANA SACERD. SECVNDO LOCO XV || VIR. OB. TAVROB TRA||DITVM A SERVILIA || VARIA SAC. PRIMA. — Romae. — Donati 1. p. 20, 6.

2330. ATTINI SACRVM || ET MINER||VAE PARACENTIAE || L. SONTIVS PANCIVS IVSTI||NVS EQ. ROMANVS PRINCI||PALIS DVVMVIR ET MVNERA||RIVS NATALIS COLONIAE OM||NIBVS HONORIBVS PERFVNCT || ET SACERDOS MATRI DEVM M. I || IN PRIMORDIO SVO TAVROBO||LIVM A SE FACTVM TRADEN||TE SIMVL COSINIA CELSINA || CONSACERDOTE SVA || PRAEVNTE FLAVIO LIBE||RALI HAR. PVBL. PRIMARIO. — Beneventi. Donati 1. p. 20, 7. cfr. De Vita Inscriptt. p. 2, 10.

2331. IVL. CLEMENTIA||NA TAVROPOLI||VM ACCEPIT || HOSTIS SVIS || SACERD. TRAIA||NIO NVNDINI||O[1]) D. N. GORDI||ANO II. ET POM||PEIANO COS || VI. IDVS. DEC.[2]) — Lactorae. v. Hagenb. Ep. ad Cannegiet. in *Mus. Turic.* 1, 2. p. 227. Donati p. 181, 1.

1) memoratur sacerdos iste in decem inscript. Lactoratibus tauroboliatis. 2) p. Chr. 241.

2332. M. D. M. I || SACR. TRIB.[1]) TAVR. FECER || CVM SVIS HOSTIS ET APPARAM[2]) || OMNIBVS L. DAGID. MARIVS. PON||TIF. PERPET. CIVIT. VALENT || ET VERVLLIA MARTINA ET || VERVLLIA MARIA FIL. EORVM || PRO SALVTE IMP. ET CAESAR || PHILIPPORVM AVGG. ET OTACI||LIAE SEVERAE AVG. MATRIS || CAES. ET CASTROR. PRAEEVN||TIBVS SACERDOTIBVS IVNI || TITO XV VIR[3]) ARAVSENS. ET || CASTRICIO ZOSIMIONE CI||VITAT. ALBENS. ET BLATTIO || PATERNO CIVITATIS VOC || ET FABRICIO ORFITO LIBER[4]) || PATRIS ET CETERIS ADSISTENTIBVS SACERDOTIBVS || V. S. L. M. LOCO VIRES CON||DITAE. DIE PRID. KAL. OCT. IMP. PHILIPPO AVG. ET

TITI||ANO COS.[5]) — Deae Vocontiorum. Spon *Misc.* p. 98, LIX. Fabrett. 609, 79.

1) *Sacrae Tribus;* Spon: quod minime placet; sed quod substituam probabilius, non habeo. 2) apparamentis. 3) notandi hi XV Viri in sacerdotiis Magnae Matris Idaeae. 4) Liberi patris sacerdote. 5) p. Chr. 245.

2333. Cum hoc sacerdote quindecimviro Matris Deûm magnae iungimus alterum similem:

L. POMPEIO FELICISSIMO || IMMVNI DENDR.[1]) SVESSVL[2]) || ET SACERD. M. D. XV. VIR. IN || VICO NOVANENSI[2]) PATRI L || POMPEI FELICISSIMI DECVR. ET || II VIR ET Q. ALIMENT OMNIBVS || REBVS[3]) AC MVNERIB. PERFV||NCTO D. CVLTOR. I. O. M. S. — Ad Novas prope Capuam. Romanelli *Topografia* T. 3. p. 594.

1) Dendrophoro Suessulano. 2) *Ad Novas* hic vicus appellatur in tabula Peutingeriana. 3) Lego: ONERIBVS, ut est in aliis Inscriptionibus. Ceterum genuinam reputo hanc inscr. etsi a Pratillio primum enotatam.

2334. CRIOBOLIVM ET || AEMOBOLIVM[1]) MOVIT || DE SVO PETRONIVS MAR||CELLVS SACERDOS VI KAL. DEC. IIII VIR PRIMO[1]) ET IVSTO. — Teate. Reines. p. 212, 221. correctius ap. Don. p. 138, 10. Mur. 374, 2.

1) Reines. *Aegobolium* tentavit, improbante Hagenb. 2) f. leg. pro IIII VIR PRIMO, IANVARINO, ut sit Consul a. p. Chr. 328. Hagenb. Sed videntur potius Quattuorviri I. D. Teatini, quam Consules Romani, etsi aliter videbatur etiam Muratorio, qui hoc saxum male ponit Antiquariae in Hispania.

2335. DIS MAGNIS || VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS || V. C. AVGVR P. V. B. P. R. Q[1]) || PATER ET HIEROCERYX[2]) D. S. I. M[3]) || ARCHIBVCVLVS[4]) DEI LIBERI || HIEROFANTA HECATAE. SA||CERDOS ISIDIS PERCEPTO || TAVROBOLIO CRIOBOLIOQ. IDIBVS AVGVSTIS. D. D. N. N || VALENTE AVG. V. ET VALENTINIA||NO AVG. CONSS.[5]) FELICITER.

VOTA FAVENTINVS BIS DENI || SVSCIPIT ORBIS[6]) || VT MACTET REPETENS AVRATA || FRONTE BICORNES. — Romae. Grut. 27, 4.

1) Augur publicus Populi Romani Quiritium. 2) HIEROCORAX legi iubent Reines. ad. 1. 48. p. 95. Van Dalen *Diss.* IX. *de Concilio Amphiction.* p. 591. probante de Sacy *ad Ste-Croix* T. 2. p. 132. 3) Dei Solis Invicti Mithrae. 4) Archibucolus. Pigh. 5) p. Chr. 376. 6) Intelliguntur vicennalia. v. Salmas. ad *Lamprid. Heliogab.* c. 7.

2336. L. IVLIO V . . . . . . || COS. III. NONC . . .' || EGITIVM TAVROBOLIVM . . . . || VENERIS CAELESTAE.[1]) ET PANTELIV . . . . HERENNIA FORTVNATA INPERIO PEA . . . . . || PER TI. CLAVDIVM FELICEM SACERDOT . . || ITERATA EST. — Capo di Monte prope Neapolin. Marini *Atti* 2. p. 358.

1) Quum aliquot vocabula exciderint, admodum dubium est, num iungendum sit *Taurobolium Veneris Caelestis*, quod sane singulare esset.

2337. D. M || T. FLAVIO CITTVRVSO PA . . . || SODALES BALLATORES[1]) || CYBELAE BENEME||RENTI FECERVNT. — Extra Romam. Mur. 185, 4. Saxii *Miss.* 3. p. 74.

1) v. Casaub. et Salm. ad Vopisci *Aurelian.* 6. Suidam in βαλλίζειν. Hinc bal-

lare, lat. et. ital. *ballo.* cet. HAGENB. Mss. Saxius contra legit: *T. Flavio C. F. Thyrso Sodales Bulneatores.*

2338. DIS M ‖ L. VETTIO SYNTROPHO ‖ RELIGIOSO ‖ A MATRE MAGNA ‖ CAPILLATO ‖ VETTIA AMOR ‖ DE SVO FECIT ‖ POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 308, 5.

2339. SEX. ANNIVS ‖ CELER ‖ RELIGIOSVS ‖ DE CAPITOLIO ‖ H. S. E. — Romae. Grut. 1088, 2.

§. 17. SACRA ET MYSTERIA MITHRIACA.

2340. IMP. SEVERO ANTONI‖NO AVG. IIII[1]) COS T. FL. LVCILIANVS ‖ EQ. PVB. ET T. AVIDIACCVS FV‖RIANVS. EQ. PVB. SPELEVM ‖ SOLI INVICTO CONSVMA‖VER. CVR. AG. P. PETICEN. PRIMO. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 94.

1) p. Chr. 213.

2341. PRO SALVTE ‖ TIBERI. CLAVDI ‖ MACRONIS. CON ‖ FER. NOR.[1]) VELOX. SER ‖ VIL.[2]) SPELEVM[3]) CVM ‖ OMNI APPARATV FECIT. — Aquileiae. Bertoli p. 2, 1. Mur. 28, 3.

1) Confectoris Ferri Norici. 2) Servus villicus. 3) Mithrae.

2342. ... ORBIANVS ‖ MYSTAGOGOS ‖ .... PLASTES. — Romae. Maff. *Mus. Ver.* 257, 3.

2343. DATIANO ET CEREALI CONS[1]) ‖ NONIVS VICTOR OLYMPIVS V. C ‖ PP.[2]) AVR. VICTOR. AVGENTIVS V. C. P[3]) ‖ TRADIDERVNT PERSICA. PRI. NON. APRIL. FEL.

CONS. S. S.[4]) TRADIDERVNT ELIACA ‖ XVI. KAL. MAI. FELIC ‖ OSTENDERVNT CRYFIOS VIII ‖ KAL. MAI. FELIC.

D. D. N. N. VALENTE V. ET ‖ VALENTINIANO IVNIORE PRIMVM ‖ AVGG. CONS.[5]) VI. IDVS APRIL ‖ AVR. VICTOR. AVGENTIVS V. C. P. P. FILIO SVO AEMILIO CORFONI ‖ OLYMPIO C. P.[6]) ANNO TRICESIMO ‖ CONSECRATIONIS SVAE TRADIDIT CORACICA ‖ FELIC. CONS. S. S. OSTENDERVNT ‖ CRYFIOS VIII KAL. MAI. FELIC. — Romae. Grut. 1087, 4.

EVSEBIO LIPPATIO[7]) CONS ‖ NONIVS VICTOR OLYMPIVS V. C. ET AVREL. VICTOR AVGENTIVS V. C ‖ TRADIDERVNT LEONTICA V. IDVS ‖ MARTIAS FEL.

DATIANO ET CEREALE CONS ‖ NONIVS VICTOR OLYMPIVS V. C. P. P. ET AVR. VICTOR. AVGENTIVS V. C ‖ P. TRADIDERVNT LEONTICA ‖ XV. KAL. APRIL. FELIC. — Romae. Grut. 1087, 5.

1) p. Chr. 358. 2) Vir Clarissimus, Pater patrum. 3) Vir clariss. Pater, sensu mystico, ut sequens inscr. interpretanda videtur. 4) supra scriptis. 5) p. Chr. 376. 6) Lege V. C. P. 7) i. e. Eusebio et Hypatio p. Chr. 359. v. Relandi *Fast.* p. 391.

2344. DEO. INVICTO ‖ SOLI. TEMPLVM ‖ A SOLO. RESTITV‖IT. VALERIVS ‖ VENVSTVS. V. P. P ‖ P. R.[1]) SICVTI. VOTO ‖ AC. MENTE. CON‖CEPERAT. REDI‖DITVS. SANITA‖TI.

V. S. L. L. M. — Zwiefalten in regno Wirtembergiae. Memminger *Beschreibung des Oberamts Münsingen.* Stuttgart 1825. p. 17.

1) *Vice-Praefectus Praetorio Provinciae Raetiarum*, explicat Memminger. Vide, ne potius sit: *Vir perfectissimus*, *Pater Patrum.* Nescimus scil., utrum sit re vera in lap. P. P. R., an P. PR. literis fortasse nexis, T quoque includentibus.

2345. MAMERTINO ET NEBITA.[1]) CO‖NONIVS VICTOR OLYMPIVS V. C ‖ ET AVR. VICTOR AVGENTIVS ‖ TRADIDERVNT LEONTICA ‖ KAL. APR. FELIC ‖ ALIA.[2]) TRADIDERVNT CON. S. S. VI. IDVS APR. FELIC. LEONT ‖ CONS. S. S. TRADIDERVNT ‖ CHRYPHIOS VI. IDVS APR. FELIC. — Romae reperta 1618. Gud. 111, 4. Mur. 382, 5.

1) Alias Nevitta. p. Chr. 362. 2) f. *Eliaca*, ut N. 2343.

2346. L. APONIVS ‖ CHRYSOMAL‖LVS ‖ OB GRADVN. PER‖SICVM ‖ DEDICAVIT. — Vasione. Don. p. 66, 12. v. Gorium. Mur. 470, 6.

2347. VAL. MARINVS PATER SIGNV . . . ‖ INVICTI MITRHE (*sic*) EX VOTO POS . . . — Romae. Marini *Atti* 1. p. 541.

2348. PRO SALVTE AVG ‖ IN HONOREM D. D. SOLI ‖ INVICTO MYTHR. HILARVS ‖ AVG. LIB. TAB. P. R. N.[1]) ET EPICTETVS ‖ ARK.[2]) AVG. N ‖ TEM. VETVSTATE CONLS[3]) ‖ SVMPTV SVO CVM PICTVRA REFE[4]) ‖ IMP. D. N. GORDIANO AVG. ET AVIOLA C[5]) ‖ RO. DO. M IN[6]) MARCELLO PAT ‖ D. VIII. KLS. IVLIAS. — Töltschach prope Clagenfurtum. a Turre *Mon. Vet. Antii.* p. 240. Mur. 360, 4. accuratius ap. Köppen *Wiener Jahrbücher.* T. 24. *App.* p. 8.

1) *Tabularius Publicus Regni Norici* recte explicat Köppen. 2) *Arcarius.* 3) *conlapsum.* 4) *refecerunt.* 5) p. Chr. 239. 6) Horum, ut vides, incerta est lectio apud Köppen. Murat. vero ita habet: AVIOLA C. ROM. D. N. LICIN. MARCELLO, explicatque. *Aviola Consulibus. Caio Romanio* vel *Romilio Decurione Numerio* cet. Sed *Decurione* omnino reiiciendum, quum *Decurio* nusquam vel summum Municipii magistratum, vel sacerdotium v. c. Mithrae denotet, quibus inscribi potuisset monumentum publicum. Neque felicius a Turre *Consulibus Romanis*, aut Hagenb. Mss. *Consulibus Romae* videntur divinasse. *Pater* h. l. ut in praecedente, et passim v. c. Mur. 26, 5. 27, 2. 360, 4. Grut. 34, 4. Reines. Cl. 1. 45. significat patrem sacrorum Mithriacorum. De filio item eorundem sacrorum accipio sequentem:

2349. D. I. M ‖ IN. HONOR ‖ DOMVS DIVIN ‖ EPPIVS ARIMI‖NENSIS FILIVS. — Viruni. Köppen. l. l.

2350. D. M ‖ L. SEPTIMIVS AVGG. LIB. ARCHELAVS ‖ PATER ET SACERDOS INVICTI ‖ MITHRAE DOMVS AVGVSTANAE ‖ FECIT SIBI. ET COSIAE PRIMITIVAE ‖ CONIVGI BENEMERENTI LIBERTIS LIBERTA‖BVSQVE POSTERISQVE EORVM. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 529.

2351. KAMENII ‖ ALFENIO CEIONIO. IVLIANO ‖ KAMENIO V. C. Q. K.[1]) PRAETORI TRIVMF. VII. VIRO EPVLONVM ‖ MAG. P. SC.[2]) SVMMI INVICTI MITRAI. IERO‖FANTE AECATE. ARCB.[3]) DEI. LIB. XV ‖ VIRO SF. TAVROBOLIATO. D. M ‖ PONTIFICI MAIORI. CONSVLA‖RI PROVINCIAE NVMIDIAE ‖ IVSTITIAE EIVS PROVISIONI‖BVSQVE CONFOTIS OMNIBVS ‖ DIOCESEOS ‖ (*sic*)

GENTILIS P. M.[4]) RESIVIVS CORNICVLARIVS CVM CARTVLARIS[5]) OFFICII STATVAM ‖ IN DOMO SVB AE . . . E POSVERVNT. — Romae. Oderic. p. 131. circa 330. p. Chr.

1) Q. K. Quaestori candidato. „*Candidati principis solis libris principalibus in Senatu legendis vacant.*" Vlpian. *de offic. Quaest.* Tit. XIII. Praetorem Triumphalem cum Flaviali et Constantiniano primus creavit Constantinus. Cod. Theod. L. IV. T. IV. Leg. 5. 2) Magistro publico sacrorum s. sacerdotum; idem fortasse qui alias „*Pater patrum Dei solis invicti*" audit. v. Oderic. 3) Archibucolus (βουκόλος) Dei Liberi, sub tauri forma interdum culti. XV. Viro sacris faciundis. — D. M. Deûm matris. 4) P. M. Princeps Magistrianorum? 5) cartularii, alias chartophylaces.

2352. DIS ‖ MAGNIS ‖ MATRI DEVM ET ATTIDI. SE‖XTILIVS AGESILAVS AEDESIVS ‖ V. C. CAVSARVM NON IGNOBI‖LIS AFRICANI TRIBVNALIS ORA‖TOR[1]) ET IN CONSISTORIO ‖ PRINCIPVM. ITEM MAGISTE‖R LIBELLORVM ET COGNITION ‖ SACRARVM. MAGISTER EPISTV‖LAR. MAGISTER MEMORIAE ‖ VICARIVS PRAEFECTOR. PER ‖ HISPANIAS. VICE S. I. C.[2]) PA‖TER PATRVM[3]) DEI SOLIS INVI‖CTI MITHRAE. HIEROPHANTA ‖ HECATAE. DEI LIBERI ARCHIBVCOLVS.[4]) TAVROBOLIO ‖ CRIOBOLIOQ. IN AETER‖NVM RENATVS. ARAM SACRA‖VIT DD. NN VALEN‖TE V. ET VALENTINIANO ‖ IVN. AVGG. CONSS. IDIB ‖ AVGVSTIS (p. Chr. 376.) — Romae. Mazoch. 47, 1. Grut. 28, 2. Hanc et sequentem, etsi Matri Deûm et Attidi dicatas, consulto huc collocavimus, quia exhibent Patrem Patrum et Patrem sacrorum Mithriacorum.

1) Hinc apparet Advocatorum Africae honoratam admodum fuisse conditionem; cfr. Grut. 462, 1. Guth. Lib. 3. *de Off. D. A.*, ubi p. 424. laudat illud Apollinaris Sidonii *Quum advocatorum finiunt actiones, incipiunt dignitates.* Gud. in *A. E. Suppl.* T. V. p. 20. 2) Has siglas praestet fortasse explicare simpliciter *Vice sacra iudicans*, potius quam cum Scalig. *Vice Sacra Iudex Cognitionum.* Hagenb. 3) Hinc explicandae notae P. P. in Grut. 192, 3. 4) Ad eadem orgia s. mysteria Bacchica pertinent inscriptiones quaedam sub finem huius capitis exhibendae.

2353. M. D. M. IDEAE ET ATTIDI MINOTVRANO S ‖ NOBILIS IN CAVSIS FAMA CELSVSQVE SABINVS ‖ HIC PATER INVICTI MYSTICA VICTOR HABET ‖ SERMO DVOS . . . . RESERVANS ‖ CONSIMILES AVFERT . . . . . ‖ ET VENERANDA MOVET CYBELES TRIODEIA[1]) SIGNA ‖ AVGENTVR MERITIS SIMBOLA TAVROBOLI ‖ RVF. CEIONI. CAE SABINI F. V. C. P. M. HIEROF. D. HECAT. AVG. ATVS ‖ PVB. P. R. Q.[2]) PATER SACROR. INVICTI MITHRAE TAVROBOLINVS ‖ M. D. M. ID. ET ATTIDIS MINOTVRANI ET[3]) ARAM IIII. ID. MART ‖ GRATIANO V.[4]) ET MEROBAVDE CONSVLIBVS DEDICABIT (*sic*)

ANTIQVA GENEROSE DOMO CVI REGIA VESTAE ‖ PONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT IGNE ‖ IDEM AVGVR. TRIPLICIS CVLTOR VENERANDE DIANAE ‖ PERSIDICIQVE MITHRAE ANTISTES BABYLONIE TEMPLI ‖ TAVRIBOLIQ SIMVL MAGNI DVX MYSTICE SACRI. — Romae. Grut. 28, 6. Burmann. *Anthol.* T. 1. p. 31. sed correctius ap. Mur. 387, 2.

1) confunditur h. l. Cybele cum Diana τριοδίτι. Hagenb. 2) Atys publicus Populi Ro. Quiritium. 3) fortasse corruptum. 4) Ligorius melius IIII. p. Chr. 377.

2354\.

VETTIO AGORIO
PONTIFICI VESTAE
PONTIFICI SOLI
QVINDECIMVIRO
AVGVRI
TAVROBOLIATO
CVRIALI
NEOCORO
HIEROFANTAE
PATRI SACRORVM

AGORII
PRAETEXTATO V. C.
QVAESTORI
CANDIDATO
PRAETORI VRBANO
CORRECTORI TVS-
CIAE ET VMBRIAE
CONSVLARI
LVSITANIAE
PROCONSVLI
ACHAIAE
PRAEFECTO VRBI
PRAEF. PRAET. II.
ITALIAE ET ILLYRICI
CONSVLI
DESIGNATO.

A latere sinistro: DEDICATA KAL. FEB. DN. FL. VALENTINIANO AVG. III || ET EVTROPIO CONSS.[1] — Romae. Grut. 1102, 2.

1) p. Chr. 387.

2355\. DD. NN. FL. VALENTINIANO ET GRATIANO[1]
. . . . RATORIBVS[2] SVIS
CEIONIVS. RVFIVS. VOLV*si*
ANVS. V. C. ET INLVSTR*is*
EX VICARIO ASIE. ET CEIO
NI. RVFI. VOLVSIANI V. C
ET. INLVSTRIS EX PREFECTO *prae*
TORIO. ET EX PREFECTO VR*bis*
ET CECINE LOLLIANE CLAR*issi*
ME ET INLVSTRIS FEMIN*e*
DEAE ISIDIS. SACERDOTIS FI*lius*
ITERATO. VIGINTI. ANNIS EX P*ercep*
TIS TAVROBOLIIS. VI. ARAM CONSTITV*it*
ET CONSECRAVIT. X. KAL. IVN. D. N VA*len*
TINIANO AVG ET NEOTERIO C*os*. — Romae ex Smetii *αὐτοψία* Grut. 28, 5. Habet iam, sed corrupte Mazoch. 163, 1. Ex interpolationibus Ligorii Mur. 392, 1.

1) VALENTE ET VALENTINIANO AGG. ex interpol. Ligorii Mur. — Non vidit scil. Ligorius, prima taurobolia mota sive percepta fuisse a Ceionio a. p. Chr. 370. Valentiniano I. et Gratiano Impp., iterata vero post viginti annos (ut Mur. 130, 6. corrupte ap. Rein. p. 211, 220. Spon *Misc.* p. 200, 1. P. S. P || POS XX ANN || TAVROBOLIVM || ITER. DE SVO || C. PETRONIVS || SACER. SABI || MOVIT II.) cum ara ista occasione dedicata a. p. Chr. 390., quem indicant Coss. notae. 2) ORATORIBVS Ligor. Mur. *Impe*RATORIBVS. Saxius *Miss.* 4. p. 119. Ceterum vides ex hac inscript. anno adhuc 390. p. Chr. mentionem fieri solitam esse in monumentis publicis sacrorum Magnae Matris et Mithriacorum, quamquam Sainte-Croix *Mystères* T. 2. p. 150. haec affert: *„Les mystères et les fêtes de Mithra furent proscrits l'an 378 de l'ère vulgaire; et l'antre sacré des Mithriaques fut aussitôt ouvert et détruit par les ordres de Gracchus, préfet du prétoire.* Hieron. *Ep.* 57. *ad Laet.* T. IV. Opp. col. 591. Prosopograph. Cod. Theodos. in *Cod. Theod. Gothofr.* T. VI.

p. 364." — De Mysteriis Mithrae variisque eorum gradibus v. praeter a Turre *Mon. vet. Antii*, Zoëga *Abhandl.* p. 89. Seel *die Mithrageheimnisse.* Aarau 1823. 8. Sainte-Croix *Mystères.* p. 132. Hic scriptor in eo potissimum errare videtur, quod Cryphios (χρυφίους) inscriptionum a nobis quoque allatarum confundit cum gryphibus Appuleii *Metam.* XI. p. 804. *Hinc dracones Indici; inde gryphes Hyperborei.* Gradus omnes horum mysteriorum, ni fallor, conservarunt inscriptt.; nam *Hierocoraca* quoque habes ap. Grut. 27, 2. et in Tauroboliatis nostris supra N. 2335. Contra Grut. 311, 2. de his Mithriacorum mysteriorum gradibus non est interpretandum:

2356. FL. PVBLICIAE. V. V. MAX || MERITO SANCTISSIMAE AC PIISSI||MAE. QVAE RITE ET PERVIGILI ADMINIS||TRATIONE OMNES GRADVS. LAVDE || CVMVLATA. SACRA SVA VENERATA VI||VIT. VT SECVLARI AETATE MINISTERIO || ADSIT. ET IN FVTORO (*sic*) PERSEVERET || Q. TERENTIVS RVFVS ET CAE-NIA || VERISSIMA. PARENTES || TERENTIAE RVFILLAE V. V || CVIVS MVLTI TEMPORIS BONITATEM || ET HVMANITATEM EIVS CIRCA SE || IN BREVI SENSERVNT. *Ex altero latere:* DE-DICA . . || DD. NN. VALE . . || GALLIEN . . . — Romae. Iam vides ex ultimis his lapidibus, exeunte seculo quarto iunctum plerumque et confusum fuisse cultum Matris Deûm Magnae, et Mithrae.

§. 18. SACRA BACCHICA. MYSTERIA.

2357. L. LVCCEIO L. F. TER || HIBERO || II VIR. ITER. Q. Q PATRONO || SACERDOTI SACROR. SAVADIOR [1]) || CVR. R. P. INTERAMNAT. LIRIN || EORVND. ET PATRONO || IVDICI CCCC. SELECTO || CASINATES PVBL. OB || MERITA EIVS || D. D. — Casini. Grut. 431, 7.

1) Sabazia, Sabadia, Sebadia Sacra: v. Salmas. ad *Hist. Aug.* T. 1. p. 270. Hack. Sainte-Croix *Mystères* 2. p. 93.

2358. PONTIVS DA||DVCVS. SPI||RARCHES [1]) LI||BERI PATRIS STIBADIVM . . || TVIT LOCO . . . . — Romae. Fabrett. p. 676, 29.

1) *σπειράρχης* a *σπεῖρα.*

2359. FLA. PROCLA CAL. PRO SALV. AVGG. NN
ET SPIRA. M. AVR. SABINVS D. D. D. SVPPL.
C. IVL. CALOCAERO. IEROF.
— Romae in basi simulacri Hecates. Fabrett. p. 535, 385. Sed correctius ap. Marini *Atti* 2. p. 556., qui explicat: Flavia Procla Calocaeri (uxor) et Spira, i. e. initiati Bacchi; item M. Aur. Sabinus dono dederunt, supplicante C. Iul. Calocaero Hierophanta.

2360. PRO SALVTEM ET VICTORIAS || DD NN || IMPP. SEVERI ET ANTONINI AVGG || ET IVLIAE AVG. MATRI AVGG. TOTIVSQ || DOMVS DIVINAE EORVM || EX CONCESSV. IN PRAEDIIS SVIS. SACRARIVM. DEI LIBERI CVM AEDICVLA ET COLVM||NIS SVIS. INPENDIS. MARMORA NVNC || ET AREAM ET ORTVLVM SVPER NYM||PHIS. QVI LOCVS APPELLATVR MEMPHI [1]) || DONVM DEDERVNT SPIRAE. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 556. Maffei *Mus. Ver.* 254, 1.

1) locus sacer a Memphi Aegyptia, quam diligenter inspexerat Severus per Aegy-

ptum iter faciens (Spartian. in *Severo* C. 17.) ita ab eo nominatus. v. Marini *Atti* p. 628.

2361. FABIAE ACONIAE PAVLLINAE C. F ‖ FILIAE ACONIS.1) CATVLINI V. C ‖ EX. PRAEF. ET CONSVLIS ORDIN2) ‖ VXORI VETTI. PRAETEXTATI V. C. PRAEF. ET CONSVLIS DESIGNATI ‖ SACRATAE APVD ELEVSINAM ‖ DEO BACCHO.3) CERERI ET CORAE ‖ SACRATAE APVD LAERNAM DEO ‖ LIBERO ET CERERI ET CORAE ‖ SACRATAE APVD AEGYNAM ‖ DEABVS. TAVROBOLITAE. ISIACAE ‖ HIEROPHANTRIAE DEAE HECATAE ‖ [GRAECO. SACRATAE4) DEAE ‖ CERERIS.] — Beneventi vel Anconae. Grut. 309, 3. cfr. simillimam, imo eandem Romae exstantem ibid. 2.

1) ACONII. 2. 2) p. Chr. 349. 3) IACCHO 2. 4) SACRANEAE 2. Consule omnino de Vita *Ant. Benev.* T. 1. p. 95., qui postrema GRAECO - - CERERIS recte pro spuriis habet.

2362. D. M ‖ MESSORI1) ‖ MYSTAE ‖ BATHYLIANENSES. — Hortae. Mur. 107, 1.

1) Hagenb. Mss. pro sepulcrali habet. (v. Mur. dubitantem ea de re post Fontaninium.) *Messori* vel dandi, vel Messori gignendi casu. *Mystas Bathyl.* denique explicat: cultores divorum lapidum, Baetyliorum.

2363. EX IMPERIO ‖ GENI ALOTIANI ‖ EVARISTVS SER‖VI‖TOR DEORVM.1) EX VI‖SO LIB. AN.2) — Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 104, 100.

1) Alias inter Christianos lapp. inveniuntur *Servitor B. Marcellini martyris; servitores ecclesiarum.* cet. 2) libenti animo.

§. 19. SODALES TITII. — AVGVSTALES. — CLAVDIALES. FLAVIALES. TITIALES. HADRIANALES CET.

2364. IMP. CAESARI ‖ VESPASIANO AVG. PONT. MAX ‖ TR. POT. VIII. IMP. XXVII. P. P. COS. VIII. DES. VIIII.1) CENSORI ‖ CONSERVATORI CEREMONIARVM PVBLICARVM ET RESTITVTORI ‖ AEDIVM SACRARVM ‖ SODALES TITII.2) — Romae. Grut. 243, 7. cum Addend. 270, 2. Don. p. 127, 56. Mur. 185, 5. Cfr. in Mon. Histor. N. 678.

1) p. Chr. 78. Ceterum IMP. XXVII. mendosum est. 2) Alium Sodalem Titium habes ap. Marini *Atti* 1. p. 157. Iidem etiam Titienses:

2365. P. CORNELIO DOLABELLAE ‖ COS.1) VII. VIRO EPVLONI. SODALI ‖ TITIENSI LEG. PRO. PR. DIVI ‖ AVGVSTI ET TI. CAESARIS ‖ AVGVSTI CIVITATES SVPERIORIS ‖ PROVINCIAE HILLYRICI. — Epidauri in Dalmatia. Don. p. 205, 174. Mur. 299, 5.

1) p. Chr. 10.

2366. NERONI. CAESARI ‖ GERMANICI. CAESARIS. F ‖ TI. CAESARIS. AVGVSTI. N ‖ DIVI. AVGVSTI. PRO. N ‖ FLÁMINI. AVGVSTÁLI ‖ SODÁLI AVGVSTÁLI ‖ SODÁLI. TITIO. FRÁTRI. ARVÁLI ‖ FETIÁLI. QVAESTORI ‖ EX S. C.. — Romae. Marini *Atti* 1. p. CLXXII.

Sodalium Augustalium in Vrbe institutorum rara fit mentio in lapp. v. c. Marini *Atti* 1. p. 18. T. 2. p. 707. 780. 784.

2367. G. IVLIO. ASPRO ‖ COS ‖ PRAETORI CVRATORI ‖ VIAE APPIAE SODAL. AVGVSTALI ‖ TRIB. PLEB. QVAESTORI ‖ PROVINC. AFRICAE. CVRAT. AEDIVM SACRARVM ‖ PROVINCIA BRITANNIA ‖ PATRONO. — In radicib. Montis Tusculani. Marini *Atti* 2. p. 785. hic correcta ex similibus eidem Aspro Cos. anni p. Chr. 212. dicatis.

Distinguendos autem esse Flamines Augustales a Sodalibus Aug. et a Seviris Aug. docuit Noris *Cenot. Pis.* 1. C. 4. 6. idque demonstrant lapp. ap. Grut. 237. 1. 3. Cfr. Marini *Atti* 2. p. 706.:

2368. NERONI CAESARI GERMANICI F ‖ TI. AVGVSTI N. DIVI AVG. PRON. FLAMINI AVGVSTALI ‖ SODALI AVGVSTALI. — Romae. Cfr. similem supra; N. 2365., quocirca Flamines Augustorum ab his segregatos inter reliquos flamines retuli. Ceterum quaecunque de Sodalibus Augg. et Seviris ex inscriptt. colligi possunt, eleganter complexus est Morcellius *St.* 1. p. 18., ad quem lectores amando. — Seviros Augustales Municipiorum, vide in Capite de Re municipali.

2369. IMP. CAES. DIVI TRAIANI ‖ AVG. COS. VI. F. DIVI NERVAE. COS. III. TRIB. P. II. NEPOTI TRAIANO ‖ HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. XII. P. P. COS ‖ III.[1]) MARCVS MESSIVS RVSTICVS ‖ AEMILIVS PAPVS ARIVS PRO‖CVLVS IVLIVS CELSVS[2]) SODAL ‖ AVGVSTAL. IIII VIR. VIARVM ‖ CVRANDARVM. TR. MIL. LEG. III ‖ AVG. PR. PR.[3]) PROVINC. AFRI‖CAE. TRIB. PLEB. PR. PEREGRIN ‖ CVRATOR VIAE AVRELIAE ‖ LEG. LEG. AVG. XX. V. V.[4]) OPTIMO ‖ PRINCIPI. — In Vico Coronili agri Vtrariensis in Hisp. Don. 116, 13. Mur. 236, 4. Cfr. Maffei *Osserv. lett.* T. 4. p. 344.

1) p. Chr. 129. 2) Eiusdem viri πολυωνύμου saxa sunt Grut. 256, 2. Mur. 2005, 1. 3) Propraetor. 4) Valentis Victricis. Ceterum insueta est ratio numerandi Consulatus et annos Tribunitiae Potest. praecedentium Augustorum. Mur.

2370. Ad imitationem tum Sodalium Augg. tum Seviror. Augg., posteriorum Imperatorum et Sodales et Seviri passim sunt instituti, quorum praecipuos hic habes Claudiales, Flaviales et Hadrianales. Ex lapide in Vico Avio reperto, quem dabimus mox N. 2374., colligi fortasse potest, Seviratum certe Claudialem temporarium quibusdam in oppidis fuisse, non perpetuum. Memoratur enim VI Vir iterum Claudialis.

2371. C. VERONIVS[1]) ‖ CARPVS VI. VIR. CL. MAI[2]) ‖ VERONIAE ‖ TROFIME SACER ‖ MATRIS DEVM ‖ MATRI ‖ SANCTISSIMAE ‖ ET VERONIO PRIMO. — Veronae. Mur. 165, 4. Maffei *Mus. Ver.* p. 83, 1.

1) id est Reip. Veronensis libertus. 2) Incertum compendium. *Sevir Claudialis maior?* an coniungendum cum feminae istius nomine?

2372. D. M. S ‖ M. SERVENI ‖ ALEXANDRI ‖ AVG. CLAVD.[1]) ‖ BENEVENTI ‖ VIX. AN. XCVII ‖ M. II. D. XII. IVNIA ‖ CA-

PREOLA CONIIVGI BENEMER. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* 10, 18. Donati 1. p. 92, 4.

1) Augustalis, Claudialis.

2373. D. M. S ‖ A. VIBBIO IANVARIO ‖ CLAVDIALI AVGVSTALI ‖ CVR. MVNER. DIEI VVS [1]) ‖ AVLI VIBBII IVSTINVS ‖ IVSTIANVS IANVARIVS FILI. PATRI. BENEM. P. — Beneventi. Reines. Cl. V. 18. de Vita *Inscriptt.* p. 10, 14. Mur. 191, 4. Donati 84, 1., omnes corrupte; v. Saxii *Miss.* 3. p. 79., cuius typum dedi; idem pro IVSTIANVS probabiliter *Iustinianus.*

1) Curatori muneris gladiatorii diei unius.

2374. L. AVFILENVS ‖ ASCANIVS ‖ VI. VIR II ‖ CLA. ET AVG [1]) ‖ SIBI ET ‖ CATIAE T. F ‖ RHODE ‖ VXORI. — In Vico Avio dioecesis Tridentinae. Mur. 192, 3. 2049, 5. Maffei *Mus. Ver.* 114, 3. Sambuca *Memorie* p. 393.

1) Sevir iterum Claudialis et Augustalis. Cfr. Fabrett. p. 402, 300. Maffei *Mus. Ver.* 114, 2. Maffeius: AVFILLENVS et RHODAE.

2375. C. BELLICVS [1]) NATALIS TEBANIANVS COS ‖ XV. VIR. FLAVIALIVM. [2]) — Pisis, in sarcophago. Gor. *Etr.* 2. p. 18. Mur. 307, 3.

1) Bellicius, *Almelov.* u. c. 821. p. Chr. 68. 2) uti erant Seviri Augustales, ita XV. viri Flaviales. Attamen Sevirum quoque Flavialem Laude Pompeia habet Grut. 96, 10. Ceteros *Flaviales* in Inscriptt. memoratos satis diligenter enumeravit Gorius l. l. Temporarii isti fuerunt honores, Augustalium ordo postea quum cuncta eiusmodi instituta amplexaretur ac veluti absorberet.

2376. °M. POPILIO. M. F. QVIR ‖ FAVSTO LVCILIO ‖ SODALI TITIALI ET SODALI AELIAN ‖ HADRIANALI [1]) ET FAVSTINIAN ‖ VIXIT ANN. LXXXVI ‖ MENS VII. D. VI. H. VIII ‖ C. POPILIVS M. F. QVIRINA ‖ CAEPONIANVS ‖ FIL. INDVLGENTISS. POS ‖ KAL. SEPTEMB ‖ M. AVRELIO SEVERO II ‖ TI CLAVDIO POMPEIANO COS. [2]) — Tibure. Don. p. 140, 19. Mur. 337, 4. Est suspecta.

1) Sod. Hadrianalem habes etiam p. Chr. 193. Mur. 345, 3. 2) p. Chr. 173.

2377. L. RVGONIO L. F ‖ PAP. VRINATIO ‖ LARCIO. QVINTIIANO. COS. SODAL ‖ HADRIANAL. LEG ‖ LEG. XIIII. GEM ‖ DONIS ‖ MILITARIB. DONAT ‖ AB IMP ...... ‖ ANTONINO AVG. PROCOS. PROVINC. SARD ‖ IVRID. PER APVLIAM ‖ PRAEF. FRVM. DAND ‖ PRAETOR. AEDIL. Q ‖ PROVINC. AFRIC ‖ SEVIR ‖ CHRYSOPAES. EVTYCHES .... ‖ SERVI ‖ DOMINO. OPTIM. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 113, 1.

2378. DIANAE CONSERVATRICI ‖ PRO SALVTE ... ANIN ‖ COS. FLAMIN. AVG. PROCOS ‖ PONTIF. SODALIS AVRELIANI ANTONINIANI. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* p. LXXXI. 8. Nota flaminem, eundemque pontificem, tum Sodales Aurelianos Anton. ut Claudiales, cet.

2379. C. CAERELLIO FVFIDIO ‖ ANNIO RAVO. C. F. OVF ‖ POLLITTIANO SODALI MARCIANO. AVRELIANO ‖ COMMODIANO. HELVIANO ‖ SEVERIANO. [1]) III VIR. MONET ‖ A. A. A.

F. F. TRIB. LATICLAVIO ‖ LEG. III. CYR. VI VIR. EQVIT. ROM ‖ TVRMAE PRIMAE. QVAESTOR ‖ CANDIDATO ‖ IMP. CAESARIS. M. AVRELI ‖ ANTONINI. PII. FELICIS. AVG ‖ TRIB. PL. CANDIDATVS. 2) PR. HASTAR. 3) C. V ‖ FVFIDII. AMYCVS ET ‖ CHRESTINA. 4) NVTRITORES. — Romae. Grut. 379, 7.

1) v. Capitolin. in *Pertin.* 15. ibique Casaub. 2) v. Vales. ad *Ammian. Marc.* 20, 9. 3) Praefectus Hastarum. Scalig. An fuit PRimus HASTATus? 4) i. e. Fufidius Amycus et Fufidia Chrestina.

§. 20. APOLLINARES. — MERCVRIALES. — CONCORDIALES.

2380. Mutinae inprimis frequentes esse Apollinares (magistros et sodales), ut Patavii Concordiales, monuit Murat. 189, 4.: C. ALBIVS C. L. PHILODAMVS ‖ APOLLINARIS SIBI ET C. ALBIO C. L. CASVLONI ‖ C. ALBIO C. L. INGENVO ‖ C. ALBIO C. L. CLARO ‖ LIBERTIS FIERI IVSSIT. — Mutinae.

2381. D. M ‖ L. AVIDIVS 1) ‖ L. L. PHILOGENES ‖ MERC. ET AVG. VIX. AN. LXV ‖ FILI. PIIS. PATRI. 2) — Meiani. Mur. 190, 6. Grut. 317, 4. Don. Cl. V. 208. Saxii *Miss.* 3. p. 77.

1) AVRELIVS. Grut. 2) FECIT. Grut. prob. Saxio. Est tamen soloecum.

2382. CN. RVSTIVS CN. L ‖ FESTIVOS MERCVRIA 1) ‖ ET MERCATOR SIBI ET RVSTIAE CN. L. MA. 2) CONLIB ‖ FECIT. H. M. H. N. S. — Beneventi. Grut. 645, 7. correctius ap. de Vita *Inscr.* 27, 6. Donati 1. p. 84, 5.

1) Mercurialis. 2) matri.

2383. Rudiis quidem MERCVRIALES tanquam ordo memorantur distinctus a Decurionibus, Augustalibus et Populo in inscript. ap. Morcellium *Opp. Epigr.* T. V. p. X., quam dedimus in geograph. Ital. N. 134.

2384. L. DVCEN ‖ ATIMET ‖ PATAVI ‖ AVG. CONC 1) ‖ PYRALLIDI ‖ LIB. IN F. P. XI. R. 2) P. XL. — Pernumiae, in agro Patav. — Donati 1. p. 92, 5. Polcastro p. 26, 22.

1) Augustalis, Concordialis. 2) Retro.

§. 21. COLLEGIA ET SODALICIA SACRA. CVLTORES DEORVM.

Confer etiam Caput de Collegiis, Corporibus et Sodaliciis artificum.

2385. EX S. C. 1) DENDROPHORI 2) CVRATI QVI SVNT ‖ SVB CVRA XV. VIR. S. F. 3) CCVV 4) ‖ PATRON L. AMPIVS STEPHANVS SAC ‖ M. DEI. 5) QQ. DEND. 6) DEDICATIONI HVIVS ‖ PANEM VINVM ET SPORTVLAS DEDIT. (*Sequuntur nomina* LXXXVI.) — DEDICATA VII. ID. OCT. III. ET SEMEL COS. 7) — Puteolis. Spon *Misc.* p. 56, 1. Reines. 369, 23.

1) ex *Senatus* (Puteolani) *Consulto* vel *ex Sententia Collegii*, quod praestare puto. 2) hi *dendrophori* ad religiones pertinent; alios profanos agnoscas necesse est, ubi v. c. iunguntur fabris. 3) Sponius male ST. 4) *Clarissimorum Virorum.* 5) fuitne

DEVm? 6) *Quinquennalis Dendrophororum.* 7) vide de hac formula, a Reinesio M. ACIL. C. OMOL. COS. et Hagenbuchio TERTVLLO ET CLEMENTE coniicientibus minime intellecta, Marini *Iscriz. Alb.* p. 49. Significatur annus 202. p. Chr., quo Severus tertium, Caracalla primum Consules processerunt. Cfr. Murat. 158, 1. Notanda in primis cura, quam XV. Viri S. F. in haec quoque collegia exercebant. v. *Res Sacrae* §. *XV Viri S.* F.

2386. SANCTO SILVANO SACR ‖ EVTYCHES COLLEGI ‖ MAGNI LAR. ET IMAG.

DOMIN.
INVICTI (*haec coronâ cincta.*)
ANTONINI PII
FELICIS AVG.
P. P.

SER. ACTOR. DD ‖ HORTIS ABONIANIS ‖ ARAM MARMOREA ‖ CVM SVO SIBI SIGILLO SILVANI. — Romae. Fabrett. 120, 11. Hagenb. iungit: Eutyches servus actor collegii magni larum et imaginum — Antonini . .

2387. D. M. T. FLAVI ‖ AVG. LIB. MYRTILI ‖ IANVARIANI ‖ SCRIBAE ‖ COLLEGI. MAGNI. — Romae. Fabrett. p. 447. XI., qui Collegium isthoc magnum unum idemque fuisse putat cum Collegio Larum et Imaginum.

2388. D. M ‖ EPITYME‖TO AVG. L ‖ EX COLLEG ‖ SANCTVAR ‖ POSVER. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 92, 4. Collegium *Sanctuarii* hinc unice notum: de tabulario s. ἀρχείῳ principis cogitat Maff.

2389. D. M. S. FLAVIO ‖ AVG. LIB. TROPHIMO CONSTITV‖TORI. COLLEGI NVMINIS DOMINORVM ‖ QVOD EST SVP. TEMPLO DIVI CLAVDI. QVI VIXIT ANNIS LXXXVII. V. V. V.[1]) ‖ ALIQVANDO SECVRVS SVM. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 96, 5.

1) V. V. V. i. e. vale, vale, vale. Serv. *ad Aen.* 2, 644. Domini sunt Vespasianus et Titus. v. Marini *Atti* 1, p. 113.

2390. N. PETTIO N. F ‖ GAL. RVFO ‖ II. VIR. Q. ALIMENT ‖ CVR. PEC. PVBLICAE ‖ CVRATORI FRVMENT ‖ CVLTORES IOVIS ‖ OB MERITA EIVS ‖ L. D. D. D. — Avellae. Donati 1. p. 94, 4.

2391. P. ACILIO P. F. MEN ‖ PAVLLO IIIIII VIR. AVG. Q COL ‖ AED. II VIR ‖ FLAMINI DIVI AVG ‖ CVR ANNONAE ‖ CVR. MVNERIS PVBLICI ‖ CVR. KAL.[1]) CVLTORES IOVIS ‖ ARKANI ‖ REGIO MACELLI ‖ PATRONO DIGNISSIMO ‖ L. D. D. D. *In altero latere:* DEDICATA V. IDVS ‖ MAIAS ‖ ARRIANO ET PAPO ‖ COS[2]) ‖ CVRANTE TI . . . ‖ VITALE IIIIII ‖ VIR. AVG. — Praeneste. Gor. in Don. p. XLI. Mur. 181, 7. Saxii *Miss.* 3. p. 67.

1) Kalendarii. 2) p. Chr. 243.

2392. M. AVRELIVS SVCCESSVS AVG ‖ LIB. A CVRA AMICORVM. QQ. ET ‖ POMPONIA VICTORINA MAT ‖ COLL. LIBERI

PATRIS[1]) DD. — Romae. Ficoroni in Reimari *comment. de vita I. A. Fabricii.* p. 255.

1) Religiosum hic legitur collegium Liberi P., cui donum dederunt Successus, quinquennalis eiusdem Collegii, et mater eius (non Collegii, quamvis memorantur Matres Collegiorum, cfr. Murat. 518, 2. 523, 3. sed Successi) Victorina. Alibi nondum legi. Fortasse Collegium Liberi significatur etiam Grut. 67, 5. Hagenb.

2393. HIC AGER IVG. VII CVM CISTERNA ‖ ET TABERNIS EIVS EORVM POSSESSORVM ‖ IVRIS EST. QVI IN CVLTV CORPORIS HELIOPOLITA‖NORVM SVNT. ERVNTVE. ATQVE ITA IS AC‖CESSVS IVSQ. ESTO PER IANVAS ITINERAQVE ‖ EIVS AGRI. QVI NIHIL ADVERSVS LECEM (*sic*) ‖ ET CONVENTIONEM EIVS CORPORIS FACERE ‖ PERSEVERAVERINT. — Casertae. Marini *Atti* 2. p. 542. Pertinet hic titulus ad cultum Iovis Heliopolitani.

2394. MERCVRIO AVG. IVLIVS LVCIFER SAC. ET ‖ CVLTOR EIVS TITVLVM CVM SCR. T D.[1])

VIATOR GAETVL	I	MAXIMVS VIATORI	S
AVITVS MAGN	I	MAXIMVS TERT	I
SPECTATVS SEXT	I	IVLIVS SECVND	I
SECVNDINVS SECVND	I	ALILIVS FIRMV	S
FINITVS MAGN	I	CASSIVS SENILI	S
CRESCENS NERTOMAR	I	SECVNDIN MAXIM	I
MAXIMVS QVINT	I	PRESENS RESPECT	I
CALVINIVS MARTIALI	S	SATVRNIN VIATORI	S
AEMILIVS SPECTATV	S		
CALVINIVS MARTIALI	S		
AVITVS SECVND	I		

— Celeiae. E Duellii *Lucubr. Epist.* p. 8, 9. Mur. 182, 1.

1) Haec quum apud Mur. l. l. ita corrupte legantur CVM. SER. T. D. Saxius *Miss.* 3. p. 68. interpretatus est *cum servis. testamento dedit.* Duellianum vero typum *Hagenb.* Mss. longe melius ita: CVM SCR*iptis* I*nfra* D*ecurialibus*, ut T. litera sit nexa. D. simplicius etiam licet explicare *Dedicavit.* Sed id velim attendas, talibus Cultorum collegiis servos ac libertos pari iure fuisse adscriptos, ut fere in Christianorum sacris. Servi enim sunt, quibus domini nomen casu patrio additur; liberi Aemilius Spectatus, Alilius Firmus.

2395. DEO MERCVRIO ‖ IVLIVS CERTVS ‖ CENSOR SIGILLOR‖VM COLLEGII LIGN‖IFERORVM[1]) CVLTORVM ‖ EIVS. DE SVO DEDIT. — Colocsae in Pannonia. Mur. 2016, 2. Cfr. 27, 4.

1) *Ligniferi* iidem, qui alias Dendrophori.

2396. L. POMPEIO FELICISSIMO. IMMVN. DENDR.[1]) SVESSVL ‖ ET SACERD. M. D. XV VIR[2]) IN ‖ VICO NOVANENSI. PATRI L ‖ POMPEI FELICISSIMI. DECVR. ET ‖ II VIR. ET Q. ALIMENT. OMNIBVS HONORIB.[3]) AC MVNERIB. PERFV‖NCTO. CVLTOR. IOVIS ‖ HORTENSENS.[4]) PATRON. B. M. OB SING. ERGA SE LIBE‖RALITATEM ET PRAES‖TANTIAM L. D. D. — Mataloniae. Marini *Atti* 2. p. 590. et Pratilli in Calogerà *Racc.* V. 28. p. 144. Habuimus iam N. 2333. Delere h. l. non potui.

1) Pratill, *municipl. decur.*, quod praestare videtur. 2) Pratill. Xvir. 3) Marini: *Rebus.* 4) Pratilli: *Iovis Hortensis.*

2397. IN. H. D. D ‖ DEO MARTI ‖ ET VICTORIAE ‖ CONTVBERNI‖VM MARTICV‖LTORVM [1]) POSVE‖RVNT. V. S ‖ L. L. M. — Augustae Vind. Grut. 55, 10. Raiser *Augsburg*. p. 24.

1) De Martialibus Larinatibus locus classicus est Cic. *pro Cluentio* C. 15. Ii tamen ministri publici; hi liberi videntur.

2398. D. M ‖ IVLIO SEVERI‖NO PATRON‖O CVLTORV‖M DIANESIVM ‖ BENEMERENTI FECERVNT ANTESTIVS ‖ VICTORINVS ET AGATHEMER ‖ ET ASCLEPIODO‖TVS. — Romae. Guasco T. 3. p. 223, 1323. Donati 2, p. 419, 13.

2399. LOCVS ‖ SEPVLTVRAE ‖ CVLTORVM ‖ HERCVLIS [1]) ‖ DEFENSORIS ‖ POLLENTIS ‖ INVICTI ‖ IN. FR. P. XXXV ‖ IN AG. P. XXX. — Interamnae. Grut. 315, 7.

1) Cfr. ib. 8. et Romanelli *Topografia* T. 3. p. 387.

2400. LOC ‖ CVLTORVM HERC. REATIN [1]) ‖ IN FVNDO QVADRIGANO ‖ IN F. P. XXX ‖ IN AGR. P. XXV ‖ HVIC LOCO ‖ Q. OCTAVIVS COMMVN ‖ T. FVNDILIVS QVARTIO ‖ IN F. P. XIIII. IN AGR. P. XXI ‖ DONAVERVNT. — Reate. Grut. 315, 6. corrupte ib. 882, 12. et Mur. 181, 6. v. Saxii *Miss*. 3. p. 67. Praeterea Mur. pag. l. 2. habet: Cultores Saturni. 9. Collegium Cultorum Bonae Deae Caelestis. 8. Cultorem (Iovis) 182. 2. Sacrorum cultorem. cet. Cultores Asclepii et Hygiae habuimus supra.

1) Sic Grut. Mur.: RESP.; unde fecerunt vel *Responsalis* vel *Respicientis*.

2401. — SODALITAS PVDICITIAE SERVANDAE — Romae. Spon *Misc*. 70, 1. αὐτόπτης. Gud. 207, 10. Fabrett. p. 462, 91.

2402. SODALICIVM ‖ VERNARVM ‖ COLENTES ISID ... — Valentiae in Hispania, CO. IV. IT. VALENTIA i. e. Colonia Iulia Italica; ut legitur in fragmento ibidem reperto. — Ponz *Viage* T. 4. p. 150.

2403. MATRÍ. DEVM ‖ ÉT. NAVI. SALVIAE [1]) ‖ Q. NVNNIVS ‖ TELEPHVS. MAG ‖ COL. CVLTÓ. EIVS [2]) ‖ D. S. DD. — Velitris. Mur. 98, 3. Guasco 1, 35. Cancellieri *le sette cose fatali* p. 27. Sed correctius apud Cardinali *Iscriz. Velit*. p. 5.

1) vide supra in §. *Mater Deûm*. 2) Magister Collegii Cultorum eius.

2404. SODALICIO. CVLTOR ‖ HERCVL. L. DOMITIVS ‖ SECVNDIO OB IION ‖ PATROC. S. H. D. [1]) — Velleiae. Lama p. 55.

1) patrocinii, signum hoc dedit.

2405. V. F ‖ CVLTORES HERCVLIS ‖ SOMNIALIS DECVRIA I. ‖ DIS MANIBVS ‖ SIBI ET POSTERISQVE SVIS ‖ II QVI INFRA SCRIPTI SVNT. (Sequuntur in marmore mutilo nomina XXI.) — Cascinae. Fabrett. p. 429, 4.

2406. IMP. NERVAE CAESARI AVG. III C S (*sic*) ‖ TI. CLAVDIVS ‖ FELIX T. F. P. LOLLIVS ‖ PARIS ALLECTORES [1]) ‖ CVLTORES SILVANI ‖ IDEM IMMVN. — Arimini. Archaeologia T. 5. p. 179.

1) Fueruntne *Allectores* ii, qui in collegium cultorum Silvani alios adlegebant atque initiabant?

2407. COLLEGIVM ‖ SILVANI RESTITVERVNT. M ‖ AVRELIVS AVG ‖ LIB HILARVS ‖ ET MAGNVS CRYPTARIVS 1) ‖ CVRATORES. — Prope St. Maur. Lutetiae Paris. Mur. 182, 4. v. Montfaucon *Mém. de l'Acad. des Inscript.* T. 13. p. 433. Saxii *Miss.* 3. p. 69.

1) i. e. Custos Cryptae; v. Bechi *del Calcidico* p. 103.

2408. D. M. S ‖ CVLTORES COLLEGI ‖ P. ROMES. 1) — Venafri. Mur. 181, 5.

1) Panthei Romae explicat Mur. nescio quam bene.

2409. D. M ‖ TVTILIAE LAVDICIAE ‖ CVLTRICES COLLEGI. FVLGINIAE. 1) — Fulginii. Mur. 181, 4.

1) Nota hanc Fulginii Deam tutelarem.

2410. HERCVLI ‖ CONSERBATORI (*sic*) A. SERGIVS ‖ MEGALENSIS ‖ CVRATOR II. 1) SOCIIS. CVLTOR ‖ LARVM ET IMAG ‖ AVGVST. DEDIT. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 8.

1) Curator *iterum*, vel *secundus*, ut vult Marinius, vel *secundi* scil. anni. v. eund.

2411. L. PINARIO ‖ OPTATO ‖ CVLTORI LARVM ‖ SEX ANTONI ‖ MANSVETI ET ‖ L. VALERI RVFINI. — Albae Helviorum (Aps.) Millin *Voyage* 2. p. 112. Cultor Larum hominis privati vix alibi reperitur, nisi hic, et in sequenti: (cfr. tamen Grut. 69, 12.)

2412. M. NONIO. M. F ‖ FAB. ARRIO ‖ PAVLINO APRO C. V ‖ XV VIR. SACR. FAC ‖ CVLTORES ‖ LARVM EIVS. — Brixiae. Bianchi *Marm. Crem.* p. LXVI.

2413. D. M ‖ L. TERENTIO FIDO ‖ ET NOVICIAE CONTVBERNALI EIVS COLLEGIVS COMPITALICIVS. 1) — Faesulis. Gor. *Etr.* 3. p. 18, 24. Mur. 980, 2.

1) *Collegius Compitalicius* quo minus pro Liberto Collegii compitalicii accipiatur, ut *Publicii* nominabantur liberti ex servis publicis, vetat Mur. 525, 2., ubi ipsum marmor exhibet: COLLEGIVS IVMENTARIORVM HVIC CIPPO LOCVM DEDIT. *Collegius* pro *Collegium* est etiam ap. Reines. VIII. 56. p. 535. Ad Collegia sacra compitalicium isthoc videtur pertinuisse.

2414. HERMEROTI ‖ ARCARIO V A XXXIIII ‖ COLLEGIVM ‖ QVOD EST IN DOMV ‖ SERGIAE PAVLLINAE ‖ FECERVNT ‖ AGATHEMER ET CHRESTE ARESCON ‖ FRATRI PIISSIMO B. M. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 256, 4.

2415. D. M ‖ M. IVL. SERANO ‖ IN ITINERE VR 1) ‖ DEFVNCTO ET ‖ SEPVLTO COELIA ‖ ROMVLA ‖ MATER FILIO ‖ PIISSIMO ‖ ET COLLEGIVM SALVTARE 2) ‖ D. D. — Ap. Conimbrigam Lusit. Bertoli A. d'A. p. 199, 228.

1) urbano. 2) Huiusmodi *Colleg. salutare* nusquam alias memoratur.

2416. M. HOLCONIVS RVFVS D. V. I. D. TER 1) ‖ C. EGNATIVS POSTVMVS D. V. I. D. TER ‖ EX D. D. IVS LVMINVM ‖ OPSTRVENDORVM HS. ∞ ∞ ∞ ‖ REDEMERVNT PARIETEMQVE ‖ PRIVATVM COL. VEN. COR 2) ‖ VSQVE AD TEGV-

LAS FACIVND. COERARVNT. — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej*. T. 1. p. 163.

1) Duumvir Iuri dic. tertium. 2) „*Collegii Venerei corporatorum*, vel *corporatis Venerei* aliquoties isti corporati memorantur in lapp. Pompeianis." Romanelli. COR. tamen videtur male exscriptum. Fuitne simpliciter: VENEREOR, sive VENERIOR? v. Garat. ad Cic. *pro Cluentio* C. 15., ubi Martiales Larinates ministri publici Martis conferuntur cum Veneriis Siciliensibus.

2417. Inter Leges et decreta Collegiorum Sacrorum primarium obtinet locum sequens:

LEX. COLLEGI. AESCVLAPI. ET HYGIAE.

SALVIA C. F. MARCELLINA OB MEMORIAM FL. APOLLONI. PROC. AVG. QVI FVIT A PINACOTHECIS. ET CAPITONIS AVG. L. ADIVTOR[1] || EIVS. MARITI SVI. OPTIMI. PIISSIMI. DONVM DEDIT COLLEGIO AESCVLAPI. ET HYGIAE LOCVM AEDICVLAE CVM PERGVLA. ET SIGNVM MARMOREVM AESCVLAPI. ET SOLARIVM TECTVM IVNCTVM. IN || QVO POPVLVS COLLEGI. S. S.[2] EPVLETVR. QVOD EST VIA APPIA AD MARTIS. INTRA MILLIARIVM. I. ET II. AB VRBE EVNTIBVS PARTE LAEVA. INTER ADFINES VIBIVM CALOCAERVM ET POPVLVM.[3]

ITEM || EADEM MARCELLINA COLLEGIO S. S. DEDIT DONAVITQVE HS. L. M. N.[4] HOMINIBVS N.[5] LX. SVB HAC CONDICIONE. VT NE PLVRES ADLEGANTVR. QVAM NVMERVS S. S. ET VT IN LOCVM || DEFVNCTORVM LOCA VENIANT. ET LIBERI ADLEGANTVR. VEL SI QVIS LOCVM SVVM LEGARE VOLET. FILIO VEL FRATRI. VEL LIBERTO DVMTAXAT. VT INFERAT ARKAE N.[6] PARTEM || DIMIDIAM FVNERATICI. ET NE EAM PECVNIAM S. S. VELINT IN ALIOS VSVS CONVERTERE. SED VT EX VSVRIS EIVS SVMMAE. DIEBVS INFRASCRIPTIS. LOCVM CONFREQVENTARE || EX REDITV EIVS SVMMAE. SI QVOD COMPARAVERINT. SPORTVLAS HOMINIB. N. LX. EX DECRETO VNIVERSORVM. QVOD GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM. IN AEDE DIVI TITI || CONVENTV PLENO. QVI DIES FVIT. V. ID. MART. BRVTTIO PRAESENTE. ET IVNIO RVFINO COS.[7] VTI XIII. K. OCT. DIE FELICISSIMO N.[8] ANTONINI PII. N.[9] PII. P. P. SPORTVLAS DIVIDERENT IN || TEMPLO DIVORVM. IN AEDE DIVI TITI. C. OFILIO. HERMETI Q. Q P. P.[10] VEL QVI TVNC ERIT. *.[11] III. AELIO ZENONI. PATRI COLLEGI. *. III. SALVIAE MARCELLINAE. MATRI. COLLEGI. *. III. IMM || SING.[12] *. II. CVR.[13] SING. *. II. POPVLO[14] SING. *. I.

ITEM. PL. PR.[15] NON. NOV. N. COLLEGI. DIVIDERENT EX REDITV. S. S. AD MARTIS. IN SCHOLAM N. PRAESENTIBVS. Q. Q.[16] *. VI. PATRI COLLEGI. *. VI || MATRI COLLEGI. *. VI. IMM. SING. *. IIII. CVR. SING. *. IIII. PANES IIII. VINVM. MENSVRAS Q. Q. -S-[17] VIIII. PATR. COLL. -S- VIIII. IMM. SING. -S- VI. CVR. SING. -S- VI. POPVLO SING. -S- III.

ITEM PR. NON. IAN. ‖ STRENVAS (*sic*) DIVIDERENT. SICVT S. S. EST X̅I̅I̅I̅I̅. K. OCT.

ITEM VIII. K. MART. DIE KARAE. COGNATIONIS. AD MARTIS. EODEM LOCO DIVIDERENT SPORTVLAS PANE. ET VINVM. SICVT S. S. EST ‖ PRID. NON. NOV.

ITEM PR. ID. MART. EODEM LOCO. CENAM. QVAM OFILIVS HERMES. Q̅. Q̅. OMNIBVS ANNIS DANDAM PRAESENTIBVS PROMISIT. VEL SPORTVLAS. SICVT SOLITVS EST DARE.

ITEM ‖ X̅I̅. K. APR. DIE VIOLARI. EODEM LOCO PRAESENTIBVS DIVIDERENTVR SPORTVLAE. VINV. ET PANE. SICVT DIEBVS S. S ‖ ITEM V̅. ID. MAI. DIE ROSAE. EODEM LOCO PRAESENTIB. DIVIDERENTVR ‖ SPORTVLAE VINV. ET PANE. SICVT DIEBVS S. S. EA CONDICIONE. QVA IN CONVENTV PLACVIT VNIVERSIS. VT DIEBVS S. S. II QVI AD EPVLANDVM NON CONVENISSENT. SPORTVLAE ET PANE. ET VINV ‖ EORVM VENIRENT. ET PRAESENTIBVS DIVIDERETVR. EXCEPTO EORVM. QVI TRANS MARE ERVNT. VEL QVI PERPETVA VALETVDINE DETINETVR.

ITEM P. AELIVS AVG. LIB. ZENON ‖ EIDEM COLLEGIO S. S. OB MEMORIAM M. VLPI. AVG. LIB. CAPITONIS. FRATRIS SVI PIISSIMI. DEDIT DONAVITQVE. HS. X̅. M. N̅. VT EX REDITV EIVS SVMMAE IN ‖ CONTRIBVTIONE SPORTVLARVM DIVIDERETVR. QVOD SI EA PECVNIA OMNIS. QVAE S. S. EST. QVAM DEDIT DONAVIT. COLLEGIO S. S ‖ SALVIA C. F. MARCELLINA ET P. AELIVS AVG. LIB. ZENO. IN ALIOS VSVS CONVERTERE VOLVERINT. QVAM IN EOS VSVS. QVI S. S. S.[13] QVOS ORDO COLLEGI. N̅. DECREVIT. ET VTI ‖ HAEC OMNIA. QVAE S. S. S. SVIS DIEBVS. VT ITA FIANT DIVIDANTQVE. QVOD SI ADVERSVS EA QVID EGERINT. SIVE QVID ITA NON FECERINT. TVNC Q̅. Q̅. VEL CVRATORES ‖ EIVSDEM COLLEGI. QVI TVNC ERVNT. SI ADVERSVS EA QVID FECERINT. Q̅. Q̅. ET CVRATORES S. S. VTI POENAE NOMINE ARKAE N̅. INFERANT HS. XX. M. N̅ ‖ HOC DECRETVM ORDINI N̅. PLACVIT IN CONVENTV PLENO. QVOD GESTVM EST IN TEMPLO DIVORVM. IN AEDE DIVI TITI. V̅. ID. MART. C. BRVTTIO ‖ PRAESENTE. A. IVNIO RVFINO COS. Q̅. Q̅. C. OFILIO HERMETE. CVRATORIB. P. AEL. AVG. LIB. ONESIMO ET C. SALVIO SELEVCO. — Romae in aedibus Barberinis. Spon *Misc.* p. 52. Fabrett. p. 724, 443. Morcelli *St.* 1. p. 321., cum adnotationibus.

1) *Adiutoris.* 2) *supra scripti.* 3) i. e. agrum publicum. 4) *nummum.* 5) *numero.* 6) *nostrae.* 7) p. Chr. 153. 8) natali. 9) *nostri* (domini). 10) *Quinquennali perpetuo.* 11) *denarios.* 12) *Immunibus singulis.* 13) *Curatoribus.* 14) Idem, quod alias plebs, vel sequela, vel corporati Collegii. 15) *placuit pridie.* 16) *Quinquennali.* 17) *sextariorum.* 18) *supra scripti sunt.* „Inscriptio haec in marmore versus habet non amplius vigintiquattuor." Morc.

§. 22. MAGISTRI ET MAGISTRAE SACRORVM.

2418. L. FVLVIO L. F. QVINTILIANO.[1]) VIX. ANN. XXI. M. II ‖ L. FVLVIVS CLEMENS ‖ SCRIB. AEDIL. ET AVG[2]) ‖ CVBVLTERIAE. MAG. FANI IVNONIS[3]) ET ‖ FADIA C. F. VITALIS ‖ FILIO KARISSIMO. — Compulteriae s. Cubulteriae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 437.

1) Nota hanc scripturam. 2) Scriba, Aedilis et Augustalis. Romanelli. Mihi videtur scriba Aedilicius. 3) „A questo tempio di Giunone è successa l'odierna chiesa di S. Ferrante." Romanelli.

2419. * FVSCO ‖ MAG. AVGVST[1]) ‖ FLAMINI SALLENT ‖ PROV. P.[2]) — Tarenti. Mur. 166, 7. 1078, 1. 2022, 7.

1) *Magister Augustalis.* (Mur. 1117, 5.) et AVG. MAG. in saxo Vilariensi IVLII CAMILLI, ut SALIORVM MAGISTER Grut. 489, 10. MAGISTER PVBLICVS HARVSPICVM. Reines. V, 13. cet. Collegiorum sacrorum praesides, qui novos sacerdotes sacrorum ordinem et caerimonias videntur docuisse. Seneca *de otio Sap.* C. 29. *virginum Vestalium more, quae annis inter officia divisis, discunt facere sacra, et, quum didicerunt, docent.* 2) Saxum nostrum videtur detrudendum ad seriora Imp. Ro. tempora, quum Italia in XVII. provincias esset iam divisa, quarum nona Apuliae et Calabriae, ut constat ex *Not. Imp. Occid.* p. m. 10. Hagenb. Mss. Idem tamen ad Mur. 167, 7. Q. VERR. IIII. VIR. DIVI AVG. FLAMINI. IVR. DIC. PERPETVO (f. IIII Vir. Iur. dic. D. Aug. Flamini perpetuo. Hagenb.) EX CONSENSV PROV. — monet non omni suspicione carere Tarentina ista saxa a Polidoro Muratorio missa: frequentem in saxis Hispaniensibus esse formulam *ex consensu Provinciae.* Quocirca etiam de Fusci inscriptione ampliandum. Ceterum ut hic Flamen Sallentinus, si fidem meretur, ita Mur. 168, 5. Flaminica Mutinensis.

2420. L. STATTIO L. L. PHILEROTI MAGISTRO ‖ MERCVRIALI ET AVGVSTALEI ‖ NOLAE. ET DIERIAE Ɔ. L. RVFAE. VXORI ‖ ET L. STATTIO L. L. AMPLIATO. EX ‖ TESTAMENTO L. STATTI ‖ PHILEROTIS. — Nolae. Grut. 317, 5.

2421. C. FVLVIVS C. L. PHILOLOGVS ‖ MAG. MINERVALIS ‖ PVLFENNIA T. F. SABINA VXOR ‖ C. FVLVIVS C. F. POL. SABINVS ‖ FILIVS. — Zachariae *Excurs.* p. 50. correctius quam ap. Mur. 690, 6. ib. ib. 4. habes MAGISTRVM MERCVRIALEM. — PRAEFECTVM SACRIS MINERVAE, et MERCVRII. Cfr. Murat. 190, 5. 519, 3.

2422. HORIA INGENVA ‖ H (*coronae figura*) C[1]) ‖ C. PETIDIO PRIMIONI MAG. MART.[2]) — Sine loco certo, ex schedis Amadutii. Marini *Atti* 1. p. 252. b.

1) f. *hanc coronam* (dedicat). 2) Magistro Martiali. Notandus etiam MAGISTER ADARIARIVS A MINERVA MEDICA in lap. Romano, de quo videsis Osann *Auctar. lex. Gr.* p. 181.

2423. PHILEROS DISPEN ‖ MELANTA CELLAR ‖ MAG. L. F. D. D. — Navellis, oppido agri Aquilani. Mur. 970, 7. Eo igitur loco servi *Magistri Larum* erant: alias plerumque liberti:

2424. L. FLAVIO ‖ CHRYSOGONO ‖ SEVIRO. MAG ‖ LARVM AVG ‖ L. FLAVIVS SILVIVS ‖ LIB. SEVIR. MAG. LARVM. AVG ‖ ET Q. CORNELIVS SILVINVS ‖ SEVIR ET CORNELIA ‖ FESTIVA ‖ PATRONO INDVLGENTISSIMO. — Taracone. Grut. 410, 6.

2425. C. CAESARE AVG. F. L. PAVLO COS ‖ LARES AVGVSTOS ‖ Q. NVMISIVS Q. L. LECTO ‖ L. SAFINIVS L. L. HILARVS ‖ SODALIS C. MODI. CIMBRI SER ‖ AESCHINVS OCTAVI. M. SER ‖ MAGISTR.[1]) DE SVO F. C. — Romae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 1. p. 168.

1) nota servos, cultûs Larum Augustorum magistros, ut N. 2423. Ceterum titulus positus est u. c. 754. Christi 1.

2426. Inter omnes hos *Magistros* eminet MAGISTER FRATRVM ARVALIVM, cuius frequentissima mentio fit in eorundem actis. v. Marini, passim.

2427. ANINIA M. F. MAGNA ET ‖ SEIA IONIS. ET CORNELIA EPHYRE MAGISTRAE B. D ‖ PORTICVM RESTITVERVNT ET ‖ AEDICVLAM FONIONIS. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 107. sed correctius ap. Marini *Atti* 2. p. 544. B. D. id est, Bonae Deae.

2428. IVLIAE M.[1]) FELICITATI ‖ VXORI ‖ C. CVRIATI EVTYCHETIS ‖ III VIR.[2]) MAGISTRAE FORTVN‖NAE (*sic*) MEL.[3]) COL. CENTONARIOR ‖ OB MERITA EIVS. QVO HONORE ‖ CONTENTA SVMPTVM OMNEM ‖ REMISIT ET OB DEDIC. DED SIN‖GVLIS HS. XX. N. ET HOC AMPLIVS ‖ ARKAE EORVM INTVL. HS. V. M. N ‖ VT DIE NATALIS SVI V. ID. MAI ‖ EX VSVRIS EIVS. SVMMAE EPVLAN‖TES IMPERPETVVM DIVIDER ‖ QVOD SI DIVISIO DIE S. S ‖ CELEBRATA NON ‖ FVERIT. TVNC PERTINEB ‖ OMNIS SVMMA AD ‖ FAMILIAM PVBLICAM.[4]) — Ameriae. Grut. 1088, 4.

1) ex sequenti F. iterandum F. *Marci filiae*. 2) Nota Triumvirum Ameriae, ut in quibusdam aliis municipiis. 3) Melioris. 4) nota *familiam publicam* in municipiis.

2429. CALVIDIA T. F. SECVNDA ‖ QVINCTIA SEX. F. SECVNDA ‖ CASNASIA Q. L. RVFA ‖ CASNASIA O. L. SPERATA ‖ SPERATA MVNATIDIA ‖ SER.[1]) VENERI D. D ‖ MAGIS VENE[2]). — Carapellis. Mur. 174, 3.

1) Munatidiae Ser(*va*) leg. Haoenb. 2) Magistrae Veneris. In lapide Tridentino Mur. 174, 2. habes *magistras* IV. totidemque *ministras*.

2430. GRATTE[1]) C. F. DOMITILLAE . . ‖ ILIAE LENTINI[2]) SABINI ‖ V. FORT.[3]) LEGT. ASCALON[4]) ‖ CONIVGI SATRI SILON‖IS V. RELIG.[5]) PROMAGIST[6]) ‖ NEPTI VESPASIANI IMP. — Romae. Mur. 705, 4. ex Vignolio 318, 2.

1) l. Gratae. 2) f. filiae Valentini. 3) viri fortissimi. 4) legati Ascalonitarum. 5) viri religiosi. 6) incertum utrum Fratrum Arvalium, an XV. virorum Sac. Fac., an alius cuiusdam Collegii. De Promagistris vicesimae Heredit. vel Fisci (Mur. 767, 3.) hic sermo vix est. Cfr. Marini *Atti* 1. p. 54. et 63.

§. 23. MINISTRI SACRORVM. — CALATORES. SCRIBAE. AEDITVI. TIBICINES. VICTIMARII. PVBLICI SACERDOTVM. CET.

2431. KALATORES PONTIFICVM ET FLAMINVM ‖ P. CORNELIVS IALYSSVS ‖ D. VALERIVS ALEXAN-

DER ‖ TI. CLAVDIVS HERONAS ‖ T. TETTIENVS FELIX ‖ L CORNELIVS HELIVS ‖ C. ASINIVS HIERAX ‖ M. ANNIVS PHIDVS ‖ I. IAVOLENVS PHOEBVS ‖ APP. ANNIVS FALERNVS ‖ TI. CLAVDIVS D . . . VS. — Romae in foro. 1789. Oberlin in Millin *Mag. encycl.* 1795. 6. p. 356. Marini *Atti* p. 210. Cfr. Grut. 304, 9. 305, 3.

2432.
SOMNO ORESTILLA FILIA. FATIS CAECILIVS FEROX FILIVS. Q. CAECILIO FERÓCI ‖ KÁLÁTÓRI. SACERDOTII ‖ TITIÁLIVM. FLÁVIÁLIVM ‖ STVDIÓSÓ ÉLOQVENTIAE ‖ VIXIT ANNIS XV ‖ MENSE I. DIEBVS XXIIII ‖ FILIÓ OPTIMO AC ‖ REVERENTISSIMO., M. GAVIVS CHARINVS. — Romae. Grut. 304, 9. Mur. 188, 2. Morcelli *St.* 2. p. 107. Cfr. Marini *Atti* 1. p. 209. *Iscriz. Alb.* p. 72. Immerito suspecta erat Maffeio A. C. L. p. 317.

2433. VINICIO COCTAEO CALAT 1) ‖ VII. VIR. EPVL. LIBERTO ‖ OPTIMO PATRONVS. — Romae. Fabrett. p. 703, 241.

1) Calatori.

2434. L. IVNIVS. SILANI ‖ L. PARIS. DISPES ‖ CALATOR. AVGVR 1) ‖ VIXIT. ANNOS. XXXII ‖ IN. FR. P. XII. IN. AG. XII. — Romae. Memorie Romane 1, 2. p. 88.

1) Dispensator Calatorum Augurum, unde colligunt editores, omnia sacerdotia suos sibi habuisse calatores. Recte. Cfr. N. 2431—2433.

2435. * SEX. NVMIO SEX. F. AVSETANOR 1) DECVR ‖ A PRIMA IVVENTA IN SAC. MINER. ADSCRIP ‖ ET OMN. RER. SACR. SCRIBAE VIXIT AN. LXXIII ‖ M. VII. DIE. IX. SEX. ET P. FILII PATRI ‖ PIENTISS. — Victoriae. Mur. 185, 1. Suspecta.

1) Ausa opp. Hisp. Taraconensis.

2436. L. ANTONIVS. L. F. POM ‖ VASONIVS. PROSPER ‖ SCRIBA. COLLEG. ARVAL ‖ PROCVRATOR. LV‖DI. MATVT. III. VIR. MON ‖ FIDEI. CONCORD. P. — Romae. Marini *Atti* 1. p. CLXXIX.

2437. AGRIAE TRIPHOSAE VES‖TIFICAE. LIVIVS THEONA AB ‖ EPISTVLIS GRAEC. SCRIBA ‖ A LIB. PONTIFICALIBVS ‖ CONIVGI SANCTISSIMAE B. D. S. M. — Romae. Grut. 578, 6.

2438. C. IVLI TI. CLAVDIVS
PHILCAE 1) NATALIS
Á. LIBRIS
PONTIFICAL.

— Romae. Grut. 306, 6.

1) Philocalae. Ligor.

2439. D. M ‖ T. AELIO AVG. LIB. TITIANO PROX ‖ A. LIBR. SACERDOTAL. 1) DEF. CARNVNT 2) ‖ ANN. XXXXII. M. III. D. XIX. MARIT. VIRGIN 3) ‖ DVLCISS. ET INCOMPARABILI BENE ‖ QVE MERITO. QVEM FVNERAVIT FL. AMPELIS CONIVX. CARISSIMA ‖ ET RELIQVIAS EIVS PERMISSV IMP ‖ IPSA

PERTVLIT CONSECRAVITQVE ‖ CVM Q. V.[4]) A. XII. M. III. D. XXI. SINE VLLA ‖ QVERELLA. — Romae olim, nunc Lugduni Bat. Fabrett. p. 258, 86. sed correctius in D'Orville *Misc. Observ.* T. 3. 1741. p. 120. et Oudendorp. *Papenbroek.* p. 10.

1) iunge: proximo (ministro) a libris sacerdotalibus. v. D'Orvill. 2) defuncto Carnunti. 3) virginio, *κουριδίῳ*; ita virginia, univir, univira, univiria saepe legitur in lapidd. serioris aevi. v. Fabrett. p. 322. 4) quo vixit.

2440. DIS. MANIBVS ‖ MYRINI DOMITIANI ‖ PVBLICI A COMMEN‖TARIS XV. VIR. S. F ‖ ARRVNTIA DOLICHE ‖ FECIT CONIVGI CARIS‖SIMO ET LIBERTIS ‖ LIBER‖TABVSQ. SVIS POSTERISQ ‖ EORVM. — Romae. Grut. 307, 1.

2441. M. TVSCVLANIO ‖ AMIANTHO ‖ MAG. AEDITV. CASTORIS. POLLVC ‖ AVGVSTALIVM H. F ‖ M. TVSCVLANIVS ‖ M. F ‖ RECEPTVS. FRATRI. — Tusculi. Nibby *Viaggio* 2, p. 39., qui perperam iunxit Castoris et Pollucis Augustalium; quum sit: *Amianto Augustalium honore functo.*

2442. IVLIA PROCILLA VIX. AN. XIX ‖ AMARANTHVS CAESARIS AEDITVS ‖ AB CONCORDIA. CONIVGI BENE ‖ MERITAE POSVIT.

HVNC TIBI PERPETVO TITVLVM ‖ GRATISSIMA COIVNX. CORPORIS ‖ EXTINCTI DEDICAT IPSA FIDES. VIXISTI ‖ MECVM IVVENIS CAROSQ. PER ANNOS ‖ QVOS VITA EXEGI DVLCITER ‖ IPSE MEA ‖ OPTO SI QVA FIDES ‖ REMANET TELLVRIS ‖ AMICAE. SIT TIBI ‖ PERPETVO TERRA ‖ LEVIS TVMVLO. — Romae. Oudendorp. p. 17.

2443. M. FICTORIO. M. L ‖ SVNHISTORI. CVR ‖ AEDITVO. CASTORIS ‖ ET POLLVCIS ‖ XVI[1]) ‖ AEDIT. VI ‖ CASTORIS ET POLLVCIS ‖ POST MORTEM. H. C. — Romae. Gud. 107, 6. (Mur. 178, 1.) Est suspecta.

1) „non placent mihi XVI. aeditui Muratorii; malo cum XVI. subintelligere aut *anni* Don. IV, 44. p. 147. aut *lustri* Mur. 186, 1. Posset quoque accipi curationis anno XVI. In Grut. 1099, 8. est: IMMVNI HONORATO CVRATORI XVI. unde Scal. *Ind.* 5. dedit *curator.* XVI. Hagenb. Ceterum nota Curatorem Aedituorum.

2444. DORIDI ASINII GALLI[1]) ‖ AEDITVAE A DIANA ‖ ANTHIOCHVS CONSER ‖ B. M. F. — Sine loco. Fabrett. p. 40, 210.

1) A. Galli sc. serva. Est e schedis Barberinis.

2445. CERDO. ANTONIAES DRVSI ‖ AEDITVMVS VENERIS. — Sine loco. ib. p. 41, 218.

Aedituos Veneris, Plutonis, Capitolii, templi Divi Aug. et D. Augustae. cet. v. ap. Murat. 177. — Aedituum (militarem) Singularium dabimus in Militaribus.

2446. DIS MANIBVS ‖ . . . . . AVG.[1]) LIB. BATHYLLVS. AEDITVS TEMPLI DIVI AVG ‖ ET DIVAE AVGVSTAE. QVOD EST IN PALATIVM ‖ IMMVNIS ET HONORATVS. — Romae. Mur. 177, 1. Cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 63.

1) *C. Iulius* supplet Saxius.

2447. * DIIS MANIBVS || L. POLITICIENO P. FIL || PAPINIANO || AEDITVO SEPVL. SERG || FAMILIAE. AEDITVAVIT || ANN. XII. VIXIT ANN. XXVII || M. VI. L. POLITICE||NVS L. F. PHILIPPICVS || SACERDOS SERG. FAM || FRATRI PIISSIMO || FECIT ET SIBI. — Romae. E Ligorio Langermannus. Reines. p. 388, 53. Est manifesto commentitia, neque eam recepissem, nisi Savignyum V. Cl. (*Ueber die Sacra privata der Roemer*, *Zeitschrift* T. 2. p. 385.) a Ligorio deceptum animadvertissem.

2448. COLLEGIO TIBICINVM || ET FIDICINVM ROMANORVM QVI SPPS [1]) || TI. IVLIVS TYRANNVS || . MMVNIS PERPETVVS ET || . . VLIVS TYRANNVS F || H C DD [2]) || DEDICATVM K. MART || . . RSO SERVIANO [3]) II. L. FABIO IVST. COS. — Romae. Guascus T. 1. p. 139, 70.

1) qui sacris publicis praesto sunt. 2) Huic collegio dedicarunt. 3) C. Urso Serviano p. Chr. 111. — Exstat iam ap. Grut. 175, 10. TVBICINES SACRORVM apud Gud. 108, 1. (Mur. 184, 2.) et Reines. p. 363, 16. sine dubio debentur Ligorio. v. etiam in Cap. *de Re militari* §. Res navalis.

2449.	C. TITIVS	HIC SITA EST
	C. F. QVI	PROPITIAE. PVPA
	RVFVS	ET FAMVLA
	TITIA	BACCHI. CYMBALIS [1])
	ZOSARIV.	C. TITIVS
		PHILODESPOTVS
		VIX. AN. XIIX.

— Romae. Grut. 318, 12. Marini *Atti* 2. p. 415.

1) i. e. Cymbalistria, ut notat etiam Marinius contra Forcellinum v. *Cymbalis*.

2450. M. D. M. Q. PVBLICIVS || CHARITO SACERDOS. ET || C. PVBLICIVS || HERMES || AEDITVVS || ET SECVNDA CYMBALISTRIA. — Celeiae (Cilley). Pococke p. 116, 9.

2451. AELIE RECEPTAE || TYMPANISTRIAE || M. D M. I. [1]) — Romae. Mur. 174, 1.

1) Magnae Deûm Matris Idaeae.

2452. D. M || PRIMIGENIO LVSTRALI || AVGG. N. ALFIA VERECVNDINA || PATRI PIENTISSIMO. — Romae. Fabrett. p. 326, 458.

2453. . . . . MAXIMO. TRIB. POTEST. XIIII. COS. III. P. P || COLLEG. VICTIMARIOR. QVI IPSI ET SACERDOTIBVS ET || MAGIST. ET SENATVI APPARENT. QVOD CVM COMMODIS EORVM || IMPVGNARETVR LIBERALITATE EIVS RESTITVTA SINT. DEDIC. VI. KAL. MAIAS. — Romae. Fabrett. p. 450, XIII. Dedicata est Hadriano. p. Chr. 119.

2454. C. IVLIO FIRMINO || VICTIMARIO [1]) || MIL. LEG. XXX. V. V || AGRIP. [2]) STIP. XXVIII || ET || M. AVRELIO || ANTIOCHO MIL. LEG. XXX. V. V. H. F. C. — Coloniae Agripp. Grut. 545, 4.

1) Male pro cognomine habuit *Scal.*; potuit esse *Victimarius* minister sacrorum domi suae, vel etiam apud ipsam leg. XXX. 2) Agrippinensi, patria. Perperam Maffei

A. C. L. p. 347. cavillatur hoc saxum ob Legionem Agrippinensem, quae sane nulla fuit.

2455. * FVLVIVS INQVILINVS || VICTIMARIVS || SIBI ET || FVLVIAE FILIAE || MERITISSIMAE || INVERSO MORTALITATIS ORDINE || FEC || LIBERTABVSQ. S. — Romae. Reines. p. 376, 35. Commentitia e schedis Langerm. i. e. Ligorio. Sed *Victimarios* praeterea invenies ap. Fabr. 639, 332.; 677, 34. Mur. 864, 1. *Victimarium principalem* in classe Misenatium.

2456. M. AVRELIO CAESARI || COS. II || IMP. CAESARIS || T. AELI HADRIANI || ANTONINI. AVG. PII || PONTIFIC. MAXIMI || TRIBVNIC. POTEST. VIIII || IMP. II. COS. IIII. P. P. FILIO || DECVRIALES PVLLARI || ET H. V.[1]) —

a postica parte: LOCVS. ADSIGNATVS || LOLLIANO AVITO. ET STATILIO M. F || CVR. OPERVM PVBLICORVM || DEDICAT. PR. NONAS IVNIAS || SEX. ERVCIO CLARO II. CN. CLAVDIO. SEV . . . . .[2]) — Romae. Priora exhibent Don. Cl. IV, 43. Gud. 92, 1. Mur. 239, 6. Donati p. 166, 5. posteriora Donati l. l.

1) Ii, qui e Collegio Pullariorum in decurias descripti essent, et *Honore Vsi*, (non *Haruspices Vrbani*, ut volebat Mur.) id est, qui quamvis pullariorum munere ipsi non fungerentur, illorum tamen collegio essent adscripti. 2) SEVERO COS. p. Chr. 146. — Ceterum cfr. Grut. 627, 5. ubi: PVLLARIVS PRIOR. et in fine PRIMIPIL., pro quo Cannegieter *Nom. Rat.* p. 44. haud improbabiliter legit PRIMI PVL*larii*.

2457. CRITONIA. Q. L. PHILENIA || POPA DE INSVLA || Q. CRITONI. Ɔ L. DASSI || SCALPTORIS VCLARI || SIBI SVISQVE POSTER. EOR. (*cum duobus sceletis ad latera*). — In Via Aurelia. Fabrett. p. 17, 75. Murat. 948, 9., qui VCLARI explicat *Viri Clarissimi*. Est *Vascularii*.

2458. De Fictoribus *Pontificum et Virginum Vestalium* (quorum unum v. c. habes supra in *Rege Sacrorum*, et alium in *Virginibus Vestal.*) vide, quae congessit Marini *Atti* 2. p. 791.

2459. D. LAELIVS BALBI L || SATVR. VIATOR || VII. EPVLON. — Romae. Mur. 174, 6.

2460. * D. ALLEIVS CILONIS L || PAMPHILVS || ACCENSVS VELATVS SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM || D. ALLEIVS D. L. HYMENAEVS || ACCENSVS VELATVS || ALLEIA D. L. VICTORIA || ALLEIA D. F. EVGENESIS || ALLEIA D. F. VICTORIA || HOC SEPVLCRVM SIVE ARA CVM SVIS || MACERIS HEREDEM EXTRANEVM || NON SEQVETVR. — Sine loco. Reines. p. 813, 68. Fabrett. p. 433, 10. Est Ligoriana, ac procul dubio subdititia, ut haud paucae earum, in quibus *Accensi velati* memorantur; v. c. Mur. 1067, 4., quae est e schedis Pacediani suspectissimis. Sinceras contra dedimus supra N. 111. 2153. et 2182. Consulendi sunt in primis de hisce Accensis velatis temporum posteriorum Fabrett. p. 433. Gor. *Etr.* 2, p. 285., etsi hi quoque mihi non satisfaciunt; minus etiam Goettling in *Hermes* 1826, 2. p. 99., qui ap. Grut. 479, 1. 483, 3. perperam corrigit *Duumvir Accensorum Velatorum*, (id quod sensu omnino

caret;) quum utrobique sit *Duumvir Iuri dicundo*, idem *Accensus Velatus*; atque posteriores hos *Accensos velatos* mirum in modum confundit cum *Accensis velatis* veteris rei publicae, Ciceroni, Livio, Festo memoratis. Rem sic mihi animo informo: veteris rei publ. *Accensos velatos*, militiae sane genus, sua sibi habuisse sacra, quae conservata fuerint etiam post Accensorum velatorum militare institutum iamdudum abolitum. Sacra enim interire Romani non sinebant. Hinc ii, qui praeerant sacris istis, nomen illud vetustum retinebant, prorsus mutato significatu, ita ut sacerdotii minoris istud genus esset, sive potius religiosum collegium; quocirca sensim factum est, ut, quemadmodum e lapidd. nostris N. 111. 2153. et 2182. constat, pro honore haberetur etiam ab hominibus haud tenui loco ortis. Segregandi igitur hi Accensi velati a ministris sacrorum, ad quos eos deprimunt Philippus a Turre, et ex parte etiam Gorius, referendique potius ad sacerdotes, vel sacrificulos certi generis. Collegii Accensorum velatorum libertus quoque memoratur, nomine ab ipso illo collegio derivato, ut rerum publicarum liberti ab iisdem nuncupabantur: (REATINVS. SALLVSTIANVS REIP. REAT. LIB. S. F. Fabr. p. 435, 18.) scil.:

2461. T. VELATIVS ACCENSORVM ‖ VELATORVM L. GANYMEDES SIBI ET ‖ CLAVDIANO. — Romae. Fabr. p. 433, IV. Haec extra omne dubium posita est, utpote domestica inscr. Fabretti.

2462. - - APPARITORI ‖ PONTIFICVM ‖ PARMVLARIO. — Fragm. ap. Grut. 1087, 6.

2463. P. SAENIVS ‖ P. Ɔ. L. ARSACES MENESTRATOR AB ‖ HERCVL. PRIMIG [1]) ‖ PETRONIA Ɔ. L. FAVSTA CVNC [2]) ‖ PETRONIA P. C. Ɔ. [3]) L ‖ DIGNA. — Romae. Grut. 315, 2.

1) v. Murat. 64, 4. 2) *Coniunx* Scal.; sed Hagenb. rectius *Concubina*. 3) Publii, Caii et Caiae.

2464. FISIAE ‖ SEX F ‖ RVFINAE ‖ SORORI ‖ FISI SERENI ‖
AVG
LARVM MINISTRI [1]) ‖ L. D. D. D.
— Nolae. Grut. 1088, 7.

1) utique num. plur. *Ministri Larum Aug.* sed Grut. suspicatur *Magistri*, ut Grut. 1068, 8. contra αὐτόπτην Sirmondum (et Pocock. p. 68, 6.)

In basi:

2465. AGATHEMERVS VETTI ‖ SVAVIS CAESIAE PRINE [1]) ‖ POTHVS NVMITORI ‖ ANTEROS LACVTVLAN ‖ MINIST. PRIM. [2]) FORTVN. AVG. IVSS ‖ M. STAI. RVFI. CN. MELISSAEI D. V. I. D. P. SILIO. L. VOLVSIO SATVRN. COS. [3])

In altera basi:

2466. TAVRO STATILIO ‖ TI. PLATILIO AELIAN. COS [4]) ‖ L. STATIVS FAVSTVS PRO ‖ SIGNO QVOD E LEGE FORTVNAE ‖ AVGVSTAE MINISTRORVM PONERE ‖ DEBEBAT. REFERENTE Q. POMPEIO AMETHYSTO ‖ QVAESTORE. [5]) BASIS DVAS. MAR-

MORIAS DECREVERVNT || PRO SIGNO. PONIRET (*sic.*) — Pompeiis. von Goro p. 136.

1) *Primae* an *Phryne?* 2) vides memorari h. l. ministros primos, ut alibi sacerdotes primos. 3) Coss. suffecti anni 3. p. Chr. v. Marini *Atti* 1. p. XLIV., qui ex hoc lap. optime suppletur. Item Almeloveen *Fast.* p. 473. 4) Hos nondum reperi. 5) vides hic Collegium Ministrorum istorum cum Quaestore suo. Inter Deorum ministros referri debent etiam LECTICARI DEI (Iovis, Romae.) ap. Mur. 126, 1.

2467. SYLVANO DEO SACR || Q. VIBIEDIVS PHILARGIRVS || MINIST. LAR. AVG. ET AVG || MERC.[1]) TECTVM MENSAM || LAPID.[2]) ARAM. VOTO SVSC || E. M. D. S. P. E.[3]) — Grumenti. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 397.

1) Augustalis Mercurii. Romanelli. Videtur potius: Augustalis. Mercurialis. 2) lapideam. 3) e monitu de sua pecunia erexit.

2468. D. M || C. TROLLIO HERMETI || PATRONO ET CLAVCO || PVBLICO A SACRIS || TROLLIA EVCARPIA SIBI . . || LIBERTIS. LIBERTABV || POSTERISQ. EORVM . . . || H. M H . . . . || IN FR. P. X̄ . . . . — Fori Sempronii. Donati 1. p. 83, 3.

2469. LALI PVBLICI || SACERDOTIALIS[1]) || CINERIBVS. LOCVS || AVONIA APHRODISIA || CONIVGI BENE||MERENTI FECIT. — Romae. Lupus *Epit. Sev.* p. 3. Mur. 161, 4.

1) Servi publici collegii Sacerdotum. ita: Publicus Pontificum.

2470. DIS MANIBVS || CLAVDIAE ANTONIAE || LIB. LACHNE || PHILIPPVS RVSTIAN || PVBLICVS AB || SACRARIO || DIVI AVGVSTI || CONIVGI CARISSIMAE || FECIT ET SIBI. — Romae. Mur. 893, 3. Publicum Augurum habes ap. Grut. 1087, 7. Fabrett. p. 336, 502. 503. Mur. 170, 4., quos titulos dabimus in Cap. *de matrimonio.*

§. 24. VARIA AD SACRA OMNIS GENERIS PERTINENTIA.

2471. Fragmentum Fastorum feriarum Latinarum apud Oderic. p. 231., quem consule:

. . . . NIO . . . LVAN . . . GRA . . .
LAT FVER PR IVL
C. MINICIO FVNDANO
C. VETTENNIO SEVERO   C . .
LAT. FVER PR IDV AVG
P. AELIO HADRIANO
M. TREBATIO PRISC   C
LAT FVER V̄Ī I IVL
P. CALVISIO TVLLIO
L. ANNIO LARGO
LAT FVER V̄Ī II.

Item:

2472. ... AECIO ... MO COS
.. ICIRIO MARTIALE
.. LAT. FVER. III. IDVS AVG.
.. VLPICIO LVCRETIO BARBA COS.
.... ECIONE MEMMIO AFRO
... LAT. FVER. IIII. K. IVL.

Fragm. tabulae repertae in Monte Albano 1765. Marini *Atti* 1. p. 129. Ceterum Coss. isti fastis sunt ignoti.

2473. D. M || PRIMILLAE AES||TIONES. CVI ET || SACRIS DOMESTI||CIS OFFERRE CON||CESSERAT.[1]) OLLAS || VI. MINORES ET || LIBERIS EIVS IN || AVITO CONDITORIO || INDVLSIT || C. CINCIVS || PRIMIGENIVS || ET AELIO SEPTI||MILLO NEPOTI || ET LVCIANO. — Romae. Grut. 1134, 6.

1) i. e. Cui viventi concesserat propter nescio quam necessitudinem, ut particeps esset sacrorum suorum domesticorum.

2474. *TESSERAM || PAGANICAM[1]) || L. VERATIVS FELICISSI||MVS PATRONVS PAGANIS || PAGI TOLENTINES || HOSTIAS LVSTR. ET TESSER || AER. EX VOTO L. D. D || V. ID. MAIAS FELICIT. — Tolentini. Reines. p. 1016, 8. Est suspecta.

1) „Paganicorum sacrificiorum impensas ut compendifacerent pagani Tolentinenses Veratius patronus hostias lustrales de suo praebuit, eiusque liberalitatis testem tesseram hanc aeream lubens dono dedit." — Holsten. l. l.

2475. IN. HDD.
SALVOS IRE T. ALBANIVS SALVOS VENIRE[1])
PRINCIPIA
NVS EVOK
AVG. N. —

Romae. Guascus T. 1. p. 97, 58.

1) in aliis similibus: *Salvos ire. Salvos redire.*

2476. NE GVSTATO QVAS || SACERDOS NON GVSTA||VERIT. — Salerni marmor cum effigie Sacerdotis. Mur. 2099, 4.

2477. HIC LOCVS || SACER EST. — Venetiis in ara quadrata. Mur. 149, 3. cfr. Pers. *Sat.* 1, 113. Calpurn. *Ecl.* 2, 55. Hag. Mss.

2478. LOCVM RELIGIOSVM PER INSOLENTIAM ERVTVM VIRTVTE ET N.[1]) AVG. REPVRGATVM REDDIDIT. C. SEVERIVS EMERITVS Ↄ. P. S.[2]) — Loco mihi ignoto. Ex *Philosophical Transactions* Vol. 48. T. 1. 1753. datur in Bibl. Epigr. Hagenb. Mss. T. XI. p. 67.

1) *Numine.* 2) *Centurio. Pecunia sua.*

2479. LAPIDES. PROFANEI. INTVS SACRVM. — In Valle Gaudenti prope Tibur. Fabrett. p. 674, 14.

2480. HOSPES. HOSPITIVM. TIBI ‖ AD. LVCVM DECIDIORVM ‖ HIC. LVCVS. SACER. MACERIE ‖ CINTVS. (*sic*) CVM. SVIS. ADITIS ‖ AGRO. NON. CEDIT. — Capuae. Polcastro p. 194, 1.

2481. VICI CENSORI [1]) LVSTRATIO ERIT IDIBVS SEPTEMBR. — Romae. Fabrett. p. 672, 7.

1) Vicus Censorius erat in regione XIV.

2482. FVLGVR ‖ DIVM. (Florentiae.) — FVLGVR ‖ DIVOM. (Nemausi.) — FVLGVR ‖ CONDITVM (Panormi.) — DE CAELO ‖ TACTVM ‖ ET ‖ CONDITVM. (Opitergii.) Mur. 129, 2, 5, 4, 3.

2483. D. D [1]) ‖ M. CAESIVS DAPHNVS ‖ DVO. BIDENTAL. [2]) NVCERIAE ET ‖ VETVSTAM AED. GENI STABIAR ‖ LABANTIB. MARMORIB. VEXATA ‖ PROVIDE RESTITVIT. — Inter Stabias et Nuceriam. Romanelli *Viaggio a Pompej*. T. 1. p. 183.

1) *Decurionum decreto.* 2) bidentalia.

2484. SACRO ‖ SVSCEPTO ‖ SORTIBVS SVBLATIS ‖ C. GALLIO ‖ ATTICVS ‖ MEDIOLANIENS. — Mediolani. Grut. 152, 6. 1019, 4. Fabrett. p. 668, 528.

2485. Tabellae sortium Praenestinarum vel Antiatium ap. Mur. 493, 8. 9, 10, 7, 12.:

a) QVR PETIS POSTEMPVS CONSILIVM. QVOD ROGAS NON EST.

b) DE VERO FALSA NE FIANT ‖ IVDICE FALSO.

c) CORRIGI VIX TANDEM QVOD ‖ CVRVOM EST FACTVM. REDE. [1]) Fabrett. p. 669, 530.

1) Crede.

d) NVNC ME ROGITAS NVNC CONSVLIS ‖ TEMPVS HABVIT [1]) IAM.

1) f. abiit.

e) LAETVS LVBENS PETITO QVOD DABITVR ‖ GAVDEBIS SEMPER.

f) NON. SVM. MENDACIS. QVAS ‖ DIXTI. CONSVLIS. STVLTE. — Gor. *Etr.* 1. p. 264, 50.

2486.

IVCVNDVS LIVIAE DRVSI CAESARIS ‖ F. GRYPHI ET VITALIS ‖
IN QVARTVM SVRGENS COMPRENSVS DEPRIMOR ANNVM
CVM POSSEM MATRIS DVLCIS ET ESSE PATRI
ERIPVIT ME SAGA MANVS CRVDELIS VBIQVE
CVM MANET IN TERRIS ET NOCET ARTE SVA.
VOS VESTROS NATOS CONCVSTODITE PARENTES
NE DOLOR IN TOTO PECTORE FIXSVS EAT.

— Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 170, 1.

§. 25. DEDICATIONES. CONSECRATIONES. VOTA.

2487. N. PVMIDIVS Q. F. M. RAECIVS Q. F.
M. COTTIVS Q. F. N. ARRIVS M. F.

M. EPILIVS M. F. L. HEIOLEIVS P. F.
C. ANTRACIVS C. F. C. TVCCIVS C. F.
L. SEMPRONIVS L. F. Q. VIBIVS M. F.
P. CICEREIVS C. F. M. VALERIVS L. F. Z. M.[1]
HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS.[2] IOVIAE ‖ MVRVM AEDIFICANDVM COIRAVERVNT ‖ PED. CCLXX. ET LOIDOS[3] FECERVNT ‖ SER. SVLPICIO M. AVRELIO COS.[4] — Capuae. Grut. 59, 8.

1) Z. M. notae f. corruptae. 2) Ita Apianus, ut in aliis lapp. Campanis (Fabrett. 626, 225. 635, 298.) CERERVS *murum*. Grut. VENERIS. 3) ludos. 4) u. c. 645. Ita Pontanus. Grut. C. Q. F. Ceterum hic lapis inter genuinos antiquissimus est cum nominibus Coss. Quae ap. Grut. adduntur: M. CLOELIO M. F. ARABO. lapidis alius fragmentum esse, ex Apiano ita integrandum: HORDIONIA A. L. ZOSARI(um) scite animadvertit HAGENB. Mss.

2488. L. AIENVS L. F. Q. BAEBATIVS SEX. F. AEDEM DEDICARVN ‖ IOVIS LIBERI FVRFONE. A. D. III. IDVS QVINCTILEIS. L. PISONE A. GABINIO COS.[1] MENSE FLVSARE[2] ‖ COMOLATEIS[3] OLLEIS LEGIBVS. ILLEIS REGIONIBVS VTEI EXTREMAE VNDAE. QVAE[4] LAPIDE FACTA. HOIVSQVE AEDIS ERGO. VTEI QVEI AD EAM AEDE. SCALASQVE LAPIDES TAVCTVENDO ‖ COLVMNAE STANT. CITRA SCALAS AD AEDEM VERSVS. STIPITESQVE AEDIS. HVMVS TABVLA‖MENTA QVE. VTEI TANGERE. SARCIRE. TEGERE. DEVEHERE. DEFIGERE. MANDARE. FERRO.[5] OETI ‖ PROMOVERE. REFERRE FAS QVE ESTO. SEI QVOD AD EAM AEDEM DONVM DATVM DONATVM DEDICATVM ‖ QVE ERIT. VTEI LICEAT OETI. VENVM DARE. VBEI VENVM DATVM ERIT. ID PROFANVM ESTO. VENDITIO. LOCATIO AEDILIS ESTO. QVEM. QVOM. QVE. VEICVS FVRFENS FECERINT. QVOD SE SENTIVNT. EAM REM. SINE SCELERE SINE PIACVLO. ALIS[6] NE POTESTO. QVAE PEQVNIA RECEPTA ERIT. EA PEQVNIA. EMERE ‖ CONDVCERE. LOCARE. DARE QVOD ID TEMPLVM MELIVS HONESTIVS SEIT. LICETO. QVAE PEQVNIA AD EAS RES DATA ERIT. PROFANA ESTO. QVOD D. M.[7] NON ERIT FACTVM. QVOD EMPTVM ERIT AERE AVT ARGENTO. EA PEQVNIA AD ID TEMPLVM DATA ERIT. QVOD EMPTVM ERIT. EIS REBVS EADEM LEX ESTO. QVASEI SEI DEDICATVM SIT. SEI QVI HEIC SACRVM SVRVPVERIT. AEDILIS MVLTATIO ESTO ‖ QVANTI VOLET. IDQVE VEICVS MI. PARS FIFELTARES. SEI APSOLVERE VOLENT. SIVE CONDEMNARE ‖ LICETO. SEI QVEI AD HVC TEMPLVM REM DEIVINAM FECERIT IOVI LIBERO AVT IOVIS GENIO.[8] PELLEIS ‖ CORIA FANEI SVNTO. — In oppido S. Nicandri prope Aquilam ex parietinis Furfonis, cuius nulla mentio apud Mannert. Mur. 587, 1.

1) u. c. 696. 2) Immerito hoc mensis nomen Quinctili respondentis suspectum fuit Muratorio. v. Lanzi *Saggio* 3. p. 619. 3) cum latis, Lanzius explicat.? 4) undique id. 5) Construendumne *mandare ferro* (dativ.) an leg. *mundare ferro*, vel: *mandare. ferre* (*oeti* pro *uti*.) 6) Hinc confirmatur Catulli Lucretiique *alis*, *alid*. v. Sillig ad *Catull*. 29, 15. 7) dolo malo. 8) nota Iovis Genium. cfr. N. 1730.

2489.

T. STATILIO TAVRO
L. CASSIO LONGINO
COS.[1] X̄. K. OCTOBR.
NVMINI AVGVSTI VOTVM
SVSCEPTVM A PLEBE NARBO
NENSIVM IN PERPETVOM.
QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT IMP. CAESARI
DIVI F. AVGVSTO P. P. PONTIFICI MAXIMO TRIB. POTEST.
XXXIIII. CONIVGI. LIBERIS GENTIQVE EIVS. SENATVI
POPVLOQVE ROMANO. ET COLONIS. INCOLISQVE
C. I. P. N. M.[2] QVI SE NVMINI EIVS IMPERPETVVM
COLENDO OBLIGAVERVNT. PLEBS NARBONEN
SIVM ARAM NARBONE IN FORO POSVIT. AD
QVAM QVOTANNIS VIIII. K. OCTOBR. QVA DIE
EVM SECVLI FELICITAS ORBI TERRARVM
RECTOREM EDIDIT.[3] TRES EQVITES ROMANI
A PLEBE. ET TRES LIBERTINI[4] HOSTIAS SINGV
LAS INMOLENT. ET COLONIS. ET INCOLIS AD
SVPLICANDVM NVMINI EIVS THVS. ET VINVM
DE SVO. EA DIE. PRAESTENT. ET VIII. K. OCTOB.
THVS. VINVM COLONIS ET INCOLIS ITEM PRAE
STENT. K. QVOQVE IANVAR. THVS ET VINVM
COLONIS ET INCOLIS PRAESTENT. VII. QVOQ.
IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVN. (*sic*) IMPERIVM
ORBIS TERRARVM. AVSPICATVS EST.[5] THVRE
VINO SVPLICENT. ET HOSTIAS SINGVL. IN

PLEBS NARBONENSIS. ARAM
NVMINIS AVGVSTI DEDI
CAVIT . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
LEGIBVS IIS Q. I. S. S.[6]
NVMEN CAESARIS AVG. P. P. QVANDO TIBI
HODIE HANC ARAM DABO DEDICABO
QVE HIS LEGIBVS. HISQVE REGIONIBVS
DABO DEDICABOQVE. QVAS HIC
HODIE PALAM DIXERO. VTI INFIMVM
SOLVM HVIVSQVE ARAE TITVLORVM
QVE EST. SI QVIS TERGERE. ORNARE
REFICERE VOLET. QVOD BENEFICII
CAVSA FIAT. IVS FASQVE ESTO. SIVE
QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT. QVI
MAGMENTVM NEC PROTOLLAT. ID
CIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. SI
QVIS HVIC ARAE DONVM DARE AV
GEREQVE VOLET. LICETO. EADEMQZ
LEX EI DONO ESTO. QVE ARAE EST
CETERAE LEGES HVIC ARAE TITVLISQ.
EADEM SVMTO. QVAE SVNT ARAE
DIANAE IN AVENTINO. HISCE LEGI
BVS. HISQVE REGIONIBVS. SICVTI

MOLENT. ET COLONIS INCOLISQVE. THVS VINVM
EA DIE PRAESTENT.
ET PRIDIE. K. IVNIAS. QVOD EA DIE T. STATILIO
TAVRO. M' AEMILIO LEPIDO COS. IVDICIA
PLEBIS DECVRIONIBVS CONIVNXIT.[6]) HOSTIAS
SINGVL. INMOLENT. ET THVS ET VINVM AD
SVPLICANDVM NVMINI EIVS. COLONIS ET
INCOLIS PRAESTENT.
EXQVE IIS TRIBVS EQVITIBVS ROM ....
LIBERTINIS VNV.[7])

DIXI. HANC TIBI ARAM PRO IMP.
CAESARE. AVG. P. P. PONTIFICE MAXI
MO. TRIBVNICIA POTESTATE XXXV
COIVGE. LIBERIS. GENTEQVE EIVS
SENATV. POPVLOQVE R. COLONIS.
INCOLISQVE. COL. IVL. PATER. NARB.
MART. QVI SE NVMINI EIVS IN. PER
PETVVM. COLENDO OBLIGAVERVNT.
DOQVE DEDICOQVE. VTI SIES VOLENS
PROPITIVM[9])

— Narbone. Grut. 229, 1. Morcelli *St.* T. 2. p. 39. Millin *Voyage* T. 4. 1. p. 375., cuius typum exhibui.

1) u. c. 764. p. Chr. 11. 2) Coloniae Iuliae Paternae Narbonis Martii. 3) u. c. 691. 4) Errat Millin tres illos Equites tresque Libertinos Collegium Sevirorum Augustalium constituisse putans. Augustales enim, in provinciis non minus, ut arbitror, atque in Vrbe demum post Augusti obitum instituti sunt a Tiberio. Tacit. *Ann.* 1, 15. *Hist.* 2, 95. Sed id quidem apparet, collegium hoc ex tribus Equitt. tribusque Libertinis constans originem dedisse postea Seviris Augustalibus Narbone ceterisque locis, ubi post Augusti tempora instituti sunt. 5) u. c. 725. cfr. Dio. Cass. 52, 40. v. Millin. 6) iudices, plebis olim partem, decurionatus honore dignatus est, vel in amplissimum Ordinem Decurionum transtulit, allegit. 7) *unum mulsum et crustula Plebi det.* scite supplet Morcellius. 8) quae infra scriptae sunt. Ante ista erasa fuerunt nomina Sacerdotum vel Flaminum, a quibus ara dedicata est. 9) PROPITIVS. Morcelli. recte.

2490.

L. Helio. Caesare. Imp. P. Coelio. et. ALBINO.[1]) VIBVLLIO. PIO. COS.[2])
VII. Idus OCTOBRES
Cn. Domitius Valens II. Vir. I. D. Pra EEVNTE. C. IVLIO. SEVERO PONTIF.
Legem dixit in ea verba quae. infra. SCRIPTA SVNT
Iuppiter. optime. maxime. quandoque. tibi h ODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. OLLIS. LEGIB.
ollisque regionibus dabo dedicaboque. quas hic h ODIE. PALAM. DIXERO. VTI. INFIMVM. SOLVM. HVIVS. ARAE. EST
siquis hic hostia. sacrum faxit. quod magmentum ne C PROTOLLAT. ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO. CETERAE
leges. huic. arae. eaedem. sunto. quae. arae. Dianae. sunt. i N. AVENTINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIBVS. HISCE. REGIONIB.
Sicuti. dixi. hanc. tibi. aram Iuppiter. optime. maxime. DICO. DEDICOQVE. VTI. SIS. VOLENS PROPITIVS. MIHI COLLEGISQVE
meis. Decurionibus. Colonis. Incolis. Coloniae. Martiae I VLIAE. SALONAE. CONIVGIBVS. LIBERISQVE. NOSTRIS. —

Salonae olim, nunc Patavii, partim veteri, partim novo in marmore. Quae inclinatis literis excusa sunt recentem, quae rectis, antiquam scripturam repraesentant. De recentioribus tamen, auctore Morcellio, minime dubitandum, quippe quum Cyriacus Anconitanus aliique integram inscriptionem ante descripserint, quam ad Ramnusios, eiusdem dominos, mutila perferretur. Edidere Grut. 23, 12. Zachar. *Salon.* p. 41. mancam et corruptam Murat. 325, 5.; omnium vero exactissime Furlanettus in Morcelli *St.* T. 1. p. 62.

1) Sic legitur nunc in marmore, sed de plurimorum probabili coniecturâ leg.: L. Aelio Caesare II. P. Coelio Balbino. 2) p. Chr. 137.

2491. . . . ANTONINI . . . . ‖ AVG. TOTIVSQVE DO‖MVS EORVM. C. VOLCIVS QVIE‖TVS. ARAM A SOLO EX HS D ‖ N. S. P. F [1]) IDEMQ. DEDICAVIT ‖ ET. OB DEDICATIONE. CON‖GENTILIBVS [2]) ET SACERDOTI ‖ . . . . ISCERATIONEM ET . . . — Tuneti. Osann *Auctar. lex. Gr.* p. 183. ex Falconerio *Auctar. Inscr. African.* post *Inscriptt. athleticas.* p. 160.

1) Male Osannus interpretatur *de numerata sua pecunia fecit.* Est scilicet: *ex* HS. *D.* (numeri nota) *numûm sua pecunia fecit.* 2) notandum istud vocabulum vix alibi reperiendum.

2492. L. CANINIO L. F. II VIR. AVG [1]) ‖ . . . DEDICAT. AED. NEPTVN ‖ EPVLVM TRIDVVM POP. DEDIT ‖ COL. PAEST ‖ L. D. D. D. — Paesti. Mur. 1111, 6. Romanelli *Viaggio* T. 2. p. 23.

1) Si recte habet, erit *Duumviro I. D.* eidemque *Augustali*, nisi leg. IIIIII *Vir. Aug.*

2493. I. O. M. DOL [1]) ‖ Q. POBLICIVS MODESTINVS ‖ SEVIR. ET CLAVD. [2]) CENATORIVM [3]) P. S. F [4]) ‖ L. D. D. D. — Bononiae. Morcelli *Opp. Epigr.* V. p. VIIII.

1) *Dolicheno.* 2) *Claudialis.* 3) hoc vocabulum alibi vix legitur. 4) *pecunia sua fecit.*

2494. SECVLO FELICI ‖ PHISIAS [1]) SACERDOS. ISIDI. [2]) SALVTARIS ‖ CONSECRATIO ‖ PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANAE ‖ REIP. ARCANAQVE VRBIS PRAESIDIA [3]) ANNVANT ‖ QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE. — Romae. Grut. 83, 15.

1) *Isias.* Boissard. Nardini 3, 178. 2) pro Isidis, sequente S. Nardin. Isidi salutari. 3) de his consule: *Le sette cose fatali di Roma antica - illustrate da F. Cancellieri. Roma* 1812. 8., qui tamen nostrae inscriptionis oblitus est.

2495. Dedicationis moenium Veronensium mentio fit in marm. Veron. Grut. 166, 2., quod retulimus inter Monumenta historica §. Valerianus. Gallienus. N. 1014.

2496. EX TESTAMENTO L. LICINI. L. F. SERG. SVRAE CONSECRATVM. — Inscriptio fornicis s. arcus de Bara prope Taraconem. Ponz *Viage* T. 13. p. 193. Ad Traiani tempora referunt.

§. 26. DONARIA.

2497. NOVIOS PLAVTIOS MED. ROMAI FECID. ‖ DINDIA MACOLNIA FILEA DEDIT. — In cista mystica Musei Kircheriani,

Mur. 132, 2. Saxii *Miss.* 3. p. 22., quam Lanzi *Saggio* 1. p. 161. ad Bacchanalia u. c. 568. refert. In patera caelata, una cum cista illa reperta.:

2498. POLOCES. AMVCES. LOSNA. i. e. Polluces (Pollux), Amycus, Luna. Ibid. Ceterum Saxius l. l. MED. male explicat *medicus*, quum sit *me* scil. cistam.

2499. SACRVM[1]) || POMPEIA SEX. FIL || ELEVTHERIS ET || SEX. POMPEIVS SEX. F || QVIR. IVSTVS || SOROR ET FRATER || DONVM. DEDER. — Romae. Grut. 1076, 6. Morcelli *St.* 2. p. 24.

1) Deo non nominato; hoc singulare est, sed ara ipsa, puto, satis demonstrabat, cui Deo votum susceptum esset.

2500. EROS. GERMANICI L || LOLLIANVS D. D || CLVPEA CVM IMAGINIBVS. — Romae. Mur. p. 121, 2. Morcelli *St.* 1. p. 26.

2501. Notandum Grut. 1014, 1. in lap. Spoletino: SI QVI CLIPEVM (in hoc templo) PONERE VOLET. DABIT ARCAE[1]) HS. II. N.

1) PO. i. e. Pontificum, non Populi, inserit Mss. Pighii.

2502. BEBRIX. AVG. L. DRVSIANVS. A. FABIVS XANTHVS CVR[1]) || IMAGINES ARGENTEAS DEORVM SEPTEM || POST DEDICATIONEM SCHOLAE[2]) || ET MVTVLOS CVM TABELLA AENEA || DE SVA PECVNIA DEDERVNT. — Romae. Morcelli *St.* 1. p. 250.

1) Curatores. 2) sc. Xanthae; v. Nardin. *Lib.* 5. C. 6.

2503. IMP. CAES. DIVI TRAIANI || PART. F. DIVI NERVAE N || TRAIANVS HADRIANVS AVG || PONT. MAX. TRIB. POT. XX. COS. III. P. P || I. S. M. R. STATVAM EX DONIS AVREIS || ET ARG. VETVSTATE CORRVPTIS || FIERI ET CONSECRARI IVSSIT || EX AVRI P. III. ET ARG. P. CCVI. — Apud oppidum Civitatis Laviniae. Mur. 147, 5.

2504. EX IVSSV I. O. M. D[1]) || L. TERTIVS HERMES || CVM COIVGE SVA ET FILIS || ET OMNIBVS SVIS || CANTHARVM CVM || VASE[2]) SVA POSVERVNT. *In latere eiusdem basis:* SVB SCRIBA[3]) || FONTEIO EVTYCHO. — Florentiae. Gorius *Etr.* 1. p. 105, 74. Gud. 10, 9. (Murat. p. 476, 5.)

1) dedicatum. 2) basi. 3) templi puta.

2505. DECIMIA. C. F. CANDID || SACER. M. D. DELFICAM[1]) || CVM LARIBVS || ET CERIOLARIS N[2]) XXX || VI. — Sablonetae. Maffei *Mus. Ver.* p. 83, 2. Mur. 163, 4.

1) *delphica* i. e. tripus; ceriolarium, candelabri genus, ut in seq. 2) Numero.

2506. L. GRANIVS CERIO||LARIVM IMPENSA SVA || FACTVM || DEDIT DONAVIT. — Apud Malacam. Mur. 122, 1. v. Saxii *Miss.* 3. p. 14.

2507. P. RVTILIVS SYNTROPHVS || MARMORARIVS DONVM || QVOD PROMISIT IN TEMPLO || MINERVAE MARMORI||BVS ET IMPENSA SVA THE||OSTASIM EXSTRVXIT. — Gadibus. Mur. 125, 2.

2508. . . . . ‖ DIVI AVG. N. DIVI IVLI ‖ . . . . N TRIBVNICIA POTESTATE I. COS. II ‖ PONTVF[1]) (*sic*) ‖ CORNELIVS BASSVS PONTVFEX ‖ CAESAREVM[2]) D. S. P. — In Hispania, in turri horaria Ecclesiae B. Isidori. Don. p. 113, 2. Mur. 134, 1. Ceterum cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 24., cuius tamen supplementa: *Imp. C. Caes. Divi Tiber. F. Divi Aug. N. Divi Iulii Pron.* — ex Sallengrii *Thesauro* 3. p. 864. omnino falsa sunt: nunquam enim DIVVS Tiberius, nunquam Caligula a Tiberio adoptatus est: nec de Germanico Caesare sermo esse potest.

2509. P. VEIDIVS P. F. POLLIO ‖ CAESAREVM[3]) IMP. CAESARI ‖ AVGVSTO ‖ ET COLONIAI BENEVENTANAI. — Beneventi. Grut. 227, 3.

1) notandum Pontifex, non addito: Max. v. Cuper. ad *Lact. de Mort. P. ed. Bauldri* 2. p. 112. (cit. Hagenb.) 2) aedem Caesari sacram, ut: Augusteum Pisis. Dianium, Iseum, Serapium, Idolium, Heroum cet. 3) In secunda Ed. Grut. recepta est prava Lipsii coni. *Caesarem.* cfr. Lips. ad *Tac. Ann.* 3, 64. et Marini *Atti* 2. p. 384.

2510. ISIDI PVE . . . ‖ IVSSV DEI NE . . . ‖ FABIA L. F. FABIANA AVIA ‖ IN HONOREM AVITAE NEPTIS ‖ PIISSIMAE EX ARG. P. CXIIS = ⟩[1]) ITEM ORNAMENTA IN BASILIO. VNIO ET MARGARITA ‖ N. VI. ZMARAGDI DVO. CYLINDRI N. VII. GEMMA CAR‖BVNCVLVS. GEMMA HYACINTHVS. GEMMAE CERAVNIAE ‖ DVAE. IN AVRIBVS ZMARAGDI DVO. MARGARITA DVO ‖ IN COLLO QVADRIBACIVM MARGARITIS N. XXXVI ‖ ZMARAGDIS N. XVIII. IN CLVSVRIS DVO. IN TIBIIS ‖ ZMARAGDI DVO. CYLINDRI N. XI. IN SMIALIIS ZMARAG‖DI N. VIII. MARGARITA N. VIII. IN DIGITO MINIMO ANVLI ‖ DVO GEMMIS ADAMANT. DIGITO SEQVENTI ANVLVS PO‖LYPSEPHVS. ZMARAGDIS ET MARGARITO ‖ IN DIGITO SVMMO ‖ ANVLVS CVM ZMARAGDO. IN SOLEIS CYLINDRI N. VIII. — Sine loco. Mur. 139, 1. ex Montfauconio.

1) semis et duabus unciis s. dextante. Memoranda est Isis Capitolina. Mur. 154, 2. cfr. Tertull. *Apol.* 6.

2511. M. PLAETORIVS. M. L. EROS ‖ M. ANICIVS. M. L. PRIMVS ‖ MAGISTRI. FANO CONTERMINI ‖ DONO. LYCHNVCVM. DANT. — Romae in tabula aerea. Marini *Atti* 1. p. 304.

2512. PLISTHENES LEOPHRONIS CERYCIBVS[1]) ‖ ET POP. PRAESENTIPVS (*sic*) ANTE PORTICVM ‖ XYLOLYCHNVN[2]) PROSERPINAE. — Veliae. Romanelli *Topogr. istor. del regno di Napoli* T. 1. p. 360. Osann *Auctar. lex. Gr.* p. 186.

1) notandi isti *Ceryces*, quorum in saxis Latinis vix alias fit mentio. 2) i. e. *Xylolychnuchum.* Osann.

2513. ANNIVS. C. F. ROMAN ‖ DECVRIO. SIGNVM. CVM ‖ STATERA. D. D. — Velitris. Cardinali p. 26.

2514. NOMINE ‖ Q. DOMITII ALPINI ‖ LICINIA MATER ‖ SIGNVM DIANAE ET VENA‖TIONEM ‖ ET SALIENTES ‖ T. F. I. — Veronae. Grut. 39, 6. Mur. 123, 1. Maffei *Mus. Ver.* 125, 5.

2515. DOMINO AESCVLAPIO ‖ ET HYGIAE EX PERMISSV ‖ EORVM NEGOTIATIONIS ‖ FABARIAE.[1]) GRATIAS ‖ AGENTES. NVMINI ‖ ET ARATIS[2]) EORVM ‖ T. IVLIVS GINESYA‖CVS. ET CAECILIA ‖ BALBILLA. CERI‖OLARIA DVO. SATV‖RI[3]) ET ANTIOTES ‖ LIBENTES DONVM ‖ DEDERVNT. — Romae. Mur. 20, 3. corruptius, quam 132, 3. Saxii *Miss.* 3. p. 22.

1) vel explicandum: *Sodalicii negotiatorum fab. nomine.* vel iungendum *Aesculapio et Hygiae negotiationis fab.* id est, *ab hoc sodalicio cultis.* 2) MERITIS Cannegieter probabilius quam Saxius GNATIS, Podalirio et Machaoni. 3) SATVRI*s* Canneg. explicat, id est, ornata Satyris, et pro ANTIOTES vult, MVTIOLIS, parvis mutonibus. Saxius SATVRI non tangens, MVTONES legit. Hagenb. nihil adnotat. Equidem cogitabam de lancibus SATVRI*s* et de ἀμφωτισι, vasibus utrinque ansatis, dono minus utique obscoeno.

2516. ANSIA. T. ARVI. L ‖ RVFA EX DD. CIRC ‖ LVCVM MACER ‖ ET MVRVM ET IANV ‖ D. S. P. F. C.[1]) — In Valle Dianae, loco la Civita. Mur. p. 470, 4.

1) circa lucum maceriam, — et ianuam de sua pecunia facienda curavit.

2517. Nota: MANIPRECIVM DONAVI. in lap. Metensi ap. Grut. 12, 10.

2518. NVMINI DOMVS AVGVSTAE ET SAN*cti Silvani* SALVTARIS SACRVM ‖ IMP. CAES. NERVAE TRAIANI OPTIMI. *Aug. Germ. Da*CICI. IMAGINES ARGENT ‖ PARASTATICAS CVM SVIS ORNAMENTIS. ET REGVLIS. *et basibus.* ET CONCAMERATIONE FERREA ‖ C. IVLIVS NYMPHIVS. DEC. ANNALIS SVA *pec. posuit* DONVMQVE DEDIT IN TEMPLO SANCTI SILVANI SALVTARIS QVOD EST IN *Aventino* ET. PRAEDIO SVO. DEDICAVITQVE ‖ IDIBVS IANVARIS. L. VIPSTANO MESSALLA *M. Pedone* COS.[1]) — Apud Liprignanum Castrum. Fabrett. p. 688, 100. Quae inclinatis literis excusa vides, supplementa sunt Fabrettii. Alia minus accurata habes apud Reines. p. 142, 105. v. Ruperti *Ep. ad Reines.* p. 441. a Turre *Mon. Vet. Antii.* p. 302., qui tamen de Silvano Eleutherio pessime erravit, ut videbis ad Mur. 69, 1. Cuper *Apoth.* p. 258. et 302. HAG. Mss.

1) p. Chr. 115.

2519. Inter *donaria* memorantur Mur. 344, 3. „TETRASTYLVM NYMPHAEVM — ALTARIVM CVM COLVMELLA — ITEM ORBICVLVM CVM COLVMELLA."

2520. Ad donaria quodammodo pertinent etiam hereditates legatae, quae Diis testamento relinquuntur; qua de re vide erudite disputantem F. C. Conradum in *Scriptis minoribus.* Diss. II. *de Diis heredibus ex testamento apud Romanos.* Sed, quod sane dolendum, exemplis utitur plerumque spuriis p. 139. seqq. v. c. Grut. 59, 2. — 871, 2. — 67, 2. — 25, 3. — Reines. Cl. 1. 269. cet.; id quod in illustribus exemplis sane ponendum est virorum doctorum a Ligorianis praestigiis deceptorum Seculo quoque XVIII.

2521. HOSTIARVM, ut hoc quoque attingam, rarissima mentio fit in Saxis, Acta Fratrum Arvalium si excipias, et sequentem titulum:

TI. CLAVDIVS ‖ OLYMPVS ‖ VDIO SVCCIPIO ‖ IX. HOSПA.[1]) QVAM ‖ IPSI (*sic*) FECIT ‖ SILVANO ‖ D. D. — Romae. Oderic. p. 181, 8.

1) *voto suscepto ex hostia.*

§. 27. SVPERSTITIO IVDAICA ET CHRISTIANA.

(Sic scilicet loquebantur veteres Romani; id quod notandum erat propter hierophantas et fanaticos nostri temporis.)

2522. BETVRIA PAV‖LLA F. DOMI ‖ HETERNAE QVOS ‖ TITVTA[1]) QVAE BI‖XIT AN. LXXXVI. MESES VI ‖ PROSELITA AN. XVI ‖ NOMINAE SARA MATER ‖ SYNAGOGARVM[2]) CAMPI ‖ ET BOLVMNI ‖ BENIRENAE AY CYMISIS ‖ AVTIS.[3]) — Romae. Spon *Misc.* X. 120. correctius ap. Fabrett. 465, 101. nisi quod PAVCLA. cfr. ib. p. 389.

1) constituta. 2) matri synagogae Brixianorum. Grut. 323, 3. πατὴρ συναγωγῆς Mur. 1044, 6. et 1713, 1. cfr. Cod. Theod. 16, 8. 3) Solita formula in sepulcris Iudaeorum ac Proselytarum. ἐν εἰρήνη(ῃ) κοίμησις αὐτοῦ vel αὐτῆς ex *Psalm.* 4, 9. ἐν εἰρηνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμησήσομαι καὶ ὑπνώσω. Tria praeterea symbola, cornu (ἐλαιοφόρον) palmae et candelabra, in Iudaicis monumentis frequenter conspiciuntur expressa. v. Lupi *Epit. Sev.* p. 177. et Fabrett. p. 389.

2523. AVR. SOTER ET ‖ AVR. STEPHANVS ‖ AVR. SOTERIAE ‖ MATRI PIENTISS ‖ RELIGIONI IVD‖AICAE METVENTI. — Polae. Grut. 721, 11. Hanc confudit cum Grut. 855, 2. Hug *Einleit. N. T.* 2. p. 303. Ita Aureliam Soteriam unicam habemus in Inscriptt. Lat. metuentem rel. Iud. σεβομένην, praeter *Saram* Fabretti p. 465, 101.

2524. VERITAS ‖ AMOR ET ‖ ANESTASE ‖ TITVLOS . . . . — Romae e coemeterio Hebraeorum. Maffei *Mus. Ver.* 321, 8. Insculptum est candelabrum septem lucernarum.

2525. DIS. M ‖ P. CORFIDIO SIGNINÓ ‖ POMARIÓ ‖ DE AGGER ‖ A PROSEVCHA[1]) ‖ Q. SALLVSTIVS HERMES ‖ AMICO BENEMERENTI ‖ ET NVMERVM OLLARVM DECEM. — Romae. Grut. 651, 11.

1) male Scalig. hunc Iudaeum fuisse putat. Proseuchae mentio ideo tantummodo fit, ut quinam Agger sit intelligendus, accuratius definiatur, ut: *Pomarius de Circo Maximo ante pulvinar.* Spon *Misc.* p. 230, 4. Reines. p. 637.

2526. * D. M ‖ AVRELIO BAL‖BO. VITA INT‖EGERRIMO ‖ MORIBVSQ ‖ ORNATO QVI SE QVIETIO‖RIS PERFECTIO‖RISQ. VITAE ‖ DESIDERIO ‖ EX NEGOTIIS ‖ CIVILIBVS IN ‖ QVIBVS FVE‖RAT CVM LAV‖DE VERSATVS ‖ IOVIS OP. MA ‖ BENEFICIO ‖ DVCTO. HIC IN ‖ SPE RESVRR‖ECTIONIS QVI‖ESCENTI LO‖CVS PVBLICE ‖ DATVS EST. — Romae. Grut. 1050, 3. — Nisi fictum est a recentiore (habet tamen iam Apianus p. 278.) ut epitaphium eiusdem generis, sed fere ludicrum Feliciani Veronensis Grut. 1052, 8., de quo vide Reines. *Praef.* p. * 1. b. Maffei *Verona ill.* T. 2. p. 191., crederemus Balbum, hominem gentilem, haud longe abfuisse a Christianorum Sacris. Sed inter alia lectu dignissima Moshem. *Diss. ad H.*

Eccl. pertin. T. 2. p. 613. qui notat, Muratorio teste, Cyriaci Anconitani schedas pro soloecis illis: *versatus Iovis Op. Ma. beneficio ducto* exhibere *versatus, exemit Dei optimi beneficio. D. M.* vero etiam in Christianis interdum reperitur. Corsinus tamen *Not. Gr. App.* p. XV. eo fere inclinat, ut in supposititiis hanc inscr. habeat.

2527. IVNIVS BASSVS V C ‖ QVI VIXIT ANNIS XLII. MEN. II ‖ IN IPSA PRAEFECTVRA VRBI [1]) ‖ NEOFITVS IIT AD DEVM ‖ VIII. KAL. SEPTEMB ‖ EVSEBIO ET YPATIO COSS. — Romae. Murat. 382, 2. Copiose illustratur in *Sculture e pitture sacre estratte dal Cimiteri di Roma.* Roma 1737. fol. T. 1. p. 35. Vnica fere est inscriptio inter Christianas mihi visas, quae disertam mentionem transitus ad nostra sacra contineat.

1) Iunius Bassus memoratur Almeloveenio *Fast.* p. 494. tamquam Praef. Vrbi a. p. Chr. 360.; at vero decessit Eusebio et Hypatio Coss. a. p. Chr. 359. v. Corsini *Ser. Praef. Vrb.* s. h. a. v. Saxii *Miss.* 4. p. 114. In Ficoronii typo *Vestigia di Roma antica* P. 2. p. 10. omittitur IPSA. *Neophyti* tamen alibi quoque reperiuntur, veluti Mur. 390, 3.

2528. MEMMIVS SALLVSTIVS ‖ SALVINVS DIANIVS VS ‖ BASILICAM SANCTORVM ‖ ANGELORVM. FECIT. IN ‖ QVA SEPELIRI NON LICET. — Perusiae. Vermiglioli *Iscr. Per.* 2. p. 296.

2529. Eo denique devenimus, ubi IOVI OPT. MAXIMO SANCTI MARTYRES DOMNI*que* SANCTI successerunt:

SANCTIS MARTVRIBVS
PAPRO [1]) ET MAVROLEONI
DOMINIS. VOTVM. REDD. P X
CAMASIVS QVI ET ASCLEPIVS. ET VICTORINA
NAT. H. [2]) DIE IIIX. [3]) KAL. OCTOB.
PVERI. QVI. VOT. H. VITALIS MARANVS
ABVNDANTIVS. TELESFOR.

— Romae. Gori *Symbol. lit.* T. 4. *Praef.* p. XII. — Seq. pag., quae in altera lapidis parte similia fere incisa sunt, exhibentur. Incipit DOMNIS SANCTIS.

1) *Publio* Apro. 2) in altera: *Natal. Hab.* 3) in altera XIII.

CAPVT VI.

LVDI. RES SCENICA. CET.

2530.

1.	2.	3.	4.
CLODIA. A. F.	LASSIA M. F.	A. CLODIVS	A. CLODIVS A. F
SACERDOS	SACERDOS	M. F. PAL. SCRIBA	MEN. FLACCVS II VIR. I. D.
PVBLICA	PVBLICA	MAGIST. PAG. AVG.	TER. QVINQ ‖ TRIB MIL.
CERERIS D. D.	CERERIS D. D.	FEL. SVB.	A POPVLO.

5.
L. CELLIVS L. F.
MEN. CALVOS
DECVRIO
POMPEIS.

Sub quarta:

PRIMO DVOMVIRATV APOLLINARIB. IN FORO POMPAM ‖ TAVROS. TAVROCENTAS. SVCCVRSORES. PONTARIOS ‖ PARIA III. PVGILES.· CATERVARIOS ET PYCTAS. LVDOS ‖ OMNIBVS ACRVAMATIS PANTOMIMISQ. OMNIBVS ET ‖ PYLADE. ET HS. N. CCIƆƆ IN PVBLICVM PRO. DVOMVIRATV.

SECVNDO DVOMVIRATV. QVINQ. APOLLINARIBVS IN FORO ‖ POMPAM TAVROS. TAVRARIOS. SVCCVRSORES. PVGILES. CATERVARIOSS. POSTER. DIE SOLVS IN SPECTACVLIS ATHLETAS ‖ PAR. XXX. GLAD. PAR. V. ET GLADIAT. PAR. XXXV. ET ‖ VENATION. TAVROS. TAVROCENTAS. APROS. VRSOS ‖ CETERA VENATIONE VARIA. CVM COLLEGA. TERTIO DVOMVIRATV LVDOS. FACTIONE PRIMA ‖ ADIECTIS ACRVAMATIS CVM COLLEGA.

CLODIA A. F. HOC MONVMENTVM SVA IMPENSA ‖ SIBI ET SVIS. — (Pompeiis olim.) Gud. 106, 1. genuinum videtur. Cfr. Bimard in *Mur. proleg.* p. 12. et Burm. ad *Suet. Claud.* 21. p. 756. Hagenb. Notandum praeterea hoc inter ea monumenta Pompeiana, quae diu ante erutos e cineribus Seculo XVIII. Pompeios, eruditis nota erant, cuius generis est etiam N. 1370. Talia exeunte Seculo XVI. iam sub auspiciis Dominici Fontanae effossa esse necesse est, cuius

operae quomodo, praeposito forsitan sic iubente, ea in re versatae fuerint, prorsus nos fugit. Est res ulteriori examine digna.

2531. DIVO ANTONINO || PIO || C. EGNATIVS FESTVS AEDIL. II VIR || HVIC CVM PLEPS VRBANA LVDOS PVPL || EDENTI AD STATVAM SIBI PONENDAM || PECVNIAM OPTVLISSET. IS. HONORE || CONTENTVS IMPENSAM REMISIT || ET IMPETRATA VENIA AB ORDINE || PERVSINOR. OPTIMO MAXIMO PRINC || DE SVA PECVNIA POSVIT. CVIVS || OB DEDICATIONEM DARI IVSSIT || AB HEREDE SVO. DECVRIONIB || SING. HS. IIII N. PLEBI HS. II. N || L. D. D. D. — Perusiae. Grut. 256, 10. v. Maffei *Osservat. lett.* 5, p. 216. Vermiglioli *Iscriz. Perug.* 2. p. 251., cuius typum dedi.

2532. CN. VOESIO || CN. FIL. APRO || QVAESTORI AEDILI II VIRO || FLAMINI DIVI AVG. VI VIRO || AVGVSTALI. CVRATORI ANNON || TRIENNIO CONTINVO. CVRAT. MVNERIS PVBLICI GLADIATORI. IIII || QVOT IS TEMPORE HONORVM. CVI RARVMQVE SVARVM PLENISSIMO || MVNIFICENTIAE STVDIO VOLVPTATIB || ET VTILITATIBVS POPVLI PLVRIMA || CONTVLERIT. LVDVM ETIAM GLADI||ATORIVM ET SPOLIAR.[1] SOLO EMPTO || SVA PECVNIA EXTRVCTVM. PVBLICE OP||TVLERIT. CVIVS MERITIS POSTVLANTE POPVLO || STATVAM PVBLICE PONI PLACVIT. D. D. — Sub Praeneste. Grut. 489, 12.

1) de spoliario v. Lips. *Saturn.* 1, 18.

2533. . . . VERATIO A. F. PAL. SEVERIANO || EQVITI RÓM. CVR. REIP. TEGIÁNENSIVM.[1] ÁDLECTÓ IN ORDIN || DECVRION. CIVI AMANTISSIMÓ. QVI CVM PRIVILEGIO SACER||DOTÍ. CAENINENSIS MVNITVS POTVISSET AB HONORIB. ET MVNERIB || FACILE EXCVSARI. PRAEPOSITO AMORE PATRIAE. ET HONOREM AEDILITAT. LAVDABILITER ÁDMINISTRAVIT. ET DIEM. FELICISSIM. III. ID. IAN. NATALIS || DEI PATRÍ. N.[2] VENATIONE PASS.[3] DENIS BESTÍS.[4] ET IIII. FERIS DENT.[5] ET IIII. PARIBVS || FERRÓ DIMICANTIB. CETEROQ. HONESTISSIM. APPARATV. LARGITER EXIBVIT || ÁD HONOREM QVÓQVE DVVMVIRATVS ÁD CVMVLANDA MVNERA PATRIAE || SVAE LIBENTER ACCESSIT. HVIC CVM ET POPVLVS IN SPECTACVLIS ADSIDVE || BIGAS STATVI POSTVLASSET. ET SPLENDIDISSIM. ORDÓ MERITÓ DECREVISS || PRÓ INSITA MÓDESTIA SVA. VNIVS BIGAE HONORE CONTENT. ALTERIVS || SVMPTVS REIP. REMISIT. || L. D. D. D. C. I.[6] — Neapoli. Grut. 484, 6.


1) Teglanum Campaniae opp. v. Mannert *Italien* 1. p. 782. 2) de Herculis natali intellexit Reines. Iulii Caesaris natalem contra significari censet Gud. Sed is natus IV. Idus. Quinctil. ita ut III. Id. Ian. ille celebrari omnino non posset: nec Deum patrium conditorem Coloniae dictum fuisse probabile est. *Natalem Herculeum* memorat Auson. *Eid. de feriis Romanis* v. 24. 3) passerum i. e. struthionum. (?) Reines. 4) leonibus. 5) feris dentatis i. e. elephantis. 6) Coloniae Iuliae.

2534. Editiones munerum gladiatoriorum haud raro memorantur Mur. 615, 2, 4. (XX PARIA GLADIATORVM DATA PRO SALVTE CAESARVM. in lap. Hispaniensi. ib. 612, 3.) Eaedem cum *epulatione* coniunctae erant. 615, 4. vel cum *congiario* v. c. modiorum binorum. ib. 3. vel *oleum* insuper distribuebatur. ib. 615, 3. vel *pecunia.* v. c. DECVRION. SING. HS. VIII. ET CETERIS VTRIVSQVE SEXVS HS. IIII. 615, 4. *Munerarius*, qui ludos edebat. Mur. 616, 1. idem: *Curator muneris publici* 617, 6. E fragmento apud Visconti *Ienkins* p. 79. anni p. Chr. 22. haec notanda: K. AVG. HONOR P. D. LVDOS. IN. FORO ‖ PER IIII FECERVNT. (*honor publice datus — per quatriduum*) — K. AVG. HONOREM. EDEDERVNT (*sic*) LVD ‖ PER IIII FECERVNT. IIII. PRIMI ‖ NATALE. IVLIAE. AVGVSTI., ubi *honor* significat *munus*.

2535. LOCA·N D.[1]) IN CIRC ‖ SEX. IVL. IANVARIVS ‖ AEDIL. DAT. — Lugduni. Maffei *Mus. Ver.* 412, 1.

1) i. e. loca numero quingenta.

2536. In celeberrimo Amphitheatro Polensi singulis fere locis sive subselliis dominorum, ad quos pertinebant, nomina per literarum compendium sunt insculpta. v. Stancovich *Anfit. di Pola* p. 34. v. c.:



Contra erat Romae, temporibus saltem Ciceronis. Cfr. *de Finn.* 3. §. 67. *theatrum ut commune sit, recte tamen dici potest, eius esse eum locum, quem quisque occuparit.*

Ex Actis fratrum Arvalium huc facit pars Tabulae XXIII. ap. Marini p. CXXX., quem consule omnino:

2537. LOCA ADSIGNATA IN AMPHITHEATRO ‖ L. AELIO PLAVTIO LAMIA. Q. PACTVMEIO FRONTONE COS[1]) ‖ ACCEPTVM AB LABERIO MAXIMO PROCVRATORE PRAEF. ANNONAE ‖ L. VENNVLEIO APRONIANO MAG.[2]) CVRATORE THYRSO L ‖ FRATRIBVS ARVALIBVS MAENIANO I. CVN.[3]) XII. GRADIB. MARM. VIII. GRADV I. P. V ‖ GRAD. VIII. PED. V ≈ }.[4]) F. PED. XXXIIS.[5]) GRADV I. VNO PED. XXIIS. ET MENIANO[6]) SVMMO ‖ II CVN. VI. GRADIB. MARM. IV. GRADV I. VNO. P. XXIIS. ET MAENIANO ‖ SVMMO IN LIGNEIS. TAB.[7]) LIII. GRADIBVS XI. GRADV I. PED. V ≈ ≈ } ∼[8]) GRAD ‖ XI. PED. VS ≈ ≈ ∼)[9]) F. PED. LXIIIS ≈ ≈ ∼ }[10]) ‖ SVMMA. PED. CXXVIIIIS ≈ ≈ ∼ }.

1) p. Chr. 80., quo Amphitheatrum Titi est dedicatum. 2) *magistro.* 3) *cuneo.* 4) *Pedes* V. *quadrantem, semuncium, sicilicum.* 5) *faciunt ped.* XLII. *semis.* 6) Sic h. l. scribitur, sed praestat per diphthongum *ae.* 7) *tabulatione.* 8) *trientem, semuncium.* 9) *Pedes* V, *deuncem, sicilicum.* 10) *faciunt pedes* LXIII. *deuncem, semunciam.* — De amphitheatro Brixiano, cuius levia quaedam vestigia nuper reperta sunt, docte disputavit Labus *Dissertaz.* p. 71.

2538. Corollarii loco, dabo etiam titulum Amphitheatri Veliterni, quem nec ipse Cardinalis (*Iscriz. Velit.* p. 44.) explicavit:

DDNNVALENTINIANOETVALENTESENPERAVGG ‖ LOLCYRIVSPRINCCVRETERITORDVODENADEPROPIOSV....‖VETVSTATEMCONLAPSVMATSTATVMPRISTINVMRE ... ‖ AMPHITHEATRVMCVMPORTISPOSTICIISHOMNEMFABRE ... ‖ ARENENEPVSLOLCYRIPRINCCVRETANTEERETORISFILIVS ...‖ CLAVDIPRINCETPATRONICVRIAEPRONEPOSMESSIGORG .... ‖ PRINC FILICITER.

2539. Tesserae vero theatrales huiusmodi erant:



1) Cavea, cuneo, gradu. v. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 216.

2540. In margine podii Amphitheatri Pompeiani hae leguntur inscriptiones:

MAG. PAG. AVG. F. S.[1]) PRO LVD.[2]) EX D. D.
T. ATVLLIVS C. F. CELER. II. VIR. PRO. LVD. LV. CVN. F. C. EX D. D.
L. SAGINIVS II. VIR. I. D. PR. LV. LV. EX D. D. CVN.
N. ISTACINIVS. N. F. CIN. II VIR. PRO LVD. LVM.
A. AVDIVS. A. F. RVFVS. II VIR. PRO LVD.
P. CAESETIVS. SEX. F. CAPITO. II. VIR. PRO LVD. LVM.
M. CANTRIVS. M. F. MARCELLVS. II. VIR. PRO. LVD. LVM.
CVM. COS. III.[3]) F. C. EX D. D. — Romanelli *Viaggio a Pompej.* T. 1. p. 263.

1) *Magister s. Magistri Pagi Augusti Felicis Suburbani.* Scil. sequentes omnes illius *Pagi magistros* fuisse arbitratur Romanellius: mihi unus potius pagi magister, cuius nomen evanuerit, memorari videtur, quum reliqui fuerint duumviri I. D. ipsius coloniae Pompeianae. 2) *pro ludis* ambiguum est, utrum significet in ludorum usum, an potius lumina et cuneos exstruxerint pro ludis, vice ludorum, quos alias edere debuissent; (LVMina CVNeos.) 3) CVM. COS. III. neque Romanellius interpretatus est, neque ego explicare queo. Fuitne CVNEOS *tres?*

2541. Pompeiis haec quoque inscriptio sub tabula gladiatores exhibente reperta est:

TETRAIDES. PRVDES
PRVDES I.[1]) XIIX. TETRAIDES L.[2]) XI.

Infra, literis minoribus:

ABIAT VENERE BOMBEIANA IRADAM QVI HOC LAESARIT. von Goro p. 106.

1) Invictus. 2) Lapsus, explicant.

2542. T. IVLIO T. F. VOL. DOLABELLAE ‖ IIII VIR AB AERAR. PONTIF ‖ PRAEF. VIGIL. ET ARMOR ‖ SACRA SYNHODOS NEAPOLI CERTAMINE QVINQVENNALI DEC. (*Sequuntur inscriptionis Graecae lacerae quaedam reliquiae, quae rursus altera Latina excipit, non minus male habita.*) — Nemausi. Donati 1. p. 89, 2. *Sacra* illa *Synhodos* illustratur sequenti marmore:

ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ	*ΜΗΣΑΝ Τ. ΙΟΥ. ΜΕ*
ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΚΑΙ ΟΙ	*ΝΑΝΔΡΟΝ ΑΥΡΗΛΙΑ*
ΝΕΟΙ ΚΑΙ Η ΘΑΥΜΠΙ	*ΝΟΝ ΜΕΤΑ ΠΟΛΛΑΣ*
ΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΩΝ	*ΑΡΧΑΣ ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡ*
ΑΠΟ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕ	*ΓΙΑΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥ*
ΝΗΣ ΙΕΡΟΝΕΙΚΩΝ ΚΑΙ	*ΣΑΝΤΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕ*
ΣΤΕΦΑΝΕΙΤΩΝ ΕΤΙ	*ΩΣ ΕΠΙΦΑΝΩΣ.*

— Magnesiae ad Maeandrum. Cuper *Lettres* p. 281. Cfr. praeterea in Hadriani Epistola ap. Grut. 316, 1. *ΣΥΝΟΔΩ ΞΥΣΤΙΚΗ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΘΛΗΤΩΝ ΙΕΡΟΝΕΙΚΩΝ ΣΤΕΦΑΝΕΙΤΩΝ.*

2543. ...MIO[1]) L. F. VOL ‖ ROMANO EQ. PVBL ‖ ALLEGINV ‖ ...R. LVPERCOLLAM ‖ PROVINCIA. NARBONEN ‖ PRAEF. COHORTIS II ‖ ROMANAE VASCONVM ‖ CIVIVM ROMANORVM ‖ SAMIVS MATERNVS ‖ ALVMNVS L. SAMII EVTICI ‖ ARCHIEREVS SYNHODI. — Nemausi. Mur. 2038, 1.

1) Initium saxi ruptum facile suppleo L. SAMIO, gens enim *Samia* repetitur. v. antepen. et penult. Ex EVTICI Mur. in Ind. nom. retulit *Euticius;* malim ipse Euticus, i. e. Eutychus. Versuum tertii et quarti tenebras dispellere coepit Muratorius legens ALLECTO IN V DECVRiam, cetera non attingens, quae hoc modo sua radiant nobis luce: LVPERCO. FLAMini *Provinciae Narbonensis.* Emendationem meam optime firmat aliud saxum Nemausense in Grut. 470, 6. cum Muratoriano hocce omnino componendum; unde videas, quantum iuvet eorundem locorum saxa inter se conferre. Quod Fabrett. p. 457. de saxo Gruteri notat, de saxo Muratorii quoque locum habet, Lupercos hosce nesciri, ubi sacerdotium hoc suum gesserint, Romaene an in colonia Nemausensi; nisi ex loco non expresso urbanos potius quam colonicos fuisse colligas; ut *Decuriae V. iudicum* de urbanis iudiciis quoque accipiendae. *Archiereus Synhodi* Muratorio est Pontifex Conventus Vrbium Galliae Narbonensis. Male. v. Grut. 313, 8. et 330, 3., quosque ibi citatos invenies de Synhodo Scenicorum Falconerium, Salmasium, Spanhemium. HAGENB. Mss.

2544. IMP. CAESARI ‖ DIVI HADRIANI FIL ‖ DIVI TRAIANI ‖ PARTHICI NEPOTI ‖ DIVI NERVAE PRONEP ‖ T. AELIO HADRIANO ‖ ANTONINO AVG. PIO ‖ PONTIF. MAX. TRIB. POT. V[1]) ‖ IMP. II. COS. III. P. P ‖ CONSTITVTORI SACRI ‖ CERTAMINIS SELASTICI[2]) ‖ SOCII. LICTORES. POPVLARES. DENVNCIATORES PVTEOLANI. — Malphiae. Grut. 254, 4.

1) p. Chr. 142. 2) i. e. Iselastici.

2545. T. ANCHARIO T. F. PAL. PRISCO || AED. QVAEST. II VIR. QVAEST. ALIMENT || HVIC PRIMO II VIR. BIGA POSITA OB EXIMIAS LIBERALITATES ET ABVN||DANTISSIMAS IN EXEMPLVM 1) LARGITIONES. ET QVOD EX INDVLGENTIA AVG. OCTIES SPECTACVLVM GLADIATOR || EDIDERIT. AMPLIVS LVDOS FLORALES. OB HAEC MERITA || PLEBS VRBANA .... CVIVS DEDICATIONE || T. ANCHARIVS PRISC. FIL. AEDILIS QVAESTOR || ADSEDENTE PATRE GLADIATORVM PARIA TRIGINTA || ADIECTA VENATIONE ... LEGITIMA EDIDIT || L. D. D. D. — Romae. Grut. 352, 1.

1) ita Velseri schedae. Cfr. Grut. 1103, 4. correctius ap. Donium p. 163, 16. (Mur. 608, 1. et 671, 4.) quod placuit etiam Hagenbuchio. Grut. SINE EXEMPLO.

2546. (*Nomina Libertorum* XIII.) LVDOS LATINOS ET GRAECOS FECER. VI. V. IIII. III PR. K. ET K. MART || ET POPVLO CRVSTVLVM ET MVLSVM DEDERVNT || M. ASINIO AGRIPPA COSSO CORNELIO LENTVLO — COS. 1) — Romae. Guascus T. 1. p. 142, 71.

1) p. Chr. 25.

Fragmentum:

2547. ... IDEM BASILICAM IN QVA TABVL. MVNERIS AB EO EDITI || POSITAE SVNT. CONSVMMAVIT. LVDOS PALMARES OB DEDICATIO||NEM EARVM. NOMINE EVPLOEAE SVAE EXHIBVIT. PORTICVM || OMNI ORNATV ELEGANTIAE. IN QVA EDITIO PRIMI LVSTRI MVNERIS || QVINQVENNAL. MVNIFICENTIA PRINCI||PALI CONTINETVR EX VOLVNTATE || EVPLOEAE SVAE FECIT. — Beneventi. Murat. p. 619, 3. correctius ap. de Vita p. 273. Cfr. Kool ad Gud. p. CXI, 5. et de Vita l. l. de ludis palmaribus.

2548. In fragmento Sponiano (p. 39, 1.) POPVLO GYMNASIVM EPVLVM DEDIT. Item ap. Maffei *Mus. Ver.* 456, 5. AGENTI 1) || APOLLINI AVG. SACR || D. FVNDANIVS PA. 2) PRIMIANVS. FVNDANI. FELICIS || AEDILICI. FIL. FVNDANI. PRIMI. FL. P. 3) NEPOS || AEDILIS OB HONOREM AEDILITATIS QVEM ET. 4) ORDO || SVVS SVFFRAGIO DECREVIT HANC STATVAM. IMITA||TVS PATRIS EXEMPLVM HS. VIII MILLIBVS N. SVA LIBERALITATE NVMERATA PRIVS A SE REIPVBLICAE || SVMMA HONORARIA POSVIT EANDEMQVE DEDICA||VIT. ET OB DEDICATIONEM SIMVL CVM M. ANNIO MEMI||ANO COLLEGA SVO LVDOS SCAENICOS ET GYMNASI||VM POPVLO. AEPVLAS DECVRIONIBVS DEDIT. D. 5) D. D. — Zaguan prope Tunetum. Maffeii typum supplevi et passim emendavi ex Shaw *Voyage* T. 1. p. 231.

1) de eiusmodi genitivis cognominum extra titulos v. Fabrett. p. 101. 2) PAP. tribu vel P. F. Hagenb. 3) *Flaminis perpetui:* quod munus in saxo Tunetano ap. Spon 191, 3. Id. 4) leg. EI. Id. 5) lege L. D. Id.

2549. * MEMORIAE || SEX. VIGELLI. AQVINAT. QVI || ANN. ATTIGIT. CENTENS || SET ALTERVM ET NONAGENS || PER-

PET. INOFFENSA VALETVD || EXEGIT. RELIQVOS SEPTEM ET D. XIIX || DECVBVIT ET OCCVBVIT || NAT. LVD. SAECVL. VIII. OBIIT SEQVENT. — In Casinati agro. Grut. 926, 8. v. Manut. ad Cic. *Ep. ad Div.* 12, 25. p. 112. Graev. Norisium T. XI. *Graev.* p. 493—495. Habet Scal. *Em. Temp.* p. 183. Hagenb. — Mihi admodum suspecta est; nimia enim miracula continet, ineptumque lusum in *decubuit et occubuit*.

2550. De ludis secularibus fragmenta duo exhibet Grut. p. 328.

2551. L. POETELIVS. P. L || SYRVS || LANISTA AD AR. FORIN[1]) || AR. ROM.[2]) D. D. VIX || ANN. XLIIX || H. S. E. — Romae. Grut. 333, 1.

1) Aras Forinarum. Varroni et Festo dicuntur Furinae. Grut. 2) *Aram Romae* hic reperit Scal. *Ind.* 2. Sed manifesto iungendum est: *ad Ar*(am) *Forinar*(um) *Rom*(à) scil. oriundus. vel *Romanus*, ut Grut. 333, 2. ubi *Negotiatorem familiae Gladiatoriae* habes.

2552. DIS MANIBVS || CORNELIAE FRONTINAE || VIXIT ANNIS XVI. M. VII || M. VLPIVS AVG. LIB. CALISTVS || PATER. PRAEPOSITVS ARMAMENTARIO || LVDI MAGNI ET FLAVIANICE CONIVXS || SANCTISSIMA. FECERVNT SIBI || LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR. — In via Appia. Mur. 620, 4.

2553. EVTYCHVS AVG. LIB. NERONIANVS MEDICVS LVDI MATVTINI[1]) FECIT SIBI ET IRENE LIB || CONIVGI CARISSIMAE BENE MERITAE ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 335, 2. et 3.

1) „v. Reines. ad I. 157. p. 181. Lips. *Opp.* T. 3. p. 909. Zach. *Excurs. lit.* p. 192." Hagenb.

2554. CLAVDIVS AVG. LIB. AGATOCLES (*sic*) || MED. LVD. MAT.[1]) FECIT || SIBI ET CLAVDIO LANIS.[2]) AVG || ET PRIMITIVO CVRATORI || SPOLIAR[3]) || ET THELESPORO (*sic*) RETIARIO. S. V. T. L.[4]) — Romae. Donati 2. p. 465, 10.

1) *medico ludi matutini.* 2) *lanistae.* 3) *spoliarii.* 4) *sit vobis terra levis.*

2555. Inscriptiones gladiatoriae in Opere musivo Romae asservato apud Marini *Atti* 1. p. 165.:

1) ASTIANAX. VICIT. KALENDIO Θ.[1])
ASTIANAX. KALENDIO Θ. SIMMACHI
2) NE CO HAEC VIDEMVS[2]) HOMO FELIX
HABILIS MATERNVS Θ
QVIBVS PVGNANTIBVS SIMMACHIVS FERRVM
MATERNVS HABILIS MISIT.

1) vide Millin *Pompeï* p. 36., ubi similis inscr. Pompeiis 1812. reperta adfertur: *Θ*, i. e. mortuus est. 2) ne coram haec videamus (?) Millin ibid.

In Pompeianis hae quoque memorabiles:

2556. N. POPIDI || RVFI. FAM. GLAD. IV. K. NOV. POMPEIS || VENATIONE ET XII K. MAI || MALA[1]) ET VELA ERVNT. O.[2]) PROCVRATOR. FELICITAS.[3]) — Romanelli *Viaggio a Pompej.* T. 1. p. 82.

1) i. e. antennae, perticae; sic etiam in alia Pompeiana ib. p. 80. *mala* pro *mali*. 2) Octavius, vel Onesimus, vel simile quid. Romanelli. 3) acclamatio, ut alias *Feliciter*. Idem Popidius Rufus, quam gratus fuerit popello Pompeiano, ex hac colligitur:

2557. POPIDIO RVFO INVICTO. MVNIFI[1] ‖ R. III.[2] DEFENSORIBVS ‖ COLONORVM. FELICITER. — ibid.

1) *munifico* ut in fragm. ibid. p. 241. 2) *reliquis tribus*. Romanelli. In fragm. ap. eund. p. 81.: GLAD. PARIA XXX . . , MATVTINI ERVNT. — Obscurum est sequens Pompeianum: (Romanelli T. 1. p. 248.)

2558. VIII. KAL. FEB. II. IIII. V. TABVLAS POSITAS IN MVSCARIO CCCVIIII. SS. CCCC. XXX.

2559. N. FESTI AMPLIATI ‖ FAMILIA GLADIATORIA PVGNA . . ITERVM PVGNA. XV. K. IVN. VENAT. VELA[1] — Pompeiis. Millin *Mag. Encycl.* 1814. T. 3. p. 407.

1) scil. in amphitheatro erunt. Cfr. Fabrett. p. 39 202.

2560. M. SIL. L. NO. B. COS.[1]
A. D. X. K. NOV.
MARCELLINVS. Q. MAX.[2]
TASVCIO. V.[3]

— In quattuor lateribus tesserae eburneae, prope Romam repertae. Caylus *Recueil.* T. 3. p. 290.

1) M. Silano, L. Norbano Balbo Coss. u. c. 772. 2) Marcellinus Gladiator Q. Maximi. 3) f. vicit.

2561. PELOPS ‖ PETILI ‖ SP. ME. QVI. CN. LE. L. PHIL. COS.[1] — Romae. Marini *Atti* 2. p. 823.

1) Cn. Lentulo, Lucio Philippo Coss. a. u. c. 698. Antiquior etiam est alia anni 680. apud Mur. 291, 3. Saxii *Misc.* 4. p. 44.

2562. L. STLACCIVS ‖ BASSVS ‖ SP. ID. IVN ‖ M. LICIN. CN. LENT. — Romae. Fabrett. p. 39, 201. p. 40, 205.: PHILODAMVS ‖ IVLI. SP. A. D. III. KL. FEB. M. VAL. CN. DO.

2563. HYLIVS ‖ CAEDICI ‖ SP. K. FEBR ‖ L. ARRVN. M.... FAVSTVS ANTONI. SP. K. APR. M. LEP. L. ARR. COS.[1] — Tesserae gladiatoriae ap. Oderic. p. 185. qui SP. interpretatur *spectatus*: quamvis in alia ap. Pignor. *de Serv.* C. 156. et Fabrett. p. 38, 188. legatur: ΠILOMVSVS. ΠERELI. SΠECTAVIT. modo sincera sit.

1) u. c. 759.

2564. SPECTAVIT significaret: „manumissus ipse spectavit." v. Morcell. *St.* 1. p. 417. Confirmatur hoc quidem inscript. Graeca in insula Thaso reperta, ubi Essedariorum et Myrmillonum post certum victoriarum numerum manumissorum mentio fit. v. Archaeologia T. 1. p. 333. (Gladiatorii igitur ludi in Graeciam quoque penetraverunt, retentis nom. Latinis Ἐσσεδάριοι, Μορμιλλόνες. Cfr. Spon 347, 78. ubi praeterea *ΘΡΑΙΞ.*) Alteram tamen interpretationem SPECTATVS non sine probabilitatis specie nuper defendit Amati *Giornale Arcad. Ottobre* 1826. p. 104., exhibens hanc tesseram gladiatoriam eburneam Romae repertam:

2565. FLORONIVS ‖ ROMANVS ‖ SP. K. DEC ‖ L. CAN. Q. FABR. COS. (L. Caninio Gallo, Q. Fabricio, consule suffecto in locum M. Agrippae, u. c. 717.) „*Le picciole taglie quadrilatere di avorio o di osso erano visibili documenti di morte per essi gladiatori ad altri recata, o almeno di sanguinosa vittoria ottenuta con atterrar l'avversario* ecc."

2566. IMP. CAES. L. AVRELIO. COMMODO. M. PLAVTIO. QVINTILLO COS[1]) ‖ INITIALES. COLLEGI. SILVANI. AVRELIANI ‖ CVRATORES. M. AVRELIVS. AVG. LIB. HILARVS. ET. COELIVS. MAGNVS. CRYPTARIVS.

DEC. I.	DEC. II.
BORYSTHENES THR. VET.[2])	VITVLVS MVR. VET
CLONIVS. HOPL.[3]) VET.	DEMOSTHENES. MANICAR.
CALLISTHENES THR. VET.	FELICIANVS RET. TIR.
ZOSIMVS ESS.[4]) VET.	SERVANDVS RET. TIR.
PLVTION ESS. VET.	IVVENIS MVR. SP.[9])
PERTINAX 7[5]) RET.[6]) VET.	RIPANVS 7 RET. TIR.
CARPOPHORVS MVR.[7]) VET.	SILVANVS 7 RET. TIR.
CRISPINVS MVR. VET.	SECVNDINVS PROV. TIR.
PARDVS PROV.[8]) VET.	ELEVTHER. THR. TIR.
MILETVS MVR. VET.	PIRATA VNCT.
DEC. III.	DEC. IIII.
BAROSVS 7 RET. TIR.	APRILIS PAEGNIAR
AEMILIANVS 7 RET N.	ZOSIMVS THR. SP[9])
VLPIVS EVPORAS	
PROSHODVS 7 RET TIR.	
AVRELIVS FELICIANVS	
AVRELIVS FELIX	
ZOILVS PAGAN	
FLAVIVS MARISCVS	
FLAVIVS SANCTVS	
DIODORVS PAGAN	

FELICI IMPERATORI OMNIA FELICIA. SALVO COMMODO FELIX FAMILIA ‖ SILVANVM AVGVSTVM FAMILIA RESTITVIT DEDICANTE ‖ SEVERIANO. MAXIMO. PROCVRANTE. FELICITER ORDINI ‖ POTESTATIVM ET CVLTIS DOCTORIBVS ‖ CVRANTE MARCO AVRELIO AVGVSTI LIBERTO EVPORAN ‖ MAXIME COMMODIANE. ABIAS (*sic*[10])) PROPITIVM CAESAREM. — Romae. Donati p. 171, 3. et 236, 2. sed correctius in Marini *Iscriz. Alb.* p. 12.

1) p. Chr. 177. 2) Threx Veteranus. 3) Hoplomachus. 4) Essedarius. 5) Centuriae signum. 6) Retiarius. 7) myrmillo. 8) provocator. 9) spectatus. 10) habeas. Consule praeterea Rudolphini Venuti *Coniecturas in duas Inscriptt. gladiatorias.* Romae 1756. 4. D. I. Scutilli *commentatt.* in easdem. ibid. eod. F. A. Vitale *Dissertat. in binas vett. inscriptt.* ibid. 1763. 4.

2567. D. M ‖ PVRRICINIA.[1]) IVVENI[2]) PROVOCANTI.[3]) CONIVCI.[4]) BENE MERENTI ‖ FECIT QVI VIXIT ANNIS XXI.

IN LVDO A‖NNIS. IIII. PVGNAS ‖ V.[5]) — Patavii. 1819. Gius. Furlanetto *lettera epigrafica al ch. sig. dott. Gio. Labus.* Padova 1819.

1) Sic manifesto typus, non *Purricina.* 2) h. l. nomen proprium. 3) Provocantes sive Provocatores, gladiatorum genus, memorantur Ciceroni *pro Sextio* C. 64. Artemidoro *Onirocrit.* 2, 33. in Inscriptt. praecedente, apud Fabrett. p. 234, 614. et 615. Gori *Etr.* T. 1. p. 371. v. Furlanettum, virum doctissimum, mihique Bergomi probe amiceque cognitum l. l. 4) *coniugi.* 5) *Pugnas quinque* scil. *sustinuit*, vel *tulit.* Fortasse legendum ex Furlanetti iudicio PVGNAR*um*, uti est in aliis inscriptt. apud Donat. p. 244, 5. Maffei *Mus. Ver.* 125, 4. Grut. 333, 4. Fabrett. p. 709, 307.

2568. D. M ‖ ANTIGONI ‖ PROVOK[1]) ‖ VERVS DOCTOR ‖ POSVIT. — Brixiae. Labus *Dissertaz.* p. 78.

1) Provocatori.

2569. Similes sunt Inscriptt. Venusinae mutilae ap. Fabrett. p. 39, 202. et 203. (cfr. p. 62.) et correctius ap. Lupulum p. 330.:

..AMILIA GLADIA.. ‖ . SALVI CAPITONIS A.. ‖ HIC SITA ‖ EQ ‖ MANDATVS RAB. III. 7. II. cet. Ex quibus prodeunt: EQ*uestres* (?) vel EQ*uites*, Threces, Myrmillones, OPL. i. e. Hoplomachi, VEL*ites* (?) an Velarii, Retiarii, Scissores, Samnites, et Galli. — Equestres quidem vix puto dixisse hoc sensu Latinos; Velitum quoque nomen, quum in Inscriptionibus alias nusquam reperiatur, in rem gladiatoriam inferre equidem nolim; quocirca *Velarios*, velo quocunque demum modo tectos, gladiatores praefero. De Velitibus Muratorii 817, 7. agendi locus erit in capite de Re Militari. Orellius.

2570. Singulare genus est VICTORVM. v. Plin. H. N. 36, 15. Lips. *Sat.* 2, 16.

M. BASSAEO M. F. PAL ‖ AXIO ‖ PATR. COL. CVR. R. P. II VIR. MVNIF[1]) ‖ PROC. AVG. VIAE OST. ET CAMP ‖ TRIB. MIL. LEG. XIII. GEM. PROC. REG. CALA‖BRIC. OMNIBVS HONORIBVS CAPVAE FVNC ‖ PATR. COL. LVPIENSIVM.[2]) PATR. MVNICIPI ‖ HVDRENTINOR.[3]) VNIVERSVS ORDO MVNICIP ‖ OB REM PVBL. BENE AC FIDELITER GESTAM ‖ HIC PRIMVS ET SOLVS VICTORES CAMPANI‖AE PRETIS. ET AESTIM. PARIA GLADIAT. EDIDIT.[4]) ‖ L. D. D. D. — Hydrunti olim, ut videtur, nunc Neapoli. Grut. 374, 5. correctius ap. Mazoch. *Comment.* Polen. T. V. p. 627., cuius adnotatt. consule; et Romanelli *Topogr.* 2. p. 87. v. Burmann. *Poët. Lat. min.* T. 2. p. 425.

1) Sic Mazoch., ut sit *munificentissimo.* Grut. MVNIC*ipii.* Rectius. 2) *Lupiae*, hodie *Lecce.* 3) nota hanc scribendi rationem pro vulgari *Hydruntinorum* (*Otranto.*) 4) i. e. eiusmodi tantummodo gladiatores, qui victoriis ante reportatis insignes essent, pretiis et aestimatione (*point d'honneur*) inductos inter se commisit, ex iis paria gladiatorum edidit.

2571. FLAMMA SEC.[1]) VIX. ANN. XXX ‖ PVGNAT XXXIIII. VICIT. XXI ‖ STANS[2]) VIIII. MIS.[3]) IIII. NAT. SRVS[4]) ‖ HVI[5]) DELICATVS COARMIO FECIT. — Panormi. Torremuzza p. 63, 8.

1) Secutor. 2) stetit, anceps victoriae. 3) missus est. Cfr. N. 2681. et 2593. *remissus.* 4) Syracusanus. 5) huic.

2572. D. M ‖ VRBICO SECVTORI ‖ PRIMO PALO[1]) (*sic*) NATIONE FLO‖RENTIN. QVI PVGNAVIT XIII ‖ VIXIT ANN. XXII.

OLYMPIAS ‖ FILIA. QVEM RELIQVIT M. EST. V[2]) ‖ ET FORTVNESIS[3]) FILIAE ‖ ET LAVRICIA VXSOR ‖ MARITO BENEMERENTI ‖ CVM QVO VIXIT ANN. VII ‖ TE MONEO. VT QVIS. QVEM VICE‖RIT ... OCCIDIT ‖ COLENT. MANES AMATORES IPSIVS.[4]) — Mediolani. Gud. 290, 1. et Mur. 617, 1.

1) Ita Gud. recte. Mur. *Primo Pilo*. v. Marini *Atti* 2. p. 694. 2) *mestum* Mur. 3) *Fortunetis* id. 4) TE MONEO. VT QVISQVEM ‖ NORIT .... AMATOR ‖ V. S. id.

2573. TROPHIMVS AVGVSTI L ‖ SECVNDA AVDIS.[1]) FAMILIAE GLADIATORIAE. ‖ CAESARIS LVDI MAGNI SIBI ET ‖ PVLLIENAE M. F. BASSILLAE VXORI CARISSIM. cet. — Extra Romam. Mur. 619, 5.

1) Lege *Secunda rudis*, ut Grut. 57, 8. Hagenb.

2574. D. M ‖ Q. TITIO LATHRICO ‖ SECVNDAE RVDI[1]) ‖ CAESARVM ‖ FECIT NYMPHIDIA ‖ QVARTINA. VXOR ‖ BENE MERENTI. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 682.

1) *Secunda rudis*, qui inter gladiatores secundas partes tenet, ut ap. Donium p. 382, 12. SVMMA RVDIS, qui primas:

2575. DIIS MANIBVS ‖ CORNELIO EVGENIANO ‖ SVMMARVDI ‖ ET CORNELIAE RVFINAE ‖ PARENTIBVS DVLCISSIMIS ‖ FILIA FECIT. — Romae. Habet etiam Murat. 1252, 4.

2576. DIIS MANIBVS. SAC ‖ CALLISIO IRAECI[1]) TREB[2]) ‖ FECIT SPECES EQVES[3]) ‖ CONS.[4]) BENEMERENTI. — Thermis in Sicilia. Murat. 611, 2. Hagenb. *Epp. Epigr.* p. 11.

1) Traeci, i. e. Threci gladiatori. Hag. 2) Trebonii v. c. servo. Cum iisdem mendis repetit ex Gualterio Torremuzza *Inscr. Sic.* p. 178, 29. Pro CALLISIO f. legend. CALLISTO. 3) Eques, fortasse etiam Equester, pro Andabata. Hag. sed vide mox. 4) i. e. Conservo, nota alibi quoque a Muratorio aliisque haud intellecta. Cfr. Hagenb. *de Dipt. Brix.* p. 134.

2577. ANDABATAE minime sunt gladiatores in equis pugnantes, sed potius, quorum caput tectum erat galea s. casside sine apertura ante oculos, ita ut veluti caeci depugnarent, eoque risum moverent spectatoribus. v. Millin *Pompei* p. 12. Qui in equis pugnabant, *equites* nominabantur; v. Fabrett. Cap. 1, 102. supra N. 2569.

2578. D. M ‖ GENERO‖SO RETIARI‖O INVICTO ‖ PVGNARVM XXVII N ALE‖XANDRIN. QVI PVGNAVIT VIR.... — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 125, 4.

2579. DIS INIQVIS ‖ QVI RAPVERVNT ‖ ANIMVLAM TM[1]) ‖ INNOCVAM ‖ L. TETTI ALEXANDRI ‖ IS V. A. V. D. XI ‖ MVSCAE CHARITO SO‖SISSINAE BENEDIC‖TO VENEMERENT ‖ THREPTION. CAES. N ‖ DOCTOR[2]) THRAEC ‖ FECIT. — Romae. Fabrett. p. 189, 434.

1) tuam. 2) doctor h. l. qui Thraeces gladiatores ad mutuam lanienam instituebat. Ita: DOCTOR SECVTORVM — SAGITTARIORVM. ap. Fabr. p. 234. 613. et 616.

2580. A. POSTVMIVS ‖ ACOEMITVS ‖ DOCTOR MYRMILLON. — Placentiae. Mur. 2019, 6. Donati 2. p. 321, 5.

2581. *In summo marmoris margine:*

M. ANTONIVS EXOCHVS ||

infra:

THR[1]) || M. ANTONIVS EXOCHVS NAT || ALEXANDRINVS || ROM. OB TRIVMP || DIVI TRAIANI DIE $\overline{II}$[2]). || TIR. CVM ARAXE CAE || ST. MISS[3]) || ROM. MVN. EIVSD. DIE $\overline{VIIII}$ FIMBRIAM || LIB. $\overline{VIIII}$.[4]) MISS. FE[5]) || ROM. MVN. EIVSD . . . . . — Romae. Grut. 335, 5. Fabrett. *Col. Traian.* p. 256.

1) Threx. Ita Mur. 1751, 4. TELEPHVS SAMNES NATIONE, THRAEX. 2) *die secundo* scil. triumphi *Tiro.* ita Fabrett. recte. Perperam Scal.: *Die $\overline{II}$. tirocinii.* 3) *caestibus missus.* Fabr. 4) *Librorum novem;* qui gravissimis caestibus, novem librarum pondo depugnare solitus erat.? Fabr. Pertinet huc Mur. 1502, 5. Brixiae:

2582. D. M || AMICI POSVE||RVNT THRECI || VOLVSERO || LIB. $\overline{VIII}$. — de quo Hagenb. Mss. in epistola ad Maffeium. $\overline{III}$. Idus April. 1750.: „Ultima huius saxi, *Lib. $\overline{VIII}$.* qui mihi explicabit, eum valde amabo. Formula cogor uti antiqua: *Non liquet.* Novi Fabretti interpretationem l. l.; sed acutior, quam verior mihi videtur. — Addo, fortasse et siglam Graecam *ΕΛΕΥ.* ap. Spon 347. num. 78. cum saxorum Latinorum *Lib. $\overline{VIIII}$.* et *Lib. $\overline{VIII}$.* posse conferri; quique siglas Latinas enodet, eundem et Graecam enodaturum esse. *ΕΛΕΥ.* in *Siglis* tuis *Graecis* p. 51. nullo addito exemplo occurrit: pertinere vero ad Sponianum, quod citavi, monumentum ex pag. demum tua p. 71. manifestum fit" cet.; Cfr. Corsini *Not. Gr.* p. 1. 18. 20. 50. et 65. (Spon l. l.) Mileti:

ΜΟΥΡΜΙΛΛΩΝ || *ΚΕΡΑΜΥΛΛΟΣ* || *ΕΛΕΥ ΝΙ $\overline{Ε}$ Σ $\overline{Ε}$* ex Corsinii
Τ

emend. i. e. ἐλεύϑερος (?) νικήσας πεντάκις, στεφανωϑεὶς πεντάκις. —

5) *missum fecit*, quod pro deiectione, prostratione et nece Fimbriae illata, accipi posse credo. Cfr. Gallorum *dépécher son homme.* Fabrett. Haud probo.

2583. Retiarios, Secutorem, Mirmillonem, (Coarmionem 334, 4.) Medicos item Ludi Magni et Matutini exhibet Grut. p. 334. et 335.

2584. D. M. ET MEMORIAE || AETERNAE HYLATIS || DYMACHERO SIVE ASSIDARIO. P. $\overline{VII}$. RV. I[1]) || ERMAIS CONIVX || CONIVGI KARISSIMO. P. C. ET S AS D.[2]) — Lugduni. Mur. 613, 3.

1) *Pugnarum VII. Rudiario invicto*, explicant. Sed RV. I. est potius Rudi primae s. summae. 2) Ponendum curavit et sub ascia dedicavit.

2585. MVNER. G. POMP. MART || ESSE. LIB || FAVSTVS . . . . $\overline{ƆXXXVII}$ || $\overline{N}$. ARABVS[1]) || EVCHE CONTVBERN. DE SVO. — Nemausi. Bimard *Proleg.* p. 24., qui recte ita explicat: Munerarii Gaii Pompeii Martialis Essedarius libertus Faustus . . . commissus s. pugnarum $\overline{XXXVII}$. cet.

1) Aen. 7, 604. *Arabisve.*

2586. VICTOR VINCAS
NABICE[1]) FEELIX (*sic*)
SALBVS (*sic*) REDIAS (*sic*). — In medio navis ex-

pansis velis. Est acclamatio ad Naumachias pertinens. Ex Passioneo dat Donati 2. p. 307, 4.

1) i. e. *naviga.*

2587. L. ANNAEVS ‖ MER 1) ‖ VICIT $\overline{\mathrm{CIV}}$ ‖ SECVND. TVLIT. $\overline{\mathrm{XX}}$. $\overline{\mathrm{IIIIX}}$ ‖ TERT. TVLIT. $\overline{\mathrm{XIIX}}$. PAL. ET COR. 2) . . . V ‖ DIVI TRAIANI ‖ AVG. MVN. — Romae. Grut. 335, 4.

1) meridianus. Hanc notam cum plurimis aliis praetermiserunt et Coletius et Gerrard. 2) Palmas et Coronas.

2588. FILVMENVM ‖ D. D D. ET PRINCIPES N. VALENTINIAN ‖ VALENS ET GRATIANVS SEMP. AVGG ‖ FILVMENVM IN OMNI ACLHETICO (*sic*) CER‖TAMINE AB ORIENTE AD OCCIDENTE. VSQ ‖ VICTOREM. PAMMACHO. LVCTA. PRANCATI ‖ CESTIBVSQ. ID EST PYCME. LOCATIONE STA‖TVAE IN ACLETARVM CVRIA AETERNITA‖TIS GLORIA DIGNVM ESSE IVDICARVNT ‖ QVOD OMNES XISTICI GRATANTER ‖ ACCEPERVNT. SEN. PARITER SIMVLQ ‖ P. R. INGENTI FABORE PROSECVTVS EST. — Romae. Reines. p. 381, 44. Spon p. 362, 108. Fabrett. p. 100, 226. Cfr. Gudii *Indic.* p. LVIII.

2589. ATHENODORVS ‖ XYSTICVS ‖ PARIDI THYMELICO 1) ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT. — Romae. Grut. 332, 6. Philander in *not. ad Vitruv.* 10, 11.

1) *Thymelicus* male Holth. Ind. 23. tamquam nomen proprium intexuit; *θυμελικῆς ἐν Νεμαύσῳ* acute vidit in fragm. Graeco Maff. *Ant. Gall. sel.* p. 26. Hagenb.

2590. P. AELIO AVG. LIB. SECVNDO ‖ PILARIO OMNIVM EMINENTISSIMO FECIT AELIA. EVROPE ‖ VIRO SANCTISSIMO ET SIBI ‖ ET SECVNDO ET MAGNAE FILIS ‖ ET LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM ‖ QVI VIX. ANN. $\overline{\mathrm{XXXXVI}}$. — Romae. Fabrett. p. 250, II. Cfr. Quintil. 10, 7. *miracula illa in scenis pilariorum et ventilatorum.*

2591.

VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA 1)
LVSI DECENTER CVM MEIS LVSORIBVS
LAVDANTE POPVLO MAXIMIS CLAMORIBVS.
THERMIS TRAIIANI. THERMIS AGRIPPAE ET TITI
MVLTVM ET NERONIS. SI TAMEN MIHI CREDITIS.
EGO SVM. OVANTES CONVENITE PILICREPI
STATVAMQVE AMICI FLORIBVS VIOLIS ROSIS
FOLIO QVE MVLTO ADQVE VNGVENTO MARCIDO
ONERATE AMANTES ET MERVM PROFVNDITE
NIGRVM FALERNVM AVT SETINVM AVT CAECVBVM
VIVO AC VOLENTI DE APOTHECA DOMINICA
VRSVMQVE CANITE VOCE CONCORDI SENEM
HILAREM IOCOSVM PILICREPVM SCHOLASTICVM
QVI VICIT OMNES ANTECESSORES SVOS
SENSV DECORE ADQVE ARTE SVPTILISSIMA

NVNC VERA VERSV VERBA DICAMVS SENES.
SVM VICTVS IPSE FATEOR A TER CONSVLE [2])
VERO PATRONO NEC SEMEL SED SAEPIVS
CVIVS LIBENTER DICOR EXODIARIVS.

— Romae. Grut. 637, 1., et correctius in *Epist.* Amadutii in Calogerà *N. Raccolta* 21. p. 3. in fine vol.

1) Niceph. Gregor. *Hist. Byz.* 8, 10, 4. T. 1. Ed. Paris. p. 215., ἕτερος δ' ἐξ ὑέλου σφαῖραν ἔχων, ἄνω πρὸς ὕψος ἔρριπτε, καὶ κατιοῦσαν νῦν μὲν ἄκρῳ τῷ τῆς χειρὸς ὄνυχι ἐδέχετο, νῦν δὲ τῷ ὀπισθίῳ ἄκρῳ τοῦ ἀγκῶνος, νῦν δ' ἄλλως καὶ ἄλλως. 2) probabil. L. Aurelio Vero. III. Cos. p. Chr. 167.

2592. D. M ‖ CASSIAE PEREGRINAE ‖ INTEG. FAM.[1]) VIX. AN. XXVII ‖ FL. BISIVS SCENOB.[2]) SARD ‖ CONIVGI B. M. P. I. — Abrugkbaniae in Transilv. Grut. 332, 7. et 768, 4.

1) integrae famae. 2) *Schoenobates*, *Sardus* explicavit Scaliger.

2593. Quattuor factiones cunctas nominat seq. inscriptio Romae reperta (Mur. 623, 3. Fabr. p. 276, 165.):

P. AELIVS MARI ROGATI FILIVS ‖ GVTTA CALPVRNIANVS ‖ EQVIS HIS VICI IN FACTIONE VENETA ‖ GEMINATORE M. AF. LXXXXII ‖ SILVANO R. AFR. CV. NITID. GIL. AF. LII ‖ SAXONE N. AF. LX. ET VICI PRAEMIA ‖ M. L. I. XL. I. XL. I. XXXXVII.

EX NVMERO PALMARVM SVPRASCRIPTARVM ∞ XXVII ‖ VICI IN FACTIONE ALBATA CII. REMISSVS II. XXXI. XLI ‖ A POMPA IV. EQVORVM ANAGONVM. I. SINGVLARVM ‖ LXXXIII BINARVM. VII. TERNARVM. II. IN FACTIONE RVS‖SATA VICI LXXII. X. REMISSVS SEMEL. XXXI. QVATERNA‖RVM I. SINGVLARVM XLII. BINARVM XXXII. TERNARVM ‖ III. QVATERNARVM SEMEL. IN FACTIONE VENETA VICI ‖ LXXXIII. XXX. XVII. SEIVGE I. XL. IX. LI. A POMPA ‖ XXXV. TRIGAS XV. II. TRIGAS XXVI. EQVORVM ANAGO‖NVM I. SACRO QVINQVENNALIS CERTAMINIS I. REMISSVS ‖ SEMEL. SINGVLARVM CCCXXXIV. BINARVM CLXXXI. V. TERNARVM LXV. IN FACTIONE PRASINA VICI CCCLXI. V ‖ XXX. I. XLII. PEDIBVS AD QVADRIGAM LXI. A POMPA ‖ VI. SINGVLARVM CXVI. BINARVM CLXXXIV. TERNARVM ‖ XLIV. HOC MONVMENTVM VIVVS FECI.

P. AELIVS MARI ROGATI FILIVS GVTTA CALPVRNIANVS MILLE ‖ PALMAS COMPLEVI IN FACTIONE PRASINA EQVIS ‖ HIS. DANDO B. AF. XI. X. OCEANO N. CCIX. VICTORE ‖ R. CCCCXXI. X. VINDICE[1]) B. CLVII. ET VICI ‖ PRAEMIA MAIORA XL. POSTEA III. XXXIII. —

1) Geminator, Silvanus, Nitidus, Saxo, Dandus, Oceanus, Victor, Vindex nomina sunt equorum, quibus alia adde ex Grut. 337. Literae nominibus subiunctae colorem significant. (v. Grut. 341.) *Alb*(us), *Cin*(ereus), K(aesius), B(adius), B. K. badius kaesius. *Gil*(vus), R(ufus), R. K. rufus kaesius. M(aurus) M. P. Maurus pullus. M. R. Maurus rufus. N(iger) N. B. niger badius. N. R. niger rufus. Af(er.) v. Fabrett. p. 276. — *Conditor* Factionis memorari videtur, iudice Hagenb., Mur. 849, 1.

2594. ..... FACTIONIS VEN.... || APPIO ANNIO GA...¹) || L. VERVLANO SEVER..... || X. K. SEPTEMBRES. VIC... || QVADRI. XLVII. SECVND. CXX... || TERTIAS CXLVI. BIGAS. VIC... || VIIII. SECVNDAS IIX. TERTI. IIX || ADGENTE QVADRIG. VICIT II || REVOCATVS II. INSTAVRATIAM || TERTIAS I. AD HONORE VENI || CCCLIIII. VIXIT ANNIS XXV || FECIT || CRISPINA MEROE. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 126, 2.

1) Appius Annus Gallus et L. Verulanius Severus Coss. a. p. Chr. 109. *Adgente quadrig.* Maffeius explicat: *adigentes quadrigas.* Ego potius: *adigente quadrigas*, quum auriga iste pro alio aliquo quadrigam adigeret. *revocatus* ad cursum. — *instauratiam:* instauratitio Circensium die. (Macrob. *Sat.* I, 11.) tertias semel vicit. *ad honorem venit*, „honoris, non praemii et mercedis causa cucurrit." Maffeius. Sed est potius victoriarum summa in unum collecta; quae enim hodie leguntur in lapide efficiunt numerum 345.; ita ut post *secund. CXX.* evanuerit novenarius: IX.

2595. SOCRATES. AGITATOR || CONTINENTES¹) OLLAS III. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 127, 1.

1) i. e. perpetuas, non interruptas.

2596. MERCVRIO. SOLI || ET SILVANO || SANCTISSIMO || SACRVM || Q. VIVIVS VOLSCINIIVS PROC. COLLEG || AVRIGARIORVM || IIII FACT.¹) — Romae. Spon *Misc.* p. 41. et 65, 1.

1) *quattuor factionum* potius quam *quartae factionis.*

2597. DIS MAN || A. TVCCIVS. A. L. STEPHANVS || AVRIGATOR FACT. RVSSAT || ET T. TVCCIVS PACHRYSVS || MORATOR EIVS D. FACTION. DEDICA. — Romae. Gud. ex Ligorio. 111, 3. CONDITOR PRIMVS FACTIONIS VENETAE est ib. p. 110, 5.

2598. AVRELIO HERACLIDAE AGITATORI || FACTIONIS VENETAE ET DOCTORI || FACTIONIS S. S. ET PRASINAE FEC || M. VLPIVS APOLAVSTIANVS || TATVLO B. M. FECIT. — Sine loco. Fabr. p. 143, 160.

2599. Inscriptiones ad Factiones quattuor, earumque Agitatores, Conditores, Succonditores, Medicos, Socios, Magistros (Grut. 338, 2.) Moratores, Mugiones, Tentores, equos denique pertinentes, vide apud Grut. p. 337 — 342.

2600. L. ATEIVS, M, F, CAPITO || DVOM. VIR. QVINQ || CVRIAM. TABVLARIVM || SCAENARIVM. SVBSELLARIVM. LOCO || PRIVATO DE SVA PECVNIA C. C. N. F.¹) COERAVIT || PORTICVS. CENACVLA EX DECVRIONVM DECRETO DE || SVA PECVNIA C. C. N. FACIVNDA COERAVIT. IDENQ. PROBAVIT. — Castel nuovo. Marini *Atti* 2. p. 527. Ut *subsellarium* vox Forcellino ignota, ita et Cena*torium* in inscript. Bononiensi apud Marini *Atti* 2. p. 533. Utramque Furlanettus inseruit Appendici Forcell. Habet hanc inscript. etiam Visconti *Museo Pio-Clem.* 1. p. 265.

1) *Civibus Castro Novanis faciund.*

2601. C. ARRENVS M. F || EX D. D. SVBSTRV... || EX PECVN. LVDIAR. EA¹) || CVRAR. IDEMQ. PROBAR. — Hispelli. Don. 90, 77.

1) ludiaria, ludis destinata.

2602. EVCHARIS LICINIAE L ‖ DOCTA ERODITA OMNES ARTES VIRGO VIXIT AN. XIIII ‖ HEVS OCVLE[1]) ERRANTE QVEI ADSPICIS LETI DOMVM ‖ MORARE GRESSVM ET TITVLVM NOSTRVM PERLEGE ‖ AMOR PARENTEIS QVEM DEDIT NATAE SVAE ‖ VBEI SE RELIQVIAE CONLOCARENT CORPORIS ‖

HEIC[2]) VIRIDIS AETAS CVM FLORERET ARTIBVS ‖ CRESCENTE ET AEVO GLORIA CONSCENDERET ‖ PROPERAVIT HORA TRISTIS FATALIS MEA ‖ ET DENEGAVIT VLTRA VEITAE SPIRITVM ‖ DOCTA ERODITA PAENE MVSARVM MANV ‖ QVAE MODO NOBILIVM LVDOS[3]) DECORAVI CHORO ‖ ET GRAECA IN SCAENA[4]) PRIMA POPOLO APPARVI ‖ ET HOC IN TVMVLO CINEREM NOSTRI CORPORIS ‖ INFISTAE[5]) PARCAE DEPOSIERVNT CARMINE ‖ STVDIVM PATRONAE CVRA AMOR LAVDES DECVS ‖ SILENT AMBVSTO CORPORE ET LETO TACENT[6]) ‖ RELIQVI FLETVM NATA GENITORI MEO ‖ ET ANTECESSI GENITA POST LETI DIEM[7]) ‖ BIS HIC SEPTENI MECVM NATALES DIES ‖ TENEBRIS TENENTVR DITIS AETERNA DOMV ‖ ROGO VT DISCENDENS[8]) TERRAM MIHI DICAS LEVEM. — Romae. Grut. 655, 1. Visconti *Iconogr. Cr.* T. 1. p. 413. *Mil.*, qui monumentum hoc ad Neronis tempora refert.

1) l. oculo. 2) l. Hei. 3) Visc. intelligit ludos Neronis Iuvenales. v. Tac. *Ann.* 14, 15, 20. 4) Hoc in primis memorabile. 5) l. infestae. 6) Visc. *iacent* sine caussa. v. *Eclogas nostras poët. Lat.* p. 265. 7) Visc. post leti domum. 8) discedens. — Similis est Bassillae, mimae Graecae, titulus Graecus, Aquileiae repertus et illustratus a Petrettini *papiri Greco-Egizj* p. 61.

2603. L. VALERIO L. F ‖ PVDENTI ‖ HIC CVM ESSET ANNO ‖ RVM XIII. ROMAE ‖ CERTAMINE SACRO ‖ IOVIS CAPITOLINI[1]) ‖ LVSTRO SEXTO CLA‖RITATE INGENII ‖ CORONATVS EST ‖ INTER POETAS LA‖TINOS. OMNIBVS ‖ SENTENTIS IVDICVM ‖ HVIC PLEBS VNIVER‖SA MVNICIPVM HIS‖TONIENSIVM STATVAM ‖ AERE COLLATO. DECREVIT ‖ CVRAT. REI P. AESERNINOR. DATO AB ‖ IMP. OPTIMO ANTONINO AVG. PIO. — Histionii (il Vasto.) Grut. 332, 2. Mur. 653, 4. et 1109, 1. v. Morcelli *sull'agone Capitolino dissert. pubbl. dal dott. Labus.* Milano 1816. 8.

1) Agon ille Capitolinus quum teste Censorino D. N. C. 18. institutus fuerit Domitiano XII. Ser. Cornelio Dolabella Coss. u. c. 839. p. Chr. 86. lustrum sextum, sive agon septimus incidit in annum u. c. 863. p. Chr. 110. v. Morcell. Ad hoc ludorum genus pertinent duae inscriptt. Graecae ap. Grut. 316, 1. et Murat. 632, 1.

2604. CN. POMPEIVS ‖ Ɔ. L. ASTIPA ‖ DAELICIAE ‖ POPVLI RO ‖ CN. AELIVS ‖ CN. L. SALVIVS. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 256, 5.

2605. * DIS MAN ‖ C. IOCVNDO C. F. EXQ.[1]) QVI XII. AN. VIX ‖ ET SEPTIES SPECTANTIB. PVB. IMPP ‖ SER. GAL. OTH. SAL. A. VIT. ET P. R. ‖ SALTAVIT CANTAVIT ET PLACVIT ‖ PRO IOCIS QVIB. CVNCTOS OBLECTABAT ‖ SI QVID OBLECTAMENTI APVD VOS EST ‖ MANES INSONTEM RECIPITE ANIMVLAM ‖ FAVSTVS NVNC INFAVSTVS ‖ PATER FILIO ET SIBI FECIT. —

Romae. Grut. 331, 7. correctius ap. Gor. *Etr.* 2. p. 178. *Vidit Lipsius* est ap. Grut. Nihilominus suspecta mihi est.

1) Esquilina tribu.

2606. *D. M. ‖ MEMORIAE C. REGVLI MORIBVS ‖ DECORE NATALIBVS DD ‖ HYACINTHO ‖ VEL NARCISSO COMPARANDI ‖ QVI ‖ VIXIT. AN. XII. M. III. TER IN ‖ SPECTAN. S. P. Q. TRAIANEN ‖ QVATER IN CVRIA SPECTANTE IMP ‖ M. ANTON ‖ PROCOS. SALTAVIT. CANTAVIT IOCIS OMNES .... — Romae. Ficoron. *de Larv. Sc.* p. 105. Est suspecta.

2607. D. M. ‖ PVERI SEPTENTRI‖ONIS ANNOR. XII QVI ‖ ANTIPOLI IN THEATRO ‖ BIDVO. SALTAVIT ET PLA‖CVIT. — Antipoli. (Antibes). Grut. 332, 4. Millin *Voyage* 2. p. 511.

2608. Memorabiles sunt tabulae anni p. Chr. 212. duae a Gorio *Etr.* 1. p. 125. (2, 447.) et Mur. 886 et 887. editae, Florentiae nunc adservatae, in quibus referuntur nomina militum ex Cohortibus VII. Vigilum et Classis praetoriae Misenatis, qui Ludos scenicos egerunt, quum Claudius Gnorimus aedilis factus esset a vexillatione, ludosque ederet, „agentibus commilitonibus cum suis acroamatibus." In his notandi: 1. Archimimus. 2. Archimimi Graeci. 3. Stupidi. 4. Stupidi Graeci. 5. Scaenici Graeci. 6. Scurra. 7. Operarius. Omnia militum nomina vocativo efferuntur. Pertinet huc: SCENICVS PRINCIPALIS. MIL. CLASS. PR. MISENATIVM. ap. Reines. VIII, 35.

2609. L. AXIVS ‖ DAPHNES ‖ CHORAVLES. — Romae. Gor. *Etr.* 3. p. 31.

2610. LICINIA. M. CRASSI. LIB. SELENE ‖ CHORAVLE ‖ *CEΛHNH XOPAΓΛHC.* — Romae. Marini *Atti* 2. p. 613.

2611. D. M. ‖ AVXESI ‖ CLAVDIAE CITHAROEDAE ‖ CONIVGI OPTIMAE ‖ CORNELIVS NERITUS ‖ FECIT ET SIBI. — Romae. Grut. 654, 2.

2612. P. VINICIVS ‖ P. L. LACES ‖ COMOED. V. A. XXXI. — Romae. Gori *Etr.* 3. p. 30.

2613. V. P. FABIVS P. Ɔ. L. PHOEBE V. POMPEIA GN. L.
FAVSTVS VOCONTIA SABBATIS
EMBOLIARIA ARTIS
OMNIVM ERVDITA
HVNC FATVS SVVS 1) PRESSIT
VIXSIT ANNIS XII.

— Romae. Mur. 660, 4.

1) Sic *Fatus meus*, *malus fatus* apud Petronium.

2614. L. MARIVS. AVSTVS ‖ ENVNTIATOR. AB ‖ SCAENA. GRAECA. 1) — Velitris. Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 151.

1) Nusquam praeterea hi memorantur. Eratne id genus hominum, quod nunc vocant *souffleurs*, *suggeritori?* An potius, qui popello Romano, Graece nescienti, Latine breviter exponerent comoediae vel mimi Graeci argumentum?

2615. * DIIS OMNIB. CAELESTIB. ‖ Q. GRISIDIO Q. F. ‖ SABINIANO. FISTVLARIO ‖ CANTORI. IMAGINARIO ‖ ARISMETR. VIXIT A. XLIIII ‖ M. X. D. III. IN FR. XXX. RETRO. XL. CVIVS INGENIVM ELOQVI ‖ NEMO. C. TIPHERNVS C. F. SACERDOS. — Bononiae. Reines. p. 3, 2. accuratius ap. Fabr. p. 625, 218. Cfr. p. 662. — Reinesius duos vel tres etiam lapides vult in unum conflatos: quod sepulcris non soleant praescribi Dii, nisi interdum Inferi, quod non usque quaque verum esse puto. Quid? si hominis artes et disciplinas Diis caelestibus gratas, acceptasve ferendas, hoc modo significaverit, qui sepulcrale monumentum posuit, sacerdosque fuit? Reines. p. 7. ARITHMETR. tentat ARITHMETico. At Fabrett. habet ARISMETR., unde subit, annon AERISMETRae sit legendum. Notum est Socrateum illud apud Xenophontem: ὃς ἀδολεσχεῖν τε δοκῶ καὶ ἀερομετρεῖν. Hagenb. Mss. Haec coniectura omnino est reiicienda. *Arismetica* dicebant vulgo etiam Itali Seculorum XIV. et XV. pronuntiatione derivata a Graecorum Θῆτα. Ceterum suspectissimum est hoc epigramma, e schedis tantummodo desumptum.

2616. D. M ‖ DIONYSIO AVG. N. VERNAE HETOLOGO (*sic*) VIXIT ‖ ANNIS XXII. MENSIBVS VII ‖ DIEBVS XXIIII. FECIT ‖ DIONYSIVS SOCRATES ‖ AVG. LIB. ET ‖ SIBI ET SVIS. — In via Appia. Gud. 109, 4., qui hic saltem Ligorium suum tacet; et minime videtur supposititia. Cic. *de Orat.* 2, 59. *Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio.*

2617. GLYPTE BENEDICTI.
D. M. TI. CLAVDIO GLYP‖TO HYMNOLOGO DE ‖ CAMPO CAELEMON‖TANO (*sic*) VIXIT ANNIS ‖ XXV. MENSIBVS VIII. FE‖CIT L. CEIONIVS MA‖GNVS FILIASTRO ‖ BENE MERENTI ‖ ET TI. CLAVDIVS CHRYSOGON ‖ FRATRI PIENTISSIMO. — Romae. Grut. 645, 4. Don. p. 420, 32.

2618. Q. GAVIVS ARMONIVS ‖ LOC. SCAENICORVM ‖ VIXIT ANNIS XXIIII. M. VI. — Romae. Mur. 660, 1. Gori *Symb.* 2. p. 127. cum dissert. *de locatoribus Scaenicorum* ib. p. 167. A. MAMMIVS-LOCATOR A SCAENA. Ficoronius legi volebat: *locator Scaenicorum*, male.

2619. AVRELIO AVGG. LIB..... ‖ PLEBEIO... ‖ ELECTO LOCATORI D..‖RNO. 1) SCRIBAE ET MA.‖ISTRO PERPETVO COR..‖RIS SCAENICORVM L.‖TINORVM. INCONPA...‖LI FIDE REMPVB...‖ENTI CORPOR.... ‖ SCRIPTI MANO..‖..EGVM DO... — Romae. Marini *Atti* 2. p. 488.

1) nota *Locatorem diurnum*. Sic *Archimima diurna* Grut. 330, 4. sine causa suspecta fuit Maffeio A. C. L. p. 320.

2620. Q. MAGVRIVS Q. F. FAB. ‖ FEROX ‖ LVS. EPIDIXIB. ET CETAES I. II. III. IN ‖ GREG. VETVRIAN. QVAE ET IVNIORVM. A. A. DICAVIT EVRAS VIII ‖ ET PERTIC. VNCINOR. 1) XII. N. CCLIX. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 127, 4.

1) Lusor, actor in epidixibus, ἐπιδείξεσι. Lusor diaetae primae secundae ac ter-

tiae, i. e. conclavis in locis thermalibus, in grege scenicorum Veturiana Aquis Aponis dicavit: *euras* octo, hoc quid sibi velit, ignorare se fatetur Maffeius. Hagenbuchius Mss., haec habet: Fortasse Eurae fuerunt loca ampla, *breite Gänge*, singulae sustinentes perticas 23. uncinorum 12. singulas, ita tamen, ut tres eurae fuerint, quae perticas 33 sustinuerint singulae. — „*Vncinus* mensurae significatione nusquam occurrit. an idem quod *uncia?*" — Carolus vero Silvestrius (in *Raccolta Calog.* T. 6. p. 353. seq.) euras interpretatur ferramenta incurva cum duodenis uncinis ac perticis ligneis, quibus lavantium vestes suspenderentur. N. i. e. nummis 259. — Postremum hoc ridiculum etiam propter imparis summae tenuitatem.

2621. M. ANNAEUS M. F. ESQ. ‖ LONGINVS MACCVS[1]) VIXIT. DVLCISSVME CVM SVIS. AD SVPREMAM DIEM ‖ C. GAVIVS PRIMIGENIVS VIX ANN. VII. DESINE IAM MATER. LACRIMIS RENOVARE ‖ QVERELLAS. NAMQVE DOLOR TALIS NON TIBI CONTIGIT VNI. — Romae. Mur. 1239, 10. Gor. *Etr.* 2. p. 177.

1) dubium, utrum sit alterum cognomen, an ludio, Maccus (*Pullicinella*), ut volunt Gorius, Maff. *Osservaz. lett.* 4, 374. *Mus. Ver.* 281, 5.

2622. DEO TVTELAE[1]) ‖ AEMILIVS SEVERIANVS ‖ MIMOGRAPHVS POSVIT. — Taracone. Grut. 104, 7. Habet iam Apianus p. 6. et Smetius, eoque minus est suspectum.

1) al. TVTELAR vel TVTELAT. sine necessitate.

2623. PROTOGENES - CLOVL ‖ SVAVEI - HEICEI - SITVST ‖ MIMVS - PLOVRVMA - QVE ‖ FECIT - POPVLO. SOVEIS ‖ GAVDIA - NVGES. — In Thomassá villa agri Aquilani. Mur. 658, 1. *CLOVL.* fortasse corruptum. *qui - suis - nugis.* Praeter mimos, Mur. habet Archimimum, 658. 4. Pantomimum eundemque histrionem scaenicum ib. 5.

2624. LVRIA PRIVATA ‖ MIMA. V. A XIX. BLEPTVS ‖ FECIT. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 127. 2.

2625. L. ACILIO L. F. POMPT. EVTYCHAE[1]) ‖ NOBILI ARCHIMIMO COMMVN.[2]) MIMOR ‖ ADLECTO. DIVRNO PARASITO APOLL. TRAGICO ‖ COMICO PRIMO SVI TEMPORIS. ET OMNIB ‖ CORPORIB. AD SCAENAM. HONOR.[3]) DECVRIONI BOVILLIS ‖ QVEM PRIMVM OMNIVM ADLECT. PATRE[4]) ‖ APPELLARVNT ‖ ADLECTI SCAENICORVM. ET AERE COLLATO ‖ OB MVNERA ET PIETATEM IPSIVS ERGA SE ‖ CVIVS OB DEDICATION. SPORTVLAS DEDIT ‖ ADLECTIS SING. X.-[5]) XXV. DECVR. BOVILL. ‖ SING. X- V. AVGVSTAL. SING. X- III ‖ MVLIER. HONOR.[6]) ET POPVLO SING. X- I. ‖ DEDIC. III IDVS AVG. SOSSIO PRISCO ‖ ET COELIO APOLLINARI COS.[7]) CVRATORE ‖ Q. SOSIO AVGVSTIANO.

Latere dextro: ORDO ADLECTORVM. (*Sequuntur nomina* LX.[8])) — Marini. Grut. 1089, 6. Grutero Pighius, quod notandum, etsi nemo adhuc dubitavit, quin antiquus sit titulus.

1) Gorius Mss. male vult mutare *Eutycho* vel *Eutycheti.* Hagenb. Mss. 2) Commune Mimorum, idem quod alias Contubernium, Collegium, Sodalicium, Corpus. Hoc tamen novum. 3) Haec quoque singularis constructio: *omnibus corporibus ad Scaenam honoratus.* 4) *adlectorum patrem.* 5) Denarios. 6) Mulieres honoratae alibi vix reperiuntur. 7) p. Chr. 169. 8) nota numerum adeo insignem Corporis Scenicorum Bovillis, ut videtur, constituti.

2626. L. REBELLIO[1]) L. F. RENATO ‖ PANTOMIMO SVI TEM-

PORIS ‖ PRIMO. SACERDOTI DIAN. VICTR. ‖ ET APOLLINIS PALAT.[2]) AB IMP. M ‖ AVRELIO ANTONINO AVG. PIO ‖ FEL. BIS CORONATO ET CONSENSV OMNIVM ‖ . . . . . PROCLAMATO OB INSIGNEM EIVS ‖ VIRTVTEM ET BENEVOLENTIAM ‖ COLONIA TELESIA P. ‖ D. D. — Campo Lattaro ap. Telesiam. Calogerà *Raccolta* Vol. 19. p. 118. Murat. 1119, 1.

1) *Bubellio.* Mur. *Trebellio* Romanelli *Topogr.* 2. p. 424. 2) v. Eckhel D. N. 6, 94.

2627. M. AVRELIO AVGG. LIB. ‖ AGILIO SEPTEMTRIONI ‖ PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO ‖ HIERONICAE SOLO[1]) IN VRBE CORONATO ‖ DIAPANTON AB IMPP. DD. NN. SEVERO ET ANTONINO AVGG ‖ PARASITO APOLLINIS ‖ ARCHIERI SYNODI. IIIIII VIR AV . . ‖ HVIC RESPVBLICA PRAENESTINA ‖ OB INSIGNEM AMOREM EIVS ERGA ‖ CIVES PATRIAMQ ‖ POSTVLATV POPVLI STATVAM POSVIT. — Praeneste. Gud. 108, 5. Mur. 659, 1. Cfr. Grut. 330, 3. de Parasitis Apollinis cfr. Athen. 6. p. 235. *Casaub.*

1) *solo* pro *soli.*

2628. . . AVREL . . ‖ APOLAVSTO. HIERONICO BIS CORONATO ‖ ET DIAPANTON. PARASITO ET SACERDOTI APOLLINIS ‖ AVGVST. CAPVAE MAXIMO.[1]) — In agro Amerino. Don. p. 148, 53. Mur. 659, 2. (cfr. Grut. 313, 8.)

1) Augustali Capuae maximo recte explicat HAGENB. Mss. Augustali Capuae. Mur. 1036, 1. Honorem Augustalitatis in alio lap. Campano habet Mur. 673, 1. Primi Augustales Mur. 700, 5.

2629. D. M. ‖ CVRANTE CALOPODIO LOCATORE ‖ THEOCRITI[1]) ‖ AVGG. LIB ‖ PYLADI ‖ PANTOMIMO ‖ HONORATO ‖ SPLENDIDISSIMIS[2]) ‖ CIVITATIB. ITALIAE ‖ ORNAMENTIS ‖ DECVRIONALIB. ORNA ‖ GREX ‖ ROMANVS ‖ OB MERITA EIVS ‖ TITVL. MEMORIAE ‖ POSVIT. — *Ab altera parte:* SVI TEMPORIS PRIMVS ‖ TROADAS. *A tertia:* IONA.[3]) — Mediolani, postea Florentiae. Grut. 1024, 5. v. Scal. ad *Euseb.* N. 1995. p. 169. Salmas. ad *Vopisc. Carin.* c. 19. T. 2. p. 834. Hack. Graev. ad *Suet. Ner.* 22.

1) *Theocrito.* Scal. Salmas. 2) *a splendidiss.* Salm. recte. 3) i. e. in pantomimis mythicis, iis praesertim, quorum argumenta ducta essent ex Ione et Troasin Euripidis, maxime enituit. Aliter cepit Scalig., aliter etiam Salmas.

2630. L. AELIO AVG. LIB[1]) ‖ AVRELIO APOLAVSTO ‖ PANTOMIMO ‖ AVGVSTALIVM QQ[2]) ‖ HIERONICAE TEMPORIS ‖ SVI PRIMO[3]) ‖ COLONIA AVRELIA ‖ AVG. PIA CANVSIVM ‖ D. D. — Canusii. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 267.

1) L. Aelii Caesaris liberto. 2) Quinquennali, scil. Collegii Augustalium Canusinorum. 3) vides hic formulam tunc temporis admodum usitatam, veritate, ut fit, carentem. Ceterum ex hac una inscriptione prodeunt colonica Canusii tunc temporis cognomina.

2631. D. M ‖ POSITVS EST HIC LEBVRNA ‖ MAGISTER MIMARIORVM ‖ (*q*)VI VIXIT ANNOS PLVS ‖ (*m*)INVS CENTVM ‖ . . . QVOTIES[1]) MORTVVS ‖ . . . SET SIC NVNQVAM ‖ . . . S AD

SVPEROS. BENE || LERAE[2]) — Pesthii. Köppen *Wiener Jahrbücher* T. 24. Append. p. 21. *αὐτόπτης*, alioqui Ligorianam putares.

1) aliquoties. 2) notae inexplicabiles.

2632. L. MANIO L. F. MARTIALI MVSICO || M. MANIVS L. F. PALATINA PARATVS || FECIT SIBI ET SVIS. SARCOPH. X. — Romae. Mur. 963, 8.

2633. HERIAE THISBE || MONODIARIAE[1]) || TI. CLAVDI GLAPYRI CHORAVLAE ACTIONICAE || ET SEBASTONICAE[2]) TERRENVM SACRATVM. LONG. P. X. LAT. P. X || IN QVO CONDITA EST. FODERE NOLI || NE SACRILEGIVM COMMITTAS. — Romae. Gud. p. 217, 1. Fabrett. p. 54, 311. corrupte ap. Grut. 1035, 11.

1) scil. uxoris. 2) recte Hagenb. notat Gudium, qui haec ad Heriam retulit, quum Glaphyrus fuerit Choraules Actionices et Sebastonices, i. e. victor in Actiis ab Augusto in Actiacae victoriae memoriam institutis et in *Σεβαστοῖς*, i. e. ludis in Augustorum honorem celebratis Alexandriae: Grut. 316, 2. Neapoli: id. 314, 1. cet.

2634. D. M. || CN. VERGILIVS || EPAPHRODITVS || MAGISTER ODARIARIVS[1]) A MINERVA || MEDICA || VIXIT ANNOS SEPTVAGINTA ET ... — Romae. Fabrett. p. 716, 376.

1) ab *odarion*, cantilena.

2635. TI. CLAVDIVS || QVI MACEDO || PHÓNASCVS || SIBI ET || STLACCIAE DIGNAE || VXÓRI SVÁE. — Albae. Grutero Pighius. 1089, 9.

2636. P. CORNELIVS P. L. || PHILOMVSVS PICTOR || SCAENARIVS IDEM REDÉMPT || MONIMENTVM FECIT. H. C. CORNELIAE P. L. cet. — Florentiae. Mur. 948, 4.

2637. L. SVRREDI. L. F. CLV || FELICIS[1]) || PROCVRATORI. AB || SCAEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN || PRINCIPI || CORONATO CONTRA || OMNES SCAENICOS || VIXIT. ANN. XLIX. M. III. D. VIII || L. SORREDVS VALERIA||NVS. MAXIMVS. PANT.[2]) || FRATRI PIISS. FECIT. — Terracinae. Grut. 331, 4.

1) Ald. *Orthogr.* p. 701, 2. et Smetius: L. SVRREDIO - FELICI. Excidit fortasse D. M. 2) Maximus Pantomimorum; vide Grut. 331, 6. Gud. prob. Hagenbuch.

2638. OSSA || ICONIVM L || PSALTRIA. — Romae. Mur. 957, 3.

2639. DIS MAN || NAIDI CAESARIS VERNAE || EX NVMERO PYRRICHE. V. A. XXV. M. II. DVNO[1]) || ONESIMVS CAESERIS (*sic*) N. CONIVGI B. L[2]) || FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM. — Romae. Guasco T. 2. p. 132, 318.

1) Die uno. 2) Fortasse M. Fuit ista e numero feminarum, quae pyrrhicham in ludis publicis ducebant.

2640. M. VIPSANIVS || NARCISSVS || ROGATOR AB SCAENA. — Romae. Gori *Etr.* 3. p. 30, 34. Mur. 660, 3.

2641. P. RVSTICELLIVS || SALTATOR[1]) || HERCVL. VIC. M.[2]) — Tibure. Mur. 975, 4.

1) Muratorio appellativum est, unde et in Classe XIII. artium dedit; mihi cognomen potius videtur esse. Hagenb. 2) Non dubito de Hercule Victore accipere, Tibure in primis culto. Sed an praestet *Herculis Victoris Magister*, an *Herculi Vi-*

ctori Merito dicavit, aliis decernendum relinquo; ob vocum ordinem in posterius magis incline. Hagenb.

2642. SCAENICI ‖ ASIATICIANI[1]) ET ‖ QVI IN EODEM CORPORE SVNT ‖ VIVI SIBI FECERVNT. — Viennae Allobrogum. Millin *Voyage* 2. p. 21.

1) neutiquam *Asiatici*, ut volebat Bimard de la Bastie, sed quorum dux erat *Asiaticus* nescio quis. Millin.

2643. L. SVCCONIO L. F. PAL ‖ PRISCO IIIIV. I. D. Q. A ‖ OMNIVM CORPOR. PATR ‖ ITEM TREBIS. DECVR. PONT. ‖ IIII VIR. I. D. PATRON MVN ‖ DECVRIAE IIII. SCABILLAR[1]) ‖ VETERES A SCAENA ‖ AMANTISSIMO SVI ‖ EX AERE CONLATO. H. A. I. R.[2]) — Interamnae. Don. p. 325, 42. accuratius quam ap. Fabr. C. V. 263.

1) Cfr. Grut. 467, 7. DECVRIAE IIII. SCAMILLARIORVM OPERAE VETERES A SCAENA. 2) Honore accepto, impensam remisit. Cfr. Gud. 99, 7. — *Scamillarii* a *scamnum*, *Scabillarii* a *scabillum*, rectum utrumque.

2644. C. NORBANI SORICIS ‖ SECVNDARVM[1]) ‖ MAG.[2]) PAGI AVG. FELICIS ‖ SVBVRBANI ‖ EX. D. D. LOC. D.[3]) — Pompeiis. Romanelli *Viaggio a Pompej* T. 1. p. 35.

1) Scil. partium actori. 2) Magistro. Pagus hic Augustus Felix suburbanus prope Pompeios memoratur in aliis quoque titulis Pompeianis. 3) *ex Decurionum decreto locus datus.*

2645. D. M ‖ AEMILIAE ‖ IRENE. QVAE ‖ VIXIT ANN. XXVI ‖ DIEBVS XIIII ‖ AVRELIVS EVTYCHES. STVPIDVS[1]) ‖ GREG. VRB. CONIVGI KARISSIMAE. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 127, 3.

1) „Stupidus gregis scenicorum urbani: persona quae risum stupiditate quadam incitabat. Arnob. 7. p. 239. *Mimis nimirum Dei gaudent — delectantur, ut res est, Stupidorum capitibus rasis.*"

2646. * D. M ‖ CLAVDIAE FAVSTINAE ‖ FILIAE PIENTISSIMAE ‖ QVAE VIX AN. XVI ‖ TI. CL. AVG. LIB. PHILETVS ‖ A COMMENT. RAT. VESTIVM SCAENIC. ET ‖ GLADIAT.[1]) ET FLAVIA PROCVLA PARENTES ‖ ITEM M. FLAVIVS DAPHNVS ET CL. MARTIALIS ‖ FRATRES FECERVNT ET SIBI LIB. LIBERTABVS SVIS. POSTERISQVE EORVM. — Sine loco. Fabrett. p. 371, 151.

1) a commentariis rationis vestium scaenicarum et gladiatoriarum. Est suspecta.

CAPVT VII.

MATRIMONIVM.

SPONSI. CONFARREATIO. CONNVBIVM. AETAS NVBILIS. MARITI DVO EIVSDEM MVLIERIS. VXORVM VARIA GENERA. IVS TRIVM LIBERORVM. DELICIVM. cet. FILII NATVRALES. SPVRII FILII. PVPILLI. BVLLA. TOGA VIRILIS.

— Ἀρχή ἐστι τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν ἡ τῶν γάμων σύμμιξις καὶ κοινωνία.

Plato.

2647. DIIS MANIBVS ‖ VALERIAE. M. F ‖ FORTVNATAE ‖ VIXIT ANNOS VIII ‖ MENSES VIII. DIES XVIIII ‖ M. VALERIVS ANICETVS ‖ VIX. AN. XX. QVI FVIT ‖ SPON[1]) ‖ EIVS. — Romae. Grut. 837, 2.

1) Sponsus. Cfr. Grut. 584, 9.

2648. — — — ‖ PII FELICIS AVG. DVCENARIO ‖ PRAEF. VEHICVL. A COPIS AVG ‖ PER VIAM FLAMINIAM ‖ CENTENARIO. CONSILIARIO ‖ AVG. SACERDOTI CONFARREATI‖ONVM ET. DIFFARREATIONVM[1]) ‖ ADSVMPTO IN CONSILIVM ADIS.[2]) LX. M. N ‖ IVRISPERITO.[3]) ANTIATES. PVBL. — Romae. Mur. p. 1024, 4. Guasco 1, 105. accuratius ap. Marin. *Iscriz. Alb.* p. 143.

1) *Diffarreatio* ex uno Festo nota, egregie confirmatur hoc lapide, cuius nullam rationem habuit Hasse *Güterrecht* T. 1. p. 144. 2) Guasco: Ad HS. Recte. 3) *Iurisprudens* in fragm. ap. Marin. l. l. „Vnica antea erat inscriptio sincera, in qua ICti mentio fieret." Olivieri *Catog. Raccolta N.* 6. p. XV. Aliam tamen, in qua Iurisperiti mentio fit, damus in Cap. *de Re militari.*

2649. DIS MANIBVS SACRVM ‖ VIVENIAE L. F. HELIADI ‖ VIXIT ANNIS XVI. MENSIB. VI ‖ FECER HELIVS AFFINIANVS PVBLICVS ‖ AVGVRVM CVM SEX. PSYCHE CONIVGI ‖ FILIAE PIENTISSIMAE. — Romae. Grut. 1087, 7.

2650. D. M ‖ HELIO AFIN ‖ PVB. AVG ‖ SEXTIA PSYCHE ‖ CONIVGI B. M. — Romae. Fabrett. p. 336, 502. Don. p. 145, 39. Mur. 170, 4. In hoc lapide visuntur insculpti iuvenis et puella iun-

gentes manus super ara, cui tres panes impositi, signum videlicet matrimonii initi per confarreationem.[1]) Iuvenis sinistra volumen tenere videtur. In utroque latere duo Genii alati: infra sphinges tripodibus insistentes. Mur. Imaginem ipsam exhibere Begerum *Thesaur. Brandenb.* T. 3. p. 468. et ex eo Montfaucon *Ant. expl.* T. 5. p. 145. *Tab.* 123. me docuit Saxius *Miss.* 3. p. 57.

1) Hac de re aliter sentit Cannegieter *Ep. ad d'Orv. Obs. misc.* T. 4. 1742. p. 204. „Non subiit, credo, animum Muratorii locus Taciti *Ann.* 4, 16. de desuetudine confarreatarum nuptiarum tempore Tiberii Caesaris. Quare autem nuptias, quas ob difficultates maximas, quantumvis amplissimi sacerdotii spe ostentata, nobilissimi Romae fugerunt, has servus publicus contraxit?" — Lecto Taciti loco Muratorii coniectura de matrimonio inito per confarreationem non coepit mihi displicere. Primum, ipse Tacitus *confarreandi adsuetudinem inter paucos retentam* refert. Deinde, confarreari patricii nolebant, ne liberi eorum exirent e patria potestate, si flamines legerentur, aut flaminicae fierent, qui metus aliorum non erat; tum Cannegieterus *publicos servos* vix pro servis habitos tradit dedita opera de iis commentans, dum saxum Mur. 29, 6. conatur illustrare, et aliter, atque a Mur. factum, interpretari. Praeterea Helius Afinianus, etsi Publicus Augurum inscribatur, libertus tamen fuit plenis nominibus L. Vivenius Helius nominatus. Duxerit itaque Sextiam Psychen coniugem non iam servus publicus, sed libertus. Denique sub Augusto, non sub Tiberio demum potuit vixisse Helius noster; epitheta enim in ANVS iam sub Augusto frequentia servorum occurrunt. — Si tres panes ad confarreationem non pertinent, Cannegieterus cur nil adfert, quorsum eos pertinere putet? Sin confarreati Helius et Psyche, (ut Cupido et Psyche apud Appuleium *Lib.* 5.) cur, inquies, in sepulcrali titulo Helii id Psyche voluit exstare? Vt memoria nuptiarum sacrarum, sacro ritu initarum, omnibus maneret testata. Hagenbuch. Afinianum hunc ad Treboniani libentius tempora amandarim, (cfr. Mon. nostra histor. in Trebon. N. 997.) quam ad Augustea retraxerim; vehementerque dubito, an Publicus Augurum revera confarreatis nuptiis usus sit. Quidni confarreationis in anaglypho effigies, quam ego quoque agnosco, merum fuerit symbolum fidei atque amoris coniugalis? Orellius.

2651. FIDEI. SVAE ‖ ASPANIA Q. F. POLLA ‖ Q. PETRONIVS IRENAEVS SACRARVNT. — Romae. Murat. p. 1897, 3. Marini *Iscr. Alb.* p. 16.

2652. De CONNVBIO militibus in tabulis honestae missionis ab Imperatoribus concesso v. Marini *Atti* 2. p. 437. Sollemnis formula haec est: TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIB. POTESTATE XII. IMPER. XXVII. PATER PATRIAE. CENSOR. COS. V. TRIERARCHIS ET REMIGIBVS. QVI MILITAVERVNT IN CLASSE. QVAE EST MISENI SVB TI. IVLIO AVGVSTI LIB. OPTATO. ET SVNT DIMISSI HONESTA MISSIONE. QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT. IPSIS. LIBERIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT. CVM EST CIVITAS IIS DATA. AVT SI QVI CAELIBES ESSENT CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT[1]) DVMTAXAT SINGVLI SINGVLAS. A. D. IIII IDVS DECEMBR. FAVSTO CORNELIO SVLLA FELICE L. SALVIDIENO RVFO SALVIANO COS.[2]) (Sequuntur nomina militum). — Neapoli. Marini *Atti* p. 448.

1) Cfr. Liv. 38, 36. 2) a. p. Chr. 52.

2653. Coniuges impuberes etiam Hagenbuchii diligentia duos tantummodo investigavit: scil. Grut. 788, 8.: HERACLAE. QVI VIX ‖ ANN. XI. MENS. V. AVR ‖ PATRONA CONIVGI ‖ BEN. MER.

FEC. — (Romae.) et Murat. 1368, 9. Romae: D. M || LVCIAE REDEMPTAE VIXIT || ANNIS XXXXV. N. CASSICIVS PHOEBVS FECIT || CONIVGI BENEMERENTI CVM QVA || VIXIT ANN. XXXVIII. ET LIBERTIS cet. — Vtrobique tamen numeri corrupti esse possunt: neque huc pertinent matrimonia virginum annorum XII. Fabrett. p. 585.

2654. D. M || FLAVIAE PROVINCIAE || QVAE VIXIT. ANN. XXXIII || FLAVIVS APOLLONIVS || CONIVGI SVAE BENE || MERENTI FECIT || CVM QVA VIXIT AN || XXII. ET SIBI || ET SVIS. POSTERISQ. EORVM || — In villa Pelucchi. Oderic. p. 220. „Flavia igitur nupsit XII. annis minor, contra quam Romanis legibus cautum erat."

2655. MEMORIAE CLA. FEM || L.[1]) PAEDVCEAE IVLIANAE || MORIB. NATAL. AC PVD || PRISCIS || INLVSTRIBVSQVE FEMI. COMPARANDAE || QVAE VIXIT ANNOS XIIII.[2]) D. XLVII.[3]) || CVM MARITO FECIT. ME. V. D. XX || L. NONIVS VERVS. — Mutinae. Grut. 447, 3. et 448, 9.

1) Memorabile hoc Luciae praenomen in femina, nisi error subest. Fabrett. p. 373. vult L. gentile nomen signare h. l. v. Cap. seq. 2) v. Fabrett. p. 585. 3) Sic interdum dies numerum dierum mensis excedunt.

2656. D. M || MEMORIAE AEL. CRESCENTINAE || COMPARI.[1]) QVAE VIXIT || ANNIS VIRGO XII || CVM MARITO. XXX ET || MENSES SEX || AVFIDIVS SECVNDIANVS || VXORI. FECIT. — Romae. Grut. 751, 1.

1) pro *uxore*. Alia huius usus exempla collegit Cannegieter *Nom. Rat.* p. 89.

2657. D. M || L. CALPVRNI. HYPNI || VIX ANN. V. M. VI. D. XIIII. HYPNVS ET PRIMA || ET M. CESTIVS FAVSTVS || PARENT. FIL. DVLCISSIMO || FECERVNT. — Romae. Fabrett. p. 121, VII. Aenigma hoc solvit Maff. *Mus. Ver.* p. 149. Hypnus scil. postquam divortium fecisset cum Prima, haec Fausto nubens filium ex primo marito susceptum secum retinuit, quem Faustus vitricus filii loco habuit.

2658. DIS. MANIBVS || ATINATIAE T. L. LASCIVAE || FECERVNT CONIVGES || CARISSIMAE BENE MERENTI || VIXIT ANNIS XXIII || C. CALPVRNIVS VALENS || SVCCESSVS AVG. L. POSVER. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 270, 6.

2659. D. M || AEMILIAE SECVNDAE || CN. AEMIL. PRIMITIVOS || ET L. OCTAVIVS IVCVNDVS || FECER. C. B. M. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 147, 3.

2660. D. M || HOSTILIAE || CAPRIO . LAE CON||IVGI BENE MEREN||TE. POSVERVNT || T. SENTIVS IANVA||RIVS ET || L. TERENTIVS TROPHIMVS. — In villa Pelucchi. Oderic. p. 221. Alter igitur horum maritorum divortium sine dissidio cum Hostilia fecerat.

2661. STRATONICE ANTHI GEMMARI || ARAM GENIO HVIVS DECVRIAE[1]) D. D. — Romae. Fabrett. p. 59, 341., qui permulta vocis *uxoris* ita omissae exempla collegit.

1) scil. gemmariorum. HAG.

2662. D. M || AVR. SECV||NDINVS. ET AVR || VALENTINA.

CON‖VIVI.[1]) FEC. SIBI ‖ ET AVR. SECVNDIA‖NVS. FIL. θ. AN. VII ‖ CRVDELES ‖ PARENTES ‖ FACERE ‖ CVR.. — Celeiae. Grut. 762, 2.

1) nota *Conviva* pro *coniuge* cfr. Canneg. *N. R.* p. 90. Nisi est CON*iuges* VIVI.

2663. D. M ‖ VIRIAE ‖ PRIMITIVAE ‖ VIX ANN. XVIII ‖ MENS. I. DIE. XXIV ‖ L. VIRIVS HELIVS ‖ CONIVGI DVLCISS ‖ HAVE DOMINA. VALE DOMINA.[1]) — Romae. Grut. 840, 8.

1) Epictet. *Enchirid.* C. 62. Wolf. αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. Similiter apud Osann *Inscriptt.* p. 232. DOMINAE ROGATAE cet.

2664. DIIS MANIBVS ‖ AEMILIVS CELSVS VIXIT ‖ ANNIS XXV. H. S. E. S. T. T. L ‖ IVLIA HONORATA MVLIER[1]) SVA ‖ MONVMENTVM FECIT. — Loco mihi ignoto. Oderic. p. 257.

1) rarissimum hoc in Inscriptt.

2665. D. M ‖ IVLIAE PIETATI ‖ MARITAE OPTIMAE ‖ C. IVLIVS. SYMFOR ‖ FECIT. — Romae. Grut. 794, 11.

2666. V. F ‖ L. RHODIVS FESTVS ‖ CASSIAE MAXIMAE ‖ COMITI[1]) OPTIMAE ET . P. PAPIRIO EV‖TYCHO . ET SIBI. — Veronae. Grut. 822, 6.

1) nota *comiti* pro *coniugi*.

2667. RVBRIAE TYCHE ‖ T. FLAVIVS HERMES ‖ SODALI[1]) OPTIMAE ‖ B. M. F. — Romae. Gorii *Xenia* p. 14. XVI.

1) Sodali i. e. coniugi. Scalig. Dubitat tamen cum Grutero Hagenb. Incertum est quoque in lapide Strozz. (Gorii *Xenia* p. 30, 94.):

2668. D. M ‖ IVNIAE DELICATAE SODALIAE PIENTISSIMAE ‖ PHILOCALVS. VIXIT ANN. XVI. D. IIII. H. V. — Puella XVI. annorum sane uxor Philocali esse poterat.

2669. SEVERINAE ‖ HOSPITAE ‖ SANCTISSIMAE P. AELIVS TERTIVS 7 ‖ LEG. III. CYR. — Pisauri. Marm. Pis. p. 23. LIV. Mur. 853. 9. Ceterum *Hospita*, ut volunt quidam, honestius h. l. pro concubina militis, ut ap. Fabr. p. 754, 605. „MESTRIVS VETERANVS LEG. XX. ESDRONI CANGIAI QVAM HABVIT PRO VXORE." Contra HOSPITEM Aelia Parthenis vocat Val. Atticum, militem, ap. Grut. 564, 5.

2670. D. M ‖ M. SEPTICIO FE‖LICISSIMO ‖ LICERIA SEMME[1]) HOSPITI[2]) B. M. F. — Beneventi. de Vita *Inscriptt.* p. 55, 144.

1) F. SEMNE. 2) *Hospiti* propria significatione h. l. accipit de Vita; omninoque dubitat, an in lap. illo Pisaurensi honestiore nomine concubinam significet.

2671. D. M ‖ M. AVRELI VITA‖LIS. MILITIS CL ‖ PR. ANTONINIAN. RAVENN ‖ NATIONE PANN ‖ IIII.[1]) PROVIDENTIA ‖ STIP. XXVIII. VALERIA FAVSTI‖NA. FOCARIA[2]) ‖ ET HERES EIVS ‖ BENEMERENTI ‖ POSVIT. — Ravennae. Grut. 1107, 3.

1) Quadriremi. 2) i. e. concubina, non legitima coniux, a foco ita dicta, mulier quae focum curat. v. Lexicon Brissonii s. h. v. Add. Holth. cfr. Scriver. ad *Veget.* p. 613. et 681. Scaliger v. *Focaria* pro artis nomine habuit in Ind. 8. — Vide de hac inscriptione, quam unicam propter hoc voc. *focaria* vocat, etiam Marini *Atti* 2. p. 478. Habet eandem Donatus quoque T. 2. p. 341, 8., ex quo dedi IIII. Quadr-

remi, pro III. Triremi. Nec tamen haec unica FOCARIA est in lapidibus; alteram certe reperi:

2672. A. LIVINIVS NEGOTIATOR SVAR[1]) ‖ EMPTO SOLO ‖ IN DIMIDIA P.[2]) SVA ‖ MONVMENTVM SIBI ET ‖ CATINIAE FOCARIAE OBSEQVENTIS[3]) ‖ P. — Compsae. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 356.

1) suarius. 2) parte. 3) focariae obsequentissimae.

2673. M. SERVILIVS. M. L. RVFVS ‖ LICTOR. SE VIVO FECIT. SIBI ET ‖ PETIAE C. L. PRIMAE[1]) VXORI. ET ‖ MARCIAE Ɔ. L.[2]) FELICI[3]) CONCVBINAE.[4]) OBITAE[5]) ‖ SERVILIAE M. L. APATE. VXSORI SVAE. — Romae. Grut. 631, 5.

1) *Primae* cognomen esse, neque libertos ab ordine manumissionis numeratos contra Turnebum docet Rein. p. 767. Hag. 2) i. e. Caiae, s. mulieris Libertae. 3) nota Felix cognomen muliebre. Mur. 1516, 3. 4) cfr. *concubina mei amantissima.* Grut. 640, 8. 5) mortuae. Contubernales dabimus in Capite de servis.

2674. MAMMEDIAE ‖ VICTORINAE ‖ L. CORDIVS ‖ PROCLVS ‖ CONIVGI KARIS ‖ TRIVM LIBEROR ‖ Q. VIX. AN. XXI ‖ B. M. F. — Sine loco. Fabrett. p. 630, 259.

2675. L. APVLEIO ‖ BRASIDE ‖ HABENTI. IIII. LIB. IVS ‖ DAT. AB. IMP. . . . . ‖ . . . . AVG ‖ VI. VIR. AVG. ORNAMENT ‖ DECVRIONAL . HONOR ‖ ET AVG. MVN. AEL. KARN ‖ COLLEG. FABR. ‖ PATRONO. ET. QVINQ ‖ OB. EXIMIAM. EIVS. ERGA ‖ SE. LIBERALITATEM ‖ CVIVS. DEDICATIONE. CVM ‖ COLLEGA. SINGVLIS. HS. N. L ‖ ADIECTO. PANE. ET. VIN. DED ‖ L. D. D. D. — Pisauri lapis effossus an. 1770., quem singulari dissertatione illustravit *C. V. Hannibal de Oliveriis. Pisauri.* 1771. Polcastro. p. 37, 19.

2676. PERSICVS LIBERTVS MANVMISSVS AT. CONSILIVM ‖ PROCVRATORIO NOMINE APVD DOMITIAN. CAES. IN ‖ SECVN. COS ‖ EXERCVIT DECVRIAS DVAS VIATORIA ‖ ET LICTORIA.[1]) CONSVLARES. C. CORNELIO PERSICO ‖ F. HABENTI EQVVM PVBLICVM. CORNELIAE ZOSIMAE ‖ MATRI EIVS. HABENTIVS.[2]) QVATTVOR LIBER. BENE‖FICIO CAESAR. LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQVE ‖ SVIS. EORVMVE. — Romae. Grut. 631, 2.

1) decurias duas viatorias et lictorias ex hoc saxo affert Mur. 515, 5 Rectius ἐνικῶς viatoriam et lictoriam citasset. Hag. 2) habenti ius. v. Mur. 1013, 5. 1028, 1. Id. v. Grut. 631, 2. Spangenberg pag. 155. Labus *Dissertaz.* pag. 49. Heinecc. Hauboldi p. 211.

2677. GRAXIAE ALEXANDRIAE ‖ INSIGNIS EXEMPLI ‖ AC PVDICITIAE ‖ QVAE ETIAM FILIOS SVOS ‖ PROPRIIS VBERIBVS EDVCAVIT ‖ PVDENS AVG. LIB. MARITVS ‖ MERENTI. VIX. ANN. XXIIII. M. III. D. XVI. — Romae. Grut. 617, 6. correctius ap. Fabrett. p. 188, 428. Cfr. p. 187. XXXVIII.

2678. L. APISI. TITI F.
MAIAE. L. F.

APISIAE. L. F. F.[1])
L. APISI. L. F. F.
C. APISI. L. F. F.
ARBITRATV. APISIAE RVFILLAE. — Amiterni. Giovenazzi *Aveia.* p. 61.

1) recte exemplis quibusdam ex Mur. 703, 2. Donio Cl. 2, 35. Fabrett. p. 715. 366. Giovenatius docuit in notis his L. F. F., L. F. designari ingenuitatem Apisiae, L. et C. Apisii; alterum vero F., eosdem filios esse L. Apisii Titi F. et Maiae L. F.

2679. CALVINAE ‖ M. SILANI ‖ DELICIO ‖ IVNIAE SP. F. TYRANNIDI ‖ VXORI OPTIMAE ‖ C. ALBIVS LIVILLAE L ‖ THYMELVS ‖ HERC. AVGVSTALIS.[1]) — Tibure. Grut. 1024, 2. (et minus correcte 315, 4.)

1) construe: C. Albius Livillae lib. Herculanius, i. e. Herculis Tiburtini (Grut. 1013, 4.) Augustalis Iuniae Tyrannidi Spuriae filiae, eidemque delicio Calvinae, filiae M. Silani.

2680. VISINIAE (Gor. VISTINIAE) HALLE ‖ DELICIVM HELYCI ‖ ET HELYCENIS LIB. ‖ VIXIT ANN. III. — Sine loco. Fabrett. p. 44, 245. Ib. 247. — SOPHRONENI DELICIO SVO. VIXIT ANN. X. MENS. VI. — Ib. 252. AEBVTIVS IVCVNDVS DELICIA. TYCENIS. De coniuge XVI. annor. ib. 251. Aliae blanditiae: MARGARITION. ib. 253.:

2681. D. M ‖ SEX BRITTID ‖ IVVENI MARGARITIONI CARIS‖SIMO. VIXIT ANNIS II. MENS. VII. DIEB. XVIII ‖ FECIT. L. VERGIL. ITALIC ‖ ET CLAVDIA LAVDICE. — (Romae.) ISSA et ISSVLA. ib. p. 45, 254.:

2682. L. APONIVS ABASCAN‖TVS. V. A. III. M ‖ VI. T. FLAVIVS ANICETVS ET ‖ APONIA SYR‖ILLA ISSVLO ET DELICIO ‖ SVO FECER. — Romae.

2683. D. M ‖ GENEIAE SVCCESSAE ‖ FILIAE DVLCIS‖SIMAE QVAE ‖ VIX. ANN. XI DIE ‖ XXX ‖ HOC PAT. INFELIX ‖ POSVIT PIE. NATE.[1]) ME‖REN. ET MATER SIMI‖LEM LACRIMIS TI‖TVLVM SVE PELLICI[2]) IVN‖XIT. QVOD FILIA PATRI ‖ FACERE DEBVER. MORS ‖ IMMATVR. FAC. VT FACE‖RET PAT. B. M. — Maceratae. Donati 2. p. 364, 6.

1) piae natae. 2) i. e. deliciae, delicatae suae, corculo suo, ut apud Fabr. p. 373, 102. Donati. Nisi est corruptum ex DELICIAE.

2684. V. A. VII. IN A. P. XII[1]) ‖ P. SCANTIVS ‖ P. L. ANTIOC ‖ GAGVSA.[2]) SIBI ‖ ET SVIS. QVIS.[3]) IN ‖ EIVS POTESTATE ‖ ERVNT. IN F. P. XV. — Ad pontem Cestium trans Tiberim. Grut. 993, 4.

1) nota insolitam traiectionem. 2) haec fortasse corrupta; nec tamen placet Reinesii emendatio AVGVST. ex Grut. 618, 6. 3) v. Walch. in *Gorii Xen.* p. 87.

2685. D. M ‖ NICERATVS AVGVSTORVM N. SER ‖ PEDAGOGVS A CAPVT AFRICAE ‖ AELIAE QVINTAE ET AEMILIAE ANTHVSAE ‖ CONIVGIBVS FECIT. ET SIBI ET ‖ VLPIO VITALI ET DONATO SERVO FIDELIS‖SIMO ET ATTEIANIS SVCCESSAE ET PRIMITIVAE ‖ ET DVOBVS INCREMENTIS VICTORI

ET ‖ CHRYSOMALLO. ET SI QVI DIO MALO ‖ TEMPTET. RECEDAT AB HOC SEPVLCHRO. — Florentiae. Marini *Atti* 2. p. 425., quem vide erudite de isthoc voc. *incrementum* pro *filio* vel *alumno* disputantem. Rarius est etiam illud *Dio malo* pro *malo genio instinctus*, nisi corruptum est pro *dolo malo*. A CAPVT pro *ad caput*.

2686. D. M ‖ C. MAMERCIO SP. F. IANVARIO Q. AEDILI. PRAEF ‖ II. VIR. Q. ALIMENTAR. ET ‖ PACCIAE LVCRITANAE ‖ P. PACCIVS IANVARIVS ‖ FILIO NATVRALI[1]) ET MA‖MERCIA GRAPTE MATER ‖ INFELICIS. FILIO ET ‖ COGNATAE PIISSIM. — Avellini. Grut. 434, 4. sed correctius ap. Mur. 716, 4. inprimisque Lupulum p. 59. Sine causa pro spuria habuit Maffei A. C. L. p. 338.

1) Puto Paccium Ianuarium, adhuc servum (Ianuarius servile nomen frequentissimum) ex Mamercia Grapte genuisse filium matris gentem secutum; nisi velis eundem filium patrem postea nactum adoptione in matris gentem Mamerciam; uti filii naturales quo distinguantur ab adoptivis dicuntur alii, v. c. Grut. 684, 13. Sed prius hic praeferam, quia SP. F. simul inscriptum est. Hagenb. Mss. cfr. Zaccaria *Istituz.* p. 94.

2687. C. MODIVS FELIX ‖ ET C. MODIO FELICI ‖ FIL. ET COCCEIO SILVINO FIL. NA‖TVR. ET MODIO RENATO LIB. ET ‖ SATTIAE SILVIAE ‖ VXORI VV. SS. F.[1]) ‖ CAESIAE VENERI. — Beneventi. de Vita p. 42. Zaccaria *Istituz.* p. 396. Vides hic a filio distingui alterum filium naturalem.

1) Vivi sibi fecerunt. de Vita. Vivis supra scriptis fecit. Zaccaria.

2688. A.[1]) FVLVI. A. F. CELERIS ‖ FECIT L. OPPIVS VALERIANVS ‖ FILIO NATVRALI.[2]) QVI VIXIT ‖ ANNIS XV. MESES. VIII. DIES. VIII. — Romae. Grut. 684, 13.

1) ante A. deesse vid. D. M. 2) Celeri huic duo patres fuerunt, L. Oppius naturâ, A. Fulvius adoptione; neque aliter acceperim Grut. 696, 9. C. MODIVS FELIX ‖ ET C. MODIO FELI‖CI FIL. ET COCCEIO SILVINO FIL. NA‖TVR. cet. quam Cocceio illi patrem adoptivum Cocceium aliquem fuisse. Cfr. Grut. 179, 3. 434, 4. Fabr. p. 47. 267, 136, 116. Hagenb.

2689. D. M ‖ AGABROTVS FELIX ‖ VIVOS SIBI FECIT ‖ ET MINDIAE EPITEVSI ‖ CONIVGI KARISSIM. ET INCOMPARABILI ‖ CLAVDIANAE ‖ FILIAE NATVRALI ‖ LIBERTIS LIBERTAB. Q. POSTERISQ. EORVM. — Pisauri. Grut. 752, 10. Marm. Pis. p. 37. LXXXIII.

2690. DIIS MANIBVS ‖ Q. LOLLI FELICIS. VIX. ANN. LIIX ‖ MENSES III. DIES XIIX ‖ LOLLIA IONIS FILIA NATVRALIS ‖ IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO ET ‖ Q. LOLLIVS FELIX PATRONO BENEMERENTI ‖ EX TESTAMENTO EIVS HS III M. N. ‖ ET EX SVO AMPLIVS ADIECTIS HS III CCCC. M. N. FECERVNT ET SIBI ‖ ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 915, 3.

2691. D. RACILIA EVTYCHIA M

FECIT CN. RACILIO ‖ TELESPHORO PATRO‖NO ET CONIVGI CVM ‖ QVA VIXIT ANNIS XXI. MENSI‖BVS VII. ET CN. RACILIO FRVC‖TVOSO FILIO. QVI VIXIT ANNIS X. MENSIBVS VIII. DIEBVS XXII. HORIS ‖ V. ET SIBI ET RACILIAE FORTVNA-

TAE FIIILIAE NATVRALI IDEMQVE SOCIAE ‖ ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE ‖ EORVM. ET SI QVIS HVIC MONVMENTO POST ME ‖ ALIQVAM CONTROVERSIAM FACERE VOLVIIERIT AVT DE NOMINE AVFERRE. INFERET AERAIIRIO P. R. H. V̄. M. N. IN FRONTE P. X̄ĪĪ. IN AGRO ‖ P. X̄ĪĪ. H. M. D. M. A. — Romae. Fabrett. p. 47, 266. Sociae scil. conditionis servilis vel libertinae. H. V̄. M. pro HS. V̄. M. Servitute concepti *Spurii* F. quandoque dicebantur, etsi patris ipsius diversum nomen in lapide insculperetur. v. c. Fabrett. p. 46, 258. D. M. C. Iulio C. L. Palleo. C. Iulius Sp. F. Col. Palleus patri indulgentissimo. ib. N. 259. C. Velius A. F. Scaptia sibi et cuncubinae (*sic*) suae et Veliae Sp. F. Tertiae filiae meae. ∸ ib. 260. L. Voluseno Sp. F. — — Agrypnus Caes(*aris servus*) fil. pientissimo. Vbi Fabrettus explicat *Spurii filio*, quum tamen ipse potius filius *Spurius* esset dicendus.

2692. Confirmat autem sequens lapis usum istum Romanorum, ex quo dicere solebant *Spurii filius* vel *filia*, pro *Spurius filius* cet.:

P. VALERIVS SPVRI. F. ‖ MONTANVS VIVVS FECIT ‖ MATRI ET PATRI ‖ ILARIONI SVRIA. DOMETIA. ET SVIS. — Veronae. Maff. *Mus. Ver.* 143, 4. accuratius quam ap. Grut. 730, 10. et 742, 5. Contra Mur. 194, 2. PROCVLO SPVRIO MODESTAE LIB. FILIO. Vtrumque rectum.

2693. Alii notas SP. F. explicare malebant: Sine Patre Filius; ut saltem in seq.:

VARIAE. S. P. F ‖ IVSTAE ‖ L. MARIVS ‖ IVNIANVS ‖ VXORI ‖ RARISSIMAE ‖ SANCTITATIS ‖ VIXIT. ANN. XXV ‖ MENSES XI. DIES XVIII. — Quarti. Lupulus p. 60.[1])

1) qui haec adnotat: „Feminam hanc Variam Iustam S. P. F, sine patre filiam fuisse, sive incerto patre natam, vel ipsum VARIAE nomen satis indicat. *Varios* enim dictos memini apud veteres, qui *ex vario semine* in lucem emissi erant, cuiusmodi luculentissimum testimonium ex Lampridio habemus in *Heliog.* C. 2., qui tradit Imperatori huic *Varii nomen idcirco inditum a condiscipulis, quod vario semine, de meretrice utpote, conceptus videretur*, quam rem displicet Facciolatum haud monuisse in v. *Varius*." De omni hac re porro consulendus ibid. Lupulus, et Cannegieter *Nom. Rut.* p. 20., ubi multas Inscriptt. collegit, in quibus potius leg. censet *Spurius filius* et *Spuria filia*, quam *Spurii filius* cet.

2694. ANNEIAE SP. F ‖ AMPLIATAE ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ ‖ MEIS ‖ POSTERISQ. EORVM. — Neapoli. Grut. 856, 10.

2695. Adoptionis rarissima fit mentio in lapp. v. c.:

P. AEL. ANTIPATIIRO MARCELLO ‖ EQ. R. DEC. COL. AP.[1]) ‖ FIL. P. AEL. ANTIPAIITRI A. MIL.[2]) ET II VIR COL. SS.[3]) ET ADOPTIVO ‖ P. AEL. MARCELLI V ‖ E[4]) EX PRAEF. LEGIION VII. CLAVD. ET ‖ I ADIVT. DADES ET ‖ FILETVS ACTOR. — Vindobonae. Grut. 345, 3. correctius ap. Maff. *Mus. Ver.* 242, 3. (Duell. p. 16, N. 5.)

1) Apulensis. 2) a militiis; si Maffeius recte interpretatus est literas ligatas huius saxi, ut id exhibet Duellius. Sed Hagenb. observat probabilius fere interpretandum FLAMinis. 3) Supra scriptae. 4) Viri Egregii. Sed Grut. V. ET. ex literis legatis VTE. unde Hagenbuchio magis placet VETerani.

2696. AVR. CENSORINO VET. ‖ BENIGNISSIME MEMORIE ‖ VIRO QVI VIXIT AN. LXXX. P. M[1]) ‖ VALLEA VXOREI[2]) VAL ‖ PROBANTIVS ADOP.[3]) FILIVS ‖ BM. DISPOSVERVNT. — S. l. Donati 2. p. 279, 6. ex Passioneo.

1) *plus minus.* 2) leg. VXOR ET. 3) *adoptivus* s. *adoptione*: cfr. Grut. 346. 2. quod dedimus in Capite de nominibus.

2697. D. M ‖ OLVS PVBLICIVS ‖ POLYTI‖MVS. TVTOR TITI FLAVI A‖GATHANGELI. PVPILLI SVI MATRI ‖ SEXCTAE FORTVNATAE. DEFV‖NCTAE LOCVM EMIT. MASSAM ‖ CALCAVIT. CVPAM AEDIFICAVIT. DE BON‖IS EIVS OMNIBVS. CONSVMMAT. ⁎ CCXXV. CVR ‖ FAC. — Romae. Don. p. 381, 6. (Fabrett. Cl. 1. 115.)

2698. ANNIAE ‖ SEFATRINE[1]) ‖ SILENIO Ⴤ[2]) ‖ POSVIT. — Perusiae. Lanzi *Saggio* T. 2. p. 428. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 335.

1) in hoc nomine Lanzius agnoscit digamma pro SATRINAE. 2) P hoc inversum vel simpliciter significat Pater, ut in seq.:

2699. AVFIDIENVS C. ꟻ ‖ VOLFRENSVIA ‖ AVFIDIA C. ꟻ ‖ TERTVLLA. Melazzo prope Tuder. Vermiglioli l. l. — inversum F nil aliud denotat, quam *filius* et *filia:* vel Probum in Notis si audiamus, Ⴤ significabat P*upilla:* unde hoc quoque loco explicari possit P*upillae.*

2700. HERCVLI. BVLL ‖ M. VLPIVS ‖ AVG. LIB ‖ TIMOCRATES. AEDITVS ‖ D. D. — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* 3. p. 114. (bullam, ut ap. Grut. 25, 2. IVNONI BVLLAM.)

2701. L. RAGONIO L. F. PAP. TVSCEN[1]) ‖ QVINTIANO C I[2]) ‖ OB HONOREM ‖ TOGAE VIRILIS ‖ VERECVNDINVS SER ‖ DOMINO OPTIMO. — Asuli. v. Lazzari *discorso sopra alcune iscrizioni Asolane* in Calogerà *Racc.* 40. p. 339. Similem eidem positam inscr. habet Grut. 580, 11. et 463, 2. Fuit Cos. p. Chr. 235. . v. Lazzari l. l. p. 343.

1) Tuscennio. 2) Clarissimo Iuveni. non *Civi*, ut divinabat Lazzari.

2702. L. RAGONIO L. F. PAP. VRINATIO LARCIO. QVINTI‖ANO COS. SODAL ‖ HADRIANALI LEG ‖ LEG. XIIII. GEM. DONIS ‖ MILITARIB. DONAT. AB. IMP . . . ‖ ANTONINO AVG. PRO ‖ COS. PROVINC. SARD ‖ IVRIDICO PER APVLIAM. PRAEF. FRVM. DAND ‖ PRAETOR. AEDIL. Q ‖ PROVINC. AFRIC ‖ SEVIR ‖ CHRYSOPAES. EVTY‖CHES . . . . SERVI ‖ DOMINO OPTIMO. — Cfr. Grut. 45, 9. et 1029, 1.

CAPVT VIII.

NOMINVM RATIO APVD ROMANOS.

Legitimus ordo nominum, militum praecipue, signandorum hic erat: praenomen, nomen gentilicium, nomen patris, tribus, cognomen, patria. Cfr. Grut. 506. lin. 14, 17. 507. l. 9, 13. v. c.:

2703. L. MARIVS L. F. FL. CANDIDVS SISCIA. — Romae. Fabr. p. 540, 513.

2704. L. DVCCIVS ‖ L. F. VOL. RVFI‖NVS VIEN ‖ SIGNIF. LEG. VIII ‖ AN. XXIIX ‖ H. S. E. — Eboraci. ib. N. 515. Idem Fabrett. p. 341. aliquot inscriptt. ab hoc ordine aberrantes collegit.

2705. IMP. COMMODO AVG ‖ N. VII. ET P. HELVIO ‖ PERTINACE † ER COS[1]) ‖ COH. X. VRB. TI CL ‖ PLAVTIVS TI. FIL ‖ FABIA RECEPTVS ‖ ROME. STIP. XX. Ɔ. CASSI ‖ ET L. VETTIENVS. L. FIL ‖ RESTVTVS. STIP. XV ‖ Ɔ. POLLIONIS CAME‖RIAE MARTI VOTVM L. B. S.[2]) — Romae. Grut. 56, 4.

1) p. Chr. 192. Deflectit saxum hoc in positu et ordine verborum ab regula, quam vulgo lapides militares tam sepulcrales quam votivi sequuntur, quae hunc potius ordinem suasisset: Ti Cl. Plautius (duobus gentilitiis nominibus usus, ut alii multi, illo iam aevo) Ti Fil. Fabia (tribu) Receptus, domo Roma, Miles Coh. X. Vrbanae, centuria Cassii, Stipendiorum XX. et L. Vettienus L. Fil. (tribus huius deest) Restutus, i. e. Restitutus, (compendio marmorariis in hoc cognomine inprimis solito) domo Cameria, Miles Coh. eiusdem, centuria Pollionis, stipendiorum XV. Saxi ordo turbatior et impeditior fraudi fuit Scaligero, ut daret *Ind.* 6. *Centuria Pollionis Cameria*, nullo sensu. Cameriae enim aeque ac ROMaE patriam notat, quam communiter ablativo exprimi solitam interdum et gignendi casu occurrere observavi. Quod Plinio Camerium neutr., Livio Cameria fem. ut saxo huic. Hagenb. 2) libentes solverunt vel libens. adverbial. Id. (cfr. Grut. 63, 2.)

2706. Praenomina interdum omnibus literis scripta reperiuntur:
D. M ‖ AVR. ALBANAE ‖ CONIVGI B. M ‖ INCOMPARABILEI (*sic*) QVAE ‖ VIXIT ANNIS XXIII. MENS ‖ II. D. XIIII. MARCVS AVRELIVS ‖ MAXIMVS MARI‖TVS. FECIT. — Romae. Giovenazzi *Scholia ad T. Livii Fragm.* p. XXXIII.

2707. D. M ‖ GLYCERO V. A ‖ IIII. GAIVS IVLI‖VS EVTYCHVS ‖ ET IVLIA EVCHE ‖ FILIO DVLCISSI‖MO FECERVNT. — E schedis Barberinis. Fabrett. p. 29, 136.

2708. D. M ‖ L.[1]) BAEBIO CALLISTIANO ‖ Q. VIX. ANN. II. MENS X ‖ DIEBVS XXV. BAEBIA FAVSTINA ‖ ALVMNO KARISSIMO FECIT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 325.

1) „*Ecco un fanciullo, che non giugnendo a tre anni di età ha il suo prenome. Se questo avessero i fanciulli è una quistione trattata da più eruditi. Il Castiglione* (Thesaur. Antiq. Rom. T. II.) *provò con chiarissimi esempj che i fanciulli ebbero prenomi, anche prima di giugnere ad un anno, e forse fino dal dì del nascimento.*" Idem. Huius generis quam plurima sane supersunt, veluti:

2709.
C. IVLIVS SP. F. MAXIMVS
VIXIT ANNIS II. MENSIBVS V
ATROX . O FORTVNA TRVCI QVAE FVNERE GAVDES
QVID MIHI TAM SVBITO MAXIMVS ERIPITVR
QVI MODO IVCVNDVS GREMIO SVPERESSE SOLEBAT
HIC LAPIS IN TVMVLO NVNC IACET ECCE MISER.
— Romae. Marini *Atti* 2. p. 635.

2710. OSSA ‖ IVLIAE C. L. DONAT ‖ PVERO NATO ET NOMINE ‖ IMPOSITO[1]) EST MORTVA. — Fori Sempronii. Donati 2. p. 366, 12. ex Passioneo *Append.* p. 164, 12.

1) notandum hoc.

De praenominibus consule Fabrettum Cap. 1. et Zaccaria *Istituzione* p. 69. seqq. Nos rariora quaedam delibabimus.

APPIVS:

2711. CLODIAE VIR. VEST ‖ APP. CLODII F. PIISS ‖ C. CLODIVS C. F. — Romae. Fabrett. 30, 138.

2712. APP. MADIO EV‖DEMONI SENIORI ‖ APP. MADIVS EVDAEMON FIL ‖ ET MADIA ZOE ‖ COIVGI B. M ‖ FECERVNT. — Ibid. Fabrett. 30, 139.

AVLVS s. OLVS. v. c. OLVS CAESENIVS FORTVNATVS. — O. TERTVLL. FIL. — Fabrett. p. 26, 116. 118. OLVS TERENTIVS PVDENS VTTEDIANVS. — Maffei *Mus. Ver.* 239, 1., ubi tamen Seivert p. 40. habet VOLVS. OLVS certus est etiam Mur. 1321, 10. et sic pronuntiasse Latinos aliquando patet ex inscript. bilingui Musei Naniani (Biagi *Mon.* p. 121.):

2713. A. COSSINIVS PHILOCRATIS (*sic*) PV‖TEOLANVS ‖ *ΩΛΟΣ ΚΟΣΣΙΝΙΟΣ ΦΙΛΟΚΡΑ‖ΤΗΣ ΠΟΤΙΟΛΑΝΟΣ ΧΑΙΡΕ.* — Cfr. Gell. *N. A.* 17, 21, 17. ubi editur *Olus.*

COSSVS vix praenominis loco habendum est. v. Marini *Atti.* 1. p. 86, 103.

FAVSTVS contra praenomen est, etsi obloquente Fabretto. v. Marini *Atti* p. 76. 92., 96. 517. v. c. in Act. *Frat. Arv.* Tab. XIII. FAVSTVS CORNELIVS (*Sulla*). Cfr. Marm. Pisaur. p. 196.

HERIVS.

2714. C. PLACENTIVS. HER. F. MARTE SACROM. — In aerea lamella apud Fabrett. 27. LV.

MANIVS in lapidd. scribitur ΝV. Sed omnibus literis:

2715. MANIVS ‖ AEMILIVS LEPID ‖ STRATO ROGATOR ‖ IN FRONTE P. XII ‖ IN AGRO P. XIIX. — Romae. Oderic. p. 330.

NVMERIVS frequenter in primis legitur in lapp. Pompeianis recens effossis. Cfr. Fabrett. 30, 145. OCCIVS inter praenomin. refert Mur. 1326, 7., sed parum probabiliter. PAVLLVS praenomen gentis Fabiae. v. c. Act. *Frat. Arv.* Tab. 1. PAVLLVS FABIVS Q. F. MAXIMVS. v. Marini p. 13. 76. et Fabrett. p. 23.

Hagenbuchius de hoc praenomine ita disputavit: „Ex Gordonii *Itinerario Angliae septemtrionali* Maff. *Mus. Ver.* 446, 1 et 4:

1.	4.
2716. DIS DEABVSQ P. POSTVMIVS ACILIANVS PRAEF COH. I. DELM.	2717. PRO SA . . . . . ANTONINI AVG. PII PAVLVS P. F. PALATINA POSTVMIVS ACILIANVS PRAEF. COH. I. DELMATAR. —
locis non indicatis.	Maffeius in suo Indice nominum:
voc. *Postumius:*	„P. Postumius Acilianus. 446, 1."
voc. *Paulus:*	„Paulus Postumius Acilianus. 446, 4."

Nonne in utroque lapide idem homo referri videtur? Tunc P. loco 1. non, ut vulgo, *Publius* praenomen erit, sed *Paulus* praenomen. At temere neque in loco 1. legerim P. siglam *Paulus*, neque PAVLVS Gordonii loc. 4. extense perperam scriptum pro P. solo (i. e. *Publius*) coniecerim. An pro PAVLVS legemus P. AELIVS? Tunc ex nominibus gentiliciis duobus loc. 1. positum modo esset posterius, priore plane omisso, ut saepius. Fortasse praestat loc. 1. patrem, loco 4. filium agnoscere, qui patri in Praefectura Coh. I. Delmatarum successerit, paternoque praenomine dictus *Publius* non sit, sed *Pau us Publii Filius*, quae praenominis *Pauli* raritas effecerit, ut P. F. PALATINA incideretur ante POSTVMIVS.

PAVLLO AEMILIO PAVLLI F. PAL*atina* REGILLO in Grut. 348, 9. legitur, Scaligerumque notat Fabrettus, p. 23., qui in suo nominum indice dederit, non voce *Aemilius*, sed, quasi praenomen non esset, voce *Paullus*. Gruteri saxum nititur *αὐτοψίᾳ* Schotti et schedis Pighianis: at Metelli schedae habent *Paullo Aimilio P. F. Pal. Regulo.* Bibranus magis etiam variat: *L. Aemil. Paulli F. Paulli N. Regillo.* Vt ineditum dederunt Fabrettus p. 459, 79. et Murat. 668, 3."

POSTVMVS. v. Fabrett. p. 30. 137. ubi tamen dubium, an sit verum praenomen: POSTVMO ‖ TVSSANIO CN. F. ANI (*sic*) PROCVLO.

PRIMVS. — PRIMI PAMPHILI SECVNDI. — Maffei *Mus. Ver.* p. 145.

PVPVS pro praenomine habet Zaccaria p. 73. ex lap. Mediolanensi ap. Maff. *Mus. Ver.* p. 369, 6.:

2718. D. M ‖ PVPI ACVTI ‖ IVSTINI ‖ VIRILLIENA ‖ CRESCENTINA ‖ MATER INFELIICISSIMA ‖ FILIO. — Sed est ve

Pupii, vel *Pupus* est ὑποκοριστικόν, i. q. delicium, delicatus, ut ap. Marini *Atti* 1. p. 263.:

2719. D. M. S ‖ PVPVS TORQVATIANVS ‖ FILIVS BONVS QVI SEMPER ‖ PARENTIBVS OBSEQVENS ‖ VIXIT ANNIS VIII. M. VIIII. D. XIII ‖ ITEM ALIVS PVPVS LAETIANVS QVI ‖ IDEM FIL. BONVS ET OBSEQVENS ‖ IDEM PARENTIBVS VIXIT ANNIS ‖ N. V. M. VI. D. VI. POSVERVNT GAIIANVS ET EVCHARIS PARENTES ‖ FILIS DVLCISSIMIS. SED NON HOC ‖ MERENTES A VOBIS. QVI SIBI SENSERVNT. III. IDVS SEPT. EX QVIBVS VNVS VIXIT IN ‖ XI. KAL. OCT. ET ALIVS IN III. KAL. EASDEM. — Romae. Et ita explicari praestat, quamvis Hagenb. PVPI. in lap. Mediol. legit *Pupii*.

QVARTVS agnoscit quidem Fabrett. p. 24., sed Hagenb. de eo dubitat, *Quartiniam* gentem potius intelligens in hoc lapide:

2720. * QVART. ANNIVS QVAR. F. POLL[1]) ‖ SATVRNINVS ‖ VERONA ‖ MIL. LEG. V. AVG. PRAEF. VIGIL[2]) ‖ PROCVRATOR VIGESIM. HAERED ‖ ET QVARTINIA BABAERIA ‖ VXOR FECERVNT H. T. I. S ‖ H. M. D. M. ABES ‖ IN FR. PED. XVIII. IN AGR. P. XXV S. — Fabrett. 24, 108. Ex schedis Barberinis. Habent etiam Spon *Misc.* p. 203, 1. Don. VI. 75. Mur. 779, 3. ex Maffeii *Ver. ill.* Tab. 1. *Inscript.* 32, 14.

1) Spon rectius POBLicia. 2) id. PIAE. VIGIL., quod inauditum est legionis cognomen; neque omnino hic lapis extra suspicionem νοθείας positus est.

SALVINVS. v. Fabrett. p. 28. ex Grut. 559, 8. OSSA SALVINI SEMPRONI. CERONI. — it. SAL. PEDVSIVS DEXTER.

2721. C. PETILIVS M. F. RVFVS ‖ T. FLAVIVS. SAL. F ‖ C. F. C. — Sancti Severini. Mur. 1724, 3. cfr. ib. 1456, 14. Talia, veluti *Numerius* Pompeiis, passim per municipia videntur obtinuisse inter tenues sermonis morumque antiquorum reliquias.

SECVNDVS. De hoc ita Hagenbuchius in *Epistola inedita* ad Schoepflinum, anni 1755.: „Inscriptionis Gudianae 62, 7.:

2722. DIS PARENTIBV
S. VINNIA MODESTA
V. S. L. M. — Veronae. — S versus secundi initiale cum PARENTIBV versus primi iungendum esse, ut exeat PARENTIBVS, atque adeo S siglum non esse, quod aut *Sacrum* significet, aut mulieris, quae votum solvit, praenomen *Secunda* sit, ad suavissimum Lamey nostrum scripsi, quum in mentem mihi venit inscriptionis tuae, quae si in ea praenomen femininum *Secunda* locum habere debet, haberi rarissima omnium tuarum meretur. Nam „*Secundi* praenomen in lapidibus rarum, sed *Secundae* rarissimum." Agnoscis verba tua ex *Alsatiae* p. 419. extr. Ego vero neque Reinesio, quem unum citas, temere accesserim, praenomen *Secundus* tuenti, caussam vero suam, Ligorianam, Fabretto p. 25. non approbanti. Multo autem minus muliebre praenomen *Secunda* admiserim, nisi certis et indubiis firmetur lapidibus; potius in eo inter-

pretando ab more et regula communi puto deflectendum non esse. Quid magis obvium in titulis veterum votivis, quam huic vel illi DEO SACRVM? Cur tuum non legemus sic: DEO MER*curio* S*acrum*. VICTORINA NATALIS. EX V*oto* P*osuit*. L*aeta* L*ibens* M*erito*.? Femina haec tanto minus praenomen habuit *Secunda*, quod ne nomen quidem gentilicium habeat, sed duo cognomina: quomodo et alia ex Schannato a te p. 472. producta VICTORINA PRIMITIVA. iam olim a Grut. 7, 6. edita. Wormatiensis haec *Victorina Primitiva* me impedit, quo minus *Victorina* saxi tui a me *Natalis* uxor fuisse credatur, ellipsi alias Latinissima, ut *Terentia Ciceronis*. v. Fabrett. p. 56."

SEPTIMVS. — SEP. ANICIVS DAMA. Grut. 527, 1. sed Hagenbuchius hoc quoque explodit, quum sit *Septimius*.

(OCTAVI et NONI praenomina nonnisi ex saxis Ligorianis, a Fabretto p. 25. recte reiectis adstruuntur a Reinesio.)

SERVIVS. SER.

SEXTVS.

2723. SEXTO ‖ TVTILIO ‖ ACVTO SEXTVS ‖ TVTILIVS OPTATVS ‖ L. PATRONO SVO ‖ POSVIT ‖ IN FRONTE PEDES XII ‖ IN AGRO PEDES XII. — Romae. Fabrett. p. 30, 144. alibi SEXT. et SEX.

SPVRIVS v. in Capite de matrimonio.

STATIVS v. Fabrett. p. 27.

2724. STA. ARRVNTIVS ‖ FLORVS H. S. EST ‖ L. NOVIVS DECEMBER ‖ POSVIT. — Romae. Fabrett. p. 27, 120. cet.

TAVRVS. In rarioribus hoc quoque censendum est, sed indubitatae tamen fidei, in gente saltem Statilia:

2725. T. STATILIVS TAVRI L ‖ CNIDVS ‖ STATILIA T. L ‖ PHILEMATIVM. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 43., quem consule. Vtrobique T. leg. Taurus, Tauri., ut et in seqq.:

2726. STATILIA. TAVRI L ‖ ALBANA PIA IN SVOS ‖ HIC REQVIESCIT. V. A. III. — Romae.

2727. T. STATILIVS ‖ TAVRI L. SYNISTOR ‖ SVPRA CVBICL.[1]) — Romae. Marini l. l.

1) *cubicularios*.

TERTIVS. v. Fabrett. p. 23. ex Grut. 465, 9. et 1109, 1. ac Maffei *Mus. Ver.* 123, 7.:

2728. DIS. MANIBVS ‖ TERTIVS ‖ VERCOBIVS ‖ SVRVS ‖ ARNIESE.[1]) CREMONA ‖ MIL. COH. XII. VR. 7. ROSCI ‖ MIL. AN. VII ‖ VIX. AN. XXVII ‖ POSVIT AVLVS. CAESSENINIVS. PVDENS FECIT. — Veronae.

1) *Arniensi* tribu.

VIBVS et fem. VIBA, praenomen, quod Scaliger *Ind.* 19. *Grammat.* agnoscebat, Fabrett. p. 30. et *Emendatt. Grut.* p. X. recte docuit, nihil aliud esse, nisi notissimum illud V. oppositum nigro illi Θ.; *Vivit*que, sive *vivus*, *viva* explicandum.

2729. Duo praenomina interdum unus idemque gerebat; ex quo posteriorum temporum more ignorato errores interdum suborti sunt, ita ut saxorum interpretes de duobus hominibus cogitarent, ubi de uno dumtaxat sermo esset. Cfr. Marini *Atti* 1. p. 254.:

L. POMPEIO VOPISCO C. ARRVNTIO CATELLIO CELERE. item p. 354. 677. 735. Iste mos ex adoptionibus maxime videtur explicandus.

2730. Veterem illam et pervagatam de feminarum praenominibus quaestionem, vel a Forcellino v. *Praenomen* in compendium redactam, hic recoquere non vacat. Nostrum potius est critice perlustrare singula illa a magno Scaligero in *Ind. Grut.* 19. relata, ut quid inde colligendum sit, cuique constet. Adiunximus alia quoque Muratoriana.

A. (AVLA) Grut. 811, 7. *A. Aemilia* in lapide Hispaniensi exiguam sane fidem meretur. 853, 11.:

A. VIREIA. Sed lapis ipse habere dicitur AVRELIA. 930, 9. A. FINIAE iungendum est AFINIAE. Cfr. Mur. 670, 4. 1292, 8.

B. *B. Valentinae.* 888, 7. quod vel ex errore aliquo natum, vel significat *Vivae.*

AP. (APPIA) prodit ex una Ariminensi Garuffii, notissimi falsarii, Murat. 1642, 1. Agnoscitur tamen a Cannegiet. *Nom. Rat.* p. 9.

Ͻ. (CAIA) 323, 11. *C. Sammiae*, sed 321, 9., ubi idem titulus datur, deest praenomen, ut et apud Grasserum in Nemausensibus. — 416, 2. *C. Comisiae Ariadnes.* sed apud Maffeium *Mus. Ver.* 166, 5. in alio simpliciter est *Comisidiae Ariadnes;* quocirca C. in titulo Grut. iungendum videtur cum praecedentibus T. F. *testamento* s. *titulum fieri curavit.* — 452, 4. Ͻ. *Planciae* Hispaniensis est spuria. — 539, 8. Ͻ. significat *Centuriae.* — 677, 12. Ͻ. *Clodiae.* Haec tandem indubitata videtur, quum Smetius *αὐτόπτης* perhibeatur. — 740, 4. mutilus est lapis Veronensis Saraynae. — 759, 4. C. ATILIA potius est CATILIA; praeterea totus lapis suspectus est Maffeio A. C. L. p. 205. — 799, 4. C. LARTIA. est CIARTIA. v. Fabrett. *Emendat. Grut.* p. V. — 872, 9. eademque repetita 976, 7. *C. Fulvia Quintia;* huic quidem nihil apponere queo. — 922, 17. C. SENTIAE. MILIAN. viri monumentum est, scilicet C. SENTI. AEMILIAN*i*. Hagenb. — 975, 1. *C. Fanniae C. L.* e Scardeonio, cuius exigua est auctoritas. *Caia* scribebatur etiam K. v. c. de *K. Artoria* 523, 2. vix erit dubitandum. Contra Ꝁ. in 995, 8. est notissimum illud Ͻ. L. *Caiae liberta.* K. in Semigraeco illo 671, 14. legendum *καὶ Φηλίκιτας γονεῖς.* Hagenb. ita K. significat *καί.* 684, 3. Cfr. denique Mur. 1128, 4.

CN. (CNEA) 974, 5. CN. *Cocceiae Irene* prorsus dubium fit collatis 974, 2. et 726, 8. Contra 783, 6. *CN. Liburnia Epictetis* Smetii nititur fide; neque reiicienda GNAEA 274, 2.

D. (DECIMA) 754, 10. ex satis ridiculo errore, quum sit D*is* — — M*anibus.* Idem accidit Scaligero 916, 17.

T inversum ⅃: 130, 7. quid sibi velit, obscurum est.

L. (LVCIA.) 335, 14. *L. Macedonicae* ex lap. Hispaniensi suspecto. — 347, 5. L. AELIA. ex lap. mutilo et corrupto, legendumque fortasse LAELIA. — 352, 2. LVCIA VALENTINA. omnibus literis scriptum gentilicium est nomen. — 438, 4. *L. Caecilia Alentina* est lapis Verderianus. Sic rursus 441, 9. Maiorem utique fidem meretur 447, 3., quod repetitur 448, 9: *L. Peduceae Iulianae;* ex schedis tamen profertur. Contra 528, 8. L. AVRELIA. SATVR. videtur potius *L. Aurelianus Satur.* — 576, 5. legendum est *Zmaragdi* L.(*iberti*) *Domitii Apollinaris* (servi) *Cubicularii.* HAGENB. 627, 9. *L. Lartia* admodum est dubia. — 633, 10. *L. Pomponia* est *L. Pomponianus*, ut rectius idem Scaliger *Ind.* 20. — 734, 1. *L. Rutilia Severina* debetur Pingonio. — Minus suspecta est 752, 9. L. AFRENA. C. F. SECVNDA. — 757, 1. L. ARCIAE est LARCIAE. — 787, 5. *L. Gemin. Myrines*: „L. non habet lapis." Gud. — 845, 8. L. est *quinquaginta.* — 859, 1. pro L. ATILIAE CVPITO. Zachar. *Excurs. lit.* p. 53. rectius dat L. ATILIO CVPITO. — 861, 7. (Mur. 1077, 1.) est lapis Hispaniensis, e schedis dumtaxat prolatus. — 867, 6. L. significat *Libertus.* HAGENB. — 886, 6. L. *Liberta*, collatis 885, 5. et 951, 11., ubi accuratius repetitur. — 901, 22. L. APPIA lege LAPPIA. Fabrett. — 951, 2. L. rursus est *Libertus*, iudice Hagenbuchio: idem valet de 959, 11. L. *Liberta,* item de 968, 6. et 999, 7. — Pro *Lucia Filiacula* Grut. 441, 9., quae erat suspecta Maffeio A. C. L. p. 340, lapis ipse, teste Labus *Dissertaz.* p. 29. habet L. FIL*ia.* PACVLA. — Murat. 1050, 1. est Hispaniensis suspectissima. *Ibid.* 1211, 1. e schedis, procul dubio Ligoriana.

M. (MARCA.) 372, 3. *M. Aureliae Marcellinae* ex lapide Hispan. Sed ubi primum legitur 325, 8., praenomen rectius abest. — 554, 3. *M. Munatiae.* M. residuum videtur formulae D. M.; idemque valere arbitror de 751, 10. Sic et 885, 14., quod repetitur 1042, 10.: M. *Manibus* potest significare; etsi est lapis Hispaniensis in gratiam praenominum *Publiae* et *Marcae* fortasse confictus. *Manibus* lego etiam 910, 4. Magis dubium est 961, 6. M. ARVLEIA. C. L. HELPIS.: etenim haud nimis placet *Maruleia.* — 1041, 9. *M. Vlpia Modesta;* sed Apianus p. 255, 2., ex quo habet Gruterus, praenomen ignorat, quod errore aliquo natum videtur ex praecedente D. M. — 977, 13. M. bis inversum: W. Scaligero praenomen est mulieris: nos de lapidibus Hispaniensibus ubique ambigimus. — De lapide P. Servii apud Cannegieter *Nom. Rat.* in Praefat. valde dubito.

N. (NVMERIA) etsi cum Petro Servio agnoscit Cannegieter ibid. omnino est explodendum: nam 680, 14. pro C. DIDIVS CELER | N. IVNIA MARCELLINA. in lapide ipso legitur C. DIDIVS CELER | N. ET IVNIA. v. Maffei *Osservaz. letter.* T. 4. p. 356. ita, ut verum sit: C. DIDIVS CELERIIN. ET IVNIA. — 882, 10. N. ARENIA apud Apianum p. 441. recte iungitur NARENIA.

P. PVBLIAE contra praenomen non possum non agnoscere: etsi in hoc quoque saepius decepta est Scaligeri diligentia. Sed singula videamus, veluti statim in omnium primo 15, 5. P. VINIA. lapis ipse

habet RVTILIA. — 311, 5. titulus est merito suspectus Maffeio A. C. L. p. 204. Contra indubitatum, puto, erit 316, 2.:

2731. PVBLIAE. AELI‖AE. IVLIANAE ‖ MARCELLAE S. P. FIL. P. AEL. IVLIANI ‖ EQ. R. FLAM. ET II VI‖RAL. COL. APVL. ET AD‖OPTIVE. P. AEL. MAR‖CELLI. VET. EX. PR‖AEF. LEGG. VII. CL ‖ ET I. ADIVT. DADES ‖ ET FILETVS ACTOR. — Albae Iuliae. qui lapis quinque testibus nititur, nec suspecti quidquam habet, etsi singulare est illud S. P., quod explicant *Sanctissimae Puellae*. Est *SPuriae*. Observandum, haberi aliquot praeterea titulos Dacicos et Pannonicos, in quibus *Publiae* leguntur: 345, 10. *P. Valentina*, 437, 1. *P. Iulia Successa*. item 517, 1. et ead. pag. 11., ita ut istud praenomen illis in regionibus obtinuisse videatur. Nec video quid opponi possit, nisi cavillari velimus, 348, 7. (P. AEMILIA CYNEGIS) — 646, 4.:

2732. VIV.
P. ALBIVS Ↄ. L ‖ CINVS. PROPOLA ‖ AL. SIBI ET ‖ LANIAE M. F. TERTIAE ‖ Θ P. LANIAE. M. F ‖ SECVNDAE ‖ AGRO. PEDV. XV. — Narbone, ubi simul notandae *Secunda* et *Tertia*. Item 687, 8. *P. Ianuariae*. — 741, 2. *Publiae Pagatae* s. *Pacatae* omnibus literis scriptae. — 763, 10. *P. Aelia Artemisia:* „vidit Smetius." — 879, 3. *P. Mansueta*. — 994, 1. *P. Noniae Proto*. Contra 570, 6. *Leg. XXII. P.* PACEI—A. legendum est, iudice Hagenbuchio: *Leg. XXII.* PR*imigeniae* ACCEPTIA. — 749, 3. P. ACCIAE. iungit Fabrettus: PACCIAE. — 768, 8. P. est *Patris*. Hagenb. — 797, 10. P. IVSTIA. „P. non habet lapis." Gud. — 885, 14. est lapis Hispaniensis, qui repetitur 1042, 10. vide supra in M. — 982, 7. ex Pingonio, suspecta inscriptio. — 991, 13. ex Walch. *Xen.* p. 121. emendandum *P. Rabirius* pro *P. Rabinia*. — 476, 9. *Turriae Ariniae* P. *Turraniae*. incertae omnino est lectionis. — 751, 5. PP. dignitatis est nota, *Praepositus* v. c. vel *Praefectus*.

Q. (QVINTA) Maximam utique habet speciem 992, 11. *Q. Salustia Athenais*. Contra 588, 9. notula inspecta probabile fit, Q. nihil aliud esse, nisi solitum illud lapidum ornamentum, modo hederae folium, modo Graecorum Φ. referens, nec vero, ut olim quidam opinabantur, cordis maerore afflicti significatum habens, sed arbitrarium omnino, et puncti tantummodo locum obtinens. — 867, 13. lapis est suspectus. — 872, 8. (integrius 413, 10.) *Q. F.* solita significatione est *Quinti filia*. — 683, 8. pro Q. TI. F. FIRMINAE Hagenbuchius rectissime legit CL. i. e. *Claudiae* cet. Omnibus vero literis scribitur in sequente 584, 9.:

2733. QVINTAE ‖ GAMI. MARTIAE ‖ N. L. F. AN. VI ‖ ATTICVS A MANV ‖ SPONSVS ‖ LOC. D. EX D. D. — Romae. quod quidem, nisi Smetii aliquatenus vetaret αὐτοψία, pro gripho Ligoriano haberem. Nam ut mittam sponsum puellae sexennis, qualis octennis etiam 837, 2., quid sibi vult illud GAMI? dein N. L. F.? a cuiusnam *manu* Atticus? cur tandem puellae eius generis, Romae praesertim, locus datus ex decurionum decreto? Ludenti Ligorio non

deerant certe nec lapidarii, nec lapides ad talia, si lucrum ipsi procurarent, incidenda. Nihil tamen definio. Pertinet huc etiam sequens:

2734. QVINCTAE NONIAE ‖ RVFAE ET ‖ NONIAE Q. F. — Quinctulae. In agro Rhegiensi. Grut. 882, 5. Mur. 1734, 5.

SEX. 334, 1. incertae est lectionis. Cfr. Maffeii *Ver. illustr.* 4. p. 143. Speciosius utique est 931, 8.:

2735. D. M. S ‖ ANNAE FORTVNATAE ‖ SEX. CETHECILEA.[1]) PA‖TRONAE. — Romae. (1) *Cethegilla Reines.*) et 962, 12. *Sex. Avidia Sex. L. Prima.*

T. (TITA.) 482, 2. *T. Petroniae Rufinae;* sed vide, ne T. cum praecedd. iungendum *Q. Ann.*, corruptumve sit. — 550, 7. *T. Iulia Valentina.* — 792, 9. *T. Cornelius Marcellinus* ‖ *T. Paternia Florina.* „Fortasse leg. eT ligate ƎT vel TE." Hagenb. idemque prorsus valet de praecedente. — 835, 12. *T. Anniae Dariae.* Reperitur T. hoc femininum in lapp. Narbonensibus, Gratiopolitanis et Arelatensibus, ita ut, sicubi sincerum est, ad morem aliquem illius tractus Galliarum sit referendum, quemadmodum simile aliquid vidimus in praenomine *Publia.* — 859, 14. et Zachar. *Marm. Salon.* p. 25, 11. *T. Attiae Laemontinae.* — 880, 9. T. MAXSVMA. TEST. F. I. Sed Murat. 1709, 13.: T. MAX. ET SALVIA. TES· FIE ‖ IVS. — 974, 11. *L. Eranus sibi* ET. T. Θ. *Munniae L. L. Primulae*, ubi vide ne T. temere sit reduplicatum ex praecedente ET. Certe enim debebat esse ET. Θ. T. *Munniae.* Idem valet de 991, 9. *Herma sibi* ET. T. *Hedistiae Quintae* sive *Hedistae Quintiae.* — 879, 4. TITA MARCELLINA, omnibus literis scriptum exstat in titulo admodum suspecto, et a Pomponio Laeto, ut videtur, conficto. Inversum T, ⊥ incerta sane significatione bis legitur 130, 7. et 754, 7.

TI. (TIBERIA) 892, 9. TI. *Aelia M. F.*, ex lap. Hispaniensi. — 909, 15. corruptum, et viri potius praenomen videtur TI.

DIV. Ex Grut. 799, 6. DIV. LELIAE. ATILIAE., DIV. quoque inter feminarum praenomina retulit Scaliger, sed Gudius 271, 4. rectius habet: DEVILLIAE. ATTILIAE. Cfr. omnino Fabrett. p. 373.

His addamus, quae Fabrettus p. 30. a se visa collegit:

2736. DIS. M ‖ C.[1]) GAMICE ‖ C. DIODOTO ‖ CONIVGI ‖ POSTQ. SVIS. — Romae. Fabr. 30, 146.

1) p. 373. ipse Fabr. dubitat, annon leg. sit CL*audia.*

2737. L. VIBIO L. F. AN ‖ ASPRO ‖ SEXT. FAVSTINAE ‖ CONIVGI ‖ BENEMER. FEC. — Ibid. ib. 31, 147.

2738. L. SEPTIMIAE PATA‖BINIANE. BALBIL‖LE TYRHAE ‖ NEPOTILLE ODAE‖NATHIANAE. CQ ‖ AVR. PVBLIENA ELPIDIA NVTRIX ‖ PATRONAE DVLCIS‖SIME ET AMANTIS‖SI‖MAE FELICITER. — Ibid. ib. 31, 148. Mulierem hanc tot nomina habere monstri instar videtur Oliverio ad *Marm. Pisaur.* p. 106.

2739. L. BAEBIAE ‖ SALLVSTIAE ‖ CRESCEN‖TILLAE C. F.[1] ‖ VETERIS ‖ SANCTITATIS ‖ MATRONAE ET ‖ LECTISSIMAE ‖ PVDENTISSI‖MAEQVE CONIVGI CREPEREI ‖ ROGATI C. V. — Ibid. Ib. 31, 150.

1) *clarissimae feminae.*

2740. BENE ME . REN . TI ‖ VIR . GI . NI . AE ‖ L. REM . MI . AE. SER‖VANDAE ‖ L. CALPVR . NIVS RVFI‖NVS. QVAE VIXIT AN. XXI. M. VI. D. XIII. — Ibid. ib. LX.

2741. D. M ‖ EX PERMIS‖SV GALERIAE CLEOPATR‖AES. FECIT ‖ P. AELIVS FRONT ‖ P. LVCIANE ‖ CONIVGI ‖ ET AELIAE FRONTINAE FILIAE ‖ RARISSI. — Ibid. ib. 31, 149.

2742. Q. RAGONIAE CYRIACETI CONIVGI DVLCISSIME ‖ ET INCOMPARABILI VNI VIRIAE CASTE BONE ‖ QVE VIXIT ANNIS XXI. MES. VIIII. DIAEBVS II ‖ Q. IVLIVS DONATIANVS OPTIO. 7. COH. III ‖ CVM QVAM BENE VIXI. AMN. (*sic*) VIII. MESIB. VIIII ‖ DIEB. XXIIII. QVAM NVPSI ANNOR. XII ‖ MESVM XI. DIERVM XIIII. CONIVGI ‖ BENEMERENTI HIC DORMIT. — Ibid. ib. LIX.

Idem rectissime explicat frequentissimum illud Ͻ. L. *Caiae libertus s. liberta.* v. c.:

2743. OSSA ‖ P. ANNI. Ͻ. L ‖ ACASTI. — Romae. p. 2. IV. In hac formula *Caia*, inquit, non per modum proprii praenominis, sed appellative, quasi mater familias ac domina vocatur, iuxta eam significationem, qua nuptiali ritu nova nupta mariti domum ingrediens, ei dicit, *ubi tu Caius*, *ego Caia.* Cfr. denique de omni hac quaestione Walch. ad *Gorii Xen.* p. 46.

2744. C. CATIO C. F. MEN. BALBO ‖ Ͻ. PETREIIAE C. F. PAVLAE ‖ HOS DECVRIONES FVNERE ‖ PVBLICO DE FORO E TRIBVNALI ‖ EFFERENDOS ET HIC HVMANDOS ‖ CENS ‖ FVFISIAE A. L. VIOLAE ‖ C. CATIVS C. F. MEN. GALLVS ‖ PARENTIBVS ET VXORI. — Beneventi. Grut. 386, 5. et 725, 7. correctius apud de Vita p. 8. et accuratius in Inscriptt. p. 38, 1., cuius si typo fidendum est, certum aliquando habemus exemplum praenominis *Caiae.*

Inter feminarum nomina notanda ea, quae formam habent masculinam: v. c.

2745. AELIA DEMETRVS ‖ TITYRO CONIVGI ‖ BENEMERENTI. — Sine loco. Marini *Atti* 1. p. 331., ubi similia afferuntur *Cassia Mus*, *Iulia Barachus*, *Mucia Antiochus*, *Calidia Antiochus*, *Clodia Optatus*, *Acilia Carnus*, *Sallustia Helpidus*, *Flavia Chrysophorus.* (Marini p. 260.) Contra *L. Popillius Aequitas* cet. cfr. ib. p. 323.

2746. Inter nomina libertarum notandum GE (γη) GA, FA, MA. (Marini *Atti* p. 495.) v. c.:

H. F. M. F

P. FALTONIVS P. L. APOLLONIVS ‖ MAG. VICI. ACCENS ‖

RVBRIA C. ET Ɔ L. GE ‖ LIGVRIA A. L. OLYMPIA ‖ FALTONIA P. L. HEDISTE ‖ P. FALTONI ‖ HEDISTENIS L. EVCHRESTI. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 496. — DECIAE L. L. FA. est ibid. 1. p. 250.

2747. D. M ‖ MAXIMA.. ‖ FORTIONIS ‖ MEMORIA ‖ PIGNVS. AM..[1]) ‖ MAXIMVS ‖ FILI ‖ PIENTISSIMI ‖ ET. FORTIO. PATER. — Galbiate in agro Mediolanensi. Communicata mecum a Io. Labus, V. Cl. —

1) Amor. „Curioso è quest' epitaffio pei nomi di que' figli: *Memoria*, *Pignus*, *Amor*." Labus.

2748. OPTIMVS[1]) AVG. LIB. STATILIAE ‖ HYGINAE VXORI ET AVR. STATILIO ‖ OPTIMO FIL. ET LIBERTIS LIB. Q ‖ POST. EORVM. — Romae. Gorii *Xenia* 11, IIII.

1) „Fortasse Aurelii Aug. lib. hic Optimus fuit; unde filio nomina Aurelio, (a patris gente) Statilio (a matris gente) Optimo (cognomen hoc a patre). Hagenb. Mss.

2749. SEX. ATTIO ATTICO PATRI ‖ VALERIAE SEXTINAE MATRI ‖ VALERIAE ATTIAE SORORI[1]) ‖ SEX. ATTIO FESTO FRATRI ‖ ATTIAE NOVELLAE FILIAE ‖ MEMMINIAE PRISCAE VXORI ‖ L. ATTIVS SECVNDVS SIBI ET ‖ SVIS V. P. — Ad Aquas Sextias. Grut. 721, 1.

1) vides nomina feminarum interdum coniuncta ex parente utroque.

2750. DIS MANIBVS ‖ Q. STLACCIVS QVINTIANVS. TVLLIAE ‖ IVSTAE SORORI SVAE PIENTISSIMAE ‖ FECIT ET PARENTIBVS SVIS. VIX. ANN ‖ XXVII. MEN. VII. DIEB. XIII ‖ ET C. VERGILIVS F. FECIT MATRI ‖ IVSTVS. IN FR. P. IIII. IN AGR. P. III. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 270, 1.

„Mira hoc in saxo nominum gentiliciorum ratio; frater et soror diversae gentis sunt, ille Stlacciae, haec Tulliae." Hagenb.

2751. D. M ‖ SEX. NONIO RHETORICO ‖ CONIVGI ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ NONIA CAENIS. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 112. Raro admodum uxores eadem cum maritis nomina gerunt; exempla vide ap. Marin. l. l. Reinesium *Inscript.* p. 42. et 395. et in primis Christii *Noctes Academicas* p. 276. Nec tamen inde colligendum cum Heineccio *A. R.* 1, 10, 6. p. 130. *Haubold.* eas, quae maritorum nomina assumsperint, in manum convenisse, eas vero, quae paterna retinuerint, non convenisse. Fortuita res plerumque erat, in libertinae praesertim conditionis hominibus. — Huius generis sunt Ael. Mont. Haeder eiusque coniux Ael. Mon. Festina in lapide Augustano, quem dedimus in Diis immortal. §. Mercurius. Eius rei illustre hoc quoque est exemplum:

2752. DIS, MANIB, ‖ N, FRESIDI, SVC‖CESSI, DECRET, ‖ FABR.[1]) V, A, XIIII, ‖ N, FRESIDIVS, FLO‖RENTINVS, PAT, ‖ ET, FRESIDIA, SVCCESS ‖ MATER. — Auximi. Zaccaria *Istituzione* p. 274.

1) Decreto (Collegii) Fabrum scil. funere honorati. Ceterum cfr. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 80. seqq.

2753. D. M. S ‖ LVCIFERO FILIO ‖ QVI VIXIT AN. XVI ‖ M. II. D. XII. COMINI ‖ EPICTETVS ET ‖ AEQVICVLANA[1]) ‖ BENEMERENTI ‖ FECERVNT ‖ S. T. T. L. — Forulis, s. Cività Tomassa. Giovenazzi *Aveia*. p. 56.

1) i. e. Cominius Epictetus et Cominia Aequiculana.

Nomina in *anus* desinentia, ut notissimum est, antiquioribus temporibus filiis adoptivis imponebantur derivata a primitiva eorundem gente, veluti *Aemilianus*, *Octavianus*. Postmodo saepe formabantur a nomine materno. v. c. Fabrett. p. 319, 426.:

2754. DIS. MAN ‖ M. AVILIO M. F ‖ QVIR. SCYMNIANO. VIX. ANN. XXIII ‖ MENSIB. II. DIEB. V ‖ FLAVIA SCYMNIS ‖ MATER F. PIISSIM. — In villa Pamphilia.

Vel tandem in libertis deducebantur a patronorum nominibus:

2755. DIIS. MAN ‖ TI. CLAVDI. AVG. LIB ‖ EPICTETI ACTEANI[1]) VIXIT ANNIS LXXXV ‖ CL. ZOSIME PAT ‖ BENEMERENTI FECIT. — Romae. Fabrett. p. 319, 422.

2) ab Acte, Neronis amica.

2756. D. M ‖ T. FLAVI AVG. LIB ‖ PHOEBI ‖ OTHONIANI[1]) ‖ M. METTIVS ‖ TELESPHOR. ET T. FLAVIVS LEONAS. HER. — Fabr. p. 319, 421.

1) ab Imp. Othone.

2757. DIS MANIBVS
N. NAEVI. N. F. PALAT.
VITVLI
DECVRIONI PVTEOL.
ET NAEVIAE SATVRNINAE
MATRI EIVS PIISSIMAE.

N. NAEVIVS MOSCHVS
AVGVSTALIS PVTEOL.
N. NAEVIO VITVLO. F.
DVLCISSIMO
ET NAEVIAE SATVRNINAE.
CONIVGI CARISSIMAE
CONSECRAVIT.

— Marano. Giovenazzi *Aveia* p. 110. Vides N. Naevium Moschum, libertini generis hominem, filio suum Moschi nomen imposuisse Latine conversum, quo libertinitatem, ut loquuntur ICti, magis celaret.

2758. De nominibus virorum ac feminarum in IO exeuntibus consule Marinium *Atti* p. 254. et 496. v. c.:

GRATILLAE. Ɔ. L. VRANIONIS
FILIAE

GRATILLAE Ɔ. L. AMPELINIS
MATRIS. — Romae.

Exempla *πολυωνυμίας* posterioribus fere temporibus usitatae:

2759. C. IAVOLENO CALVINO ‖ GEMINIO KAPITONI. CORNELIO POLLIONI ‖ SQVILLAE. OVVIKACIO[1]) ‖ SCVPPIDIO VERO COS[2]) ‖ PROCOS. PROV. BAETIC. LEG. AVG ‖ PROPR. PROV. LVSITAN. LEG. LEG. IIII ‖ GALLIC. PR. CAND. DIVI HADRIANI ‖ TRIB. PL. CAND. Q. PROV. AFR. TRIB ‖ MIL. LEG. V. MAC. X VIR. STLITIB. IVD. — In agro Cryptae Ferratae prope Tusculum. Donati 1. p. 333, 11.

1) fuitne OVF*entina tribu*, VIKACIO s. potius VOLKACIO., ut ap. Donatum 2. p. 358, 10.? 2) Cos. suffecto anni incerti.

2760. IMP. CAES. DIVI TRAIANI || AVG. COS. VI. F. DIVI NERVAE || COS. III. TRIB. P. II. NEPOTI TRAIANO HADRIANO. AVG. PONT. MAX || TRIBVNIC. POT. XII. P. P. COS. III.[1]) MARCVS.[2]) MESSIVS RVSTICVS || AEMILIVS PAPVS ARIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.[3]) SODAL || AVGVSTAL. IIII VIR VIARVM || CVRANDARVM. TR. MIL. LEG. III || AVG. PR. PR.[4]) PROVINC. AFRIICAE TRIB. PLEB. PR. PEREGRIN || CVRATOR VIAE AVRELIAE || LEG. LEG. AVG. XX. V. V. OPTIMO PRINCIPI. — In vico Coronili agri Vtrariensis. Don. p. 116, 13.

1) p. Chr. 128. 2) nota praenomen omnibus literis scriptum. 3) tot huius viri nominibus in saxo Gruter. 256, 2. anni 145. p. Chr. duo praeterea accedunt post *Marcus: Cutius Priscus;* sed idem in duobus saxis Grut. 197, 5. et 198, 2. p. Chr. 121. simplicius vocatur: *Lucius Messius Rusticus:* vides igitur cum annis procedentibus mutari praenomen, augeri numerum cognominum. Hagenb. 4) Propraetor, non ut Gorius volebat Praefectus Provinciae. Id.

2761. Q. POMPEIO Q. F. QVIR. SENECIONI || ROSCIO MVRENAE. COELIO. SEX. IVLIO FRONTINO SILIO DECIANO || C. IVLIO EVRYCII.[1]) HERCVLANEO || VIBVLLIO PIO AVGVSTANO ALPINO || BELLICIO SOLLERTI IVLIO APRO || DVCENIO PROCVLO RVTILIANO || RVFINO SILIO VALENTI VALERIO || NIGRO CE. FVSCO[2]) SALENTIANO || SOSIO PRISCO. PONTIFICI. SODALI || HADRIANALI. SODALI ANTONINIANI || VERIANI.[3]) SALIO COLLINO. QVAESTORI CANDIDATO. AVG. LEGATO PR. PR. ASIAE || PRAETORI CONSVLI. PROCONSVLI ASIAE || SORTITO. PRAEFECTO ALIMENTOR || XX VIRO MONETALI. SEVIRO[4]) PRAEF || FERIARVM LATINARVM. QQ. PATRONO || MVNICIPII SALIO[5]) CVRATORI FANI H. V[6]) || S. P. Q. T.[7]) — Tibure. Spon *Misc.* p. 189, 2. Gud. 136, 5., ex quo quaedam emendavi.

1) l. Euryeli. Hag. 2) Spon. CLEVS.. 3) l. vel *Antoniniano, Veriano* vel *Antoniniali, Veriali.* Hagenb. 4) sc. Equitum Romanor. Id. 5) Salio sc. Herculis v. Gutb. de Sal. p. 17. Id. 6) *Herculis Victoris*, non vero *Huius Vrbis.* Id. 7) Tiburs. ut Grut. 422, 4. Id. Sponius et Gutb. in hoc marmore varia virorum quindecim vel sedecim nomina continua serie recenseri, subiectis continua iterum serie variis dignitatibus; singulas vero singulis nominibus aptare difficillimum esse aiunt. Sed rectissime Hagenb. ad Spon l. l. contendit, nomina ultra quam triginta unius hominis esse, qui inter mortales, nimia illa vanitate πολυωνυμίας inauditae remota, vulgo audierit Q. Sosius Priscus, Consul a. p. Chr. 169. Fortasse causae tot nominum quaeri poterunt in adoptionibus, et coniunctione nominum avorum, proavorum, maternorum etiam, (ne de vitricis addam) quorum imagines domi habebat. Praenomina vero tam multiplicata alia exempla habent, in iis, quae Marini *Atti* 1. p. 149. coniecit ad Mur. 1091, 1. et Reines. p. 463. In feminis πολυωνυμοις observa seqq.:

Fl(avia) Neratia Septim(ia) Octavilla. Grut. 467, 5. Valeria Spuria Flassina s. Flaccina. ibid. 469, 1.

2762. C. REXIO || P. F. FAB || NAVILIANO || SENIORI || EQVO PVBLICO || OMNIBVS HONORIBVS || MVNICIPALIBVS || PERFVNCTO. — Brixiae. Fabr. p. 370, 141.

2763. MEMORIA || VMIDI HYLATIS || IVNIORIS || VIXIT ANNIS IIII. M. III || H. S. E. — Via Nomentana. id. ib. N. 140.

2764. L. ANNIO L. L. DIPHILO MAIORI || L. ANNIO L. L.

DIPHILO MINORI ‖ L. ANNIVS DIOMEDES LIBERTEIS. — Sine loco. id. p. 371, 147.

Sic etiam in feminis, et ancillis:

2765. NICE. MINOR. MINISTRA ‖ IN FAMILIA. — Romae. Gorii *Xenia* p. 17. XXX.

2766. D. M ‖ TI. CLAVDIO ‖ NICEROTI ‖ QVI ET ASIATI‖CVS LIVI QVIN‖TILIA CONIVGI ‖ PIISSIMO ET DVL‖CISSIMO FECIT ‖ V· A. XXX. — Bruxellis. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 33. et p. 219. correctius quam apud Mur. 328, 13.

2767. DIS. MANIBVS ‖ SALVSTIA HOMILIA ‖ QVAE ET CAECILIA ‖ VIX. ANN. XXV ‖ CAECILIVS DIVS ‖ CONIVGI ‖ B. M. F. — Pisis. Grut. 824, 7.

2768. D. M ‖ VALENTINE ‖ ANCILLE. QVE ‖ ET STEPHANA[1]) ‖ DEF. ANN. XIIII ‖ ANTONIAE ‖ VALERIAE[2]) PRIMIL‖LA MATER. FILIAE. B. M. — Stratae, ditione Patavina. Grut. 999, 1.

1) in talibus videndum interdum, an alterum nomen sit Christianum, ut in lap. Christiano apud Reines. 1005, 452., „Accia vel Maria est nomen mihi Tulliana." 2) scil. Serva.

2769. DIS MANIBVS ‖ SACRVM ‖ ORANAE HILLARAE ‖ PIIA. VIXIT. ANN. L ‖ C. IVLIVS PROCVLVS ‖ MANTIVS BENIVOLVS ‖ VXORI OPTIMAE ET ‖ C. MANTIVS IANVARIVS ‖ QVI VOCITATVR ‖ ASELLVS ‖ MAMMAE INDVLGENTISSIMAE ‖ H. S. E. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 505. v. Vermiglioli *Iscriz. Per.* 2. p. 170. Sic:

2770. C. IVLIVS NEREVS. QVI VOCATVR PETITIVS. — Grut. 1132, 13. Notamus hic usum duplicium istorum nominum in primis frequentem fuisse apud Aegyptios. v. Raoul-Rochette *Journal des Savans.* Avril. 1824. p. 240. *CENXΩNCIC H KAI CAIIATAIC ΠPECBTTEPA ΠIKΩTOC ΓENNHΘEICA TΩI ΔI ΘEOT TPAIANOT ΠAXΩN IZ ‖ ETEΛETTECEN* (*sic*) *TΩI ΘI ANTΩNINOT KAICAPOC KTPIOT ΦAMENΩΘ IE ΩCTE EBIΩCEN ETH MΔ MHNAC ΔEKA ΘAPCEI.* (mortua est Senchonsis decima die Martii a. p. Chr. 156.)

2771. OPTATINE RETICI‖AE[1]) SIVE PASCASIE ‖ CONIVGI AMANTISSIMAE EN‖NIVS FILTERIVS SIVE POMPEIVS MARITVS POSVIT SEPVLCRV‖M. CVM QVA VIXIT ‖ ANNIS OCTO. MENSIBVS NOVEM ET ‖ DIEBVS DVOBVS. — Arelate. Grut. 813, 9.

1) ita lapis. Maffei *Ant. Gall. sel.* p. 49. Grut. OPTATINERE. ET ICI‖AE. quod Reines. p. 37. emendavit *Optatinae Raeticiae*. Ceterum, quod nemo divinando assequeretur, Christianus est titulus. v. Maffei l. l.

2772. D. M ‖ EVSTATIO SIVE LAMP‖ADIO ALVMNO QVI VIXIT ANNIS XVI. M. VII. CLARVS PATRONVS ‖ MERENTI FECIT. — Venetiis. Maffei *Mus. Ver.* 372, 3. cfr. ibid. 420, 5. PHOEBVS QVI ET TORMOGVS HISPANVS. Hinc vindicanda inscriptio nuper Treviris reperta. *Quednow Beschreibung der Alterthümer in Trier.* Trier 1820. Th. 2. p. 38.:

2773. ⊦ N H D ‖ GENIO ARE‖RIORVM[1]) CON‖SISTENTIVM ‖ COL. AVG. TRE ‖ AXSILLIVS AV‖ITVS SIVE. SACRVNA[2]) ‖ D D. — Vbi verum vidit Lehne, etsi subdubitante Censore Ienensi *Ergänzungsblätter* 1827. N. 27. Contra duo longe excellentissimi huius aetatis philologi in alia omnia abierunt propter ignorantiam voc. *sive* hoc sensu usurpati. Itaque alter SIVE SACRVNA deleri iussit: quasi vero talia muscorum instar saxis accrescerent; alter punctis positis S. I. V. E, interpretatus est: *Sicut ipsi votum est, sacrum dedit donavit.* Sed cfr. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 219. Primas vero literas, alteri adeo non perceptas, ut in iis Dei alicuius ἐπιχωρίου nomen latere suspicaretur, recte supplevit: *In honorem Domus Divinae.*

1) pro *Arenariorum*, de quibus vide in Collegiis. 2) Attendenda sunt huiuscemodi nomina peregrina, Germanica praesertim, Gallica atque Hispanica, coniecturam aliquam de deperditis istis linguis facturo, quocirca optandum esset, ut quomodo in Etruscis fecit Lanzius, ex Inscriptt. colligerentur: nostrum fuit, talia passim obiter notare. Miror autem Gulielmum de Humboldt, V. Cl. in eruditissimo libro *Prüfung der Untersuchungen über die Urbewohner Hispaniens. Berlin* 1821. p. 73. *Namen der Individuen.* Inscriptionum Hispaniensium nullam plane rationem habuisse. Sic memorabilis est inscriptio monum. Dodenwerdensis a Cannegietero praesertim illustrati: (Mur. 861, 5.) M. TRAIAN IVC‖GVMATTIVS GAI‖SIONIS F VET ALAE ‖ AFROR. TPI. (*Titulum Poni Iussit*) propter nomina barbara. Eiusdem generis sunt sequentes: (cfr. Cannegieter *Nom. Rat.* p. 284.)

2774. DEAE ‖ NEHALENNIAE ‖ IANVARIVS. AMBACTHIVS ‖ PRO SE ET SVIS ‖ V. R.[1]) (*sic*) L. M. — In Batavia. Keyssler *Antiqq. Celt.* p. 249.

1) l. S.; nam pro *Reddidit* vix haberi potest.

2775. DEAE ‖ NEHALENNIAE ‖ ASCATTINIVS[1]) ‖ RASVCO ‖ V. S. L. M. — In Zelandia repert. Keyssler ib. p. 250.

1) *Aulus Scattinius* suspicatur Hagenb. fortasse sine caussa. Vides Germanos et Batavos solitos retinere patrium nomen, praemisso Romano aliquo. Vno plerumque nomine contenti erant etiam sub Romanis Germani, saepe ad Romanorum nominum modum formato v. c.:

2776. I. O. M ‖ PISTILLVS ‖ ET QVINTVS ‖ ET. MARIANVS ‖ BELLICI. F.[1]) ‖ V. S. L. L. M. — Moguntiaci. Grut. 130, 9. correctius in Tenzelii *Monatl. Unterredungen* 1690. p. 378.

1) Filii. Alia nomina vel Germanica vel Celtica, ut vult Mone, dabit tibi Emele *Beschreibung* p. 76. v. c. *Camulixus, Cintugnatus, Vnissato, Lerisecus, Dacoma, Mucona* cet. Britannica nomina passim reperies in Camden-Gibson *Britannia* v. c. T. 2. p. 29.

2777. C. MENVEN DAN- ‖ FILI. BARCVN. — Parken.

2778. HIC IACIT[1]) (*sic*) VLCACINVS FIVS ‖ SENOMACIL. — Lhan Vihangel Ierwerth, in Pembrokshire.

1) *iacit* est etiam in aliis Britannicis. Camden-Gibson. T. 2. p. 42. 51.

2779. SASRANI FILI ‖ CVNOTAMI. — St. Dogmael. ib. p. 56.

2780. D. M. ET QVIETI AETERNAE ‖ LVGILI METROBI ‖ SIGNO SAPRICI ‖ STATOR CIVITATIS VIENES QVI VIXIT ‖ AN. XXXVIII. M. II. DIVICIA DOMITI‖OLA MATER FILI‖OR. III. CONIVGI ‖ KARISSIMO ET INCOMPARA‖BILI PONENDVM ‖ CVRAVIT ET FILI ‖ SVB ASCIA = DEDICAVERVNT. — Viennae

Allobr. Grut. 631, 7. Bimard *Proleg.* p. 88. qui *Signum* recte explicat: populare cognomentum, *sobriquet.* cfr. Vopisc. *Aurel.* 6. *tribuno,* — *huic signum exercitus apposuerat Manu ad ferrum.* Fabrett. p. 252, 42. HIC IACET AVFIDIA SEVERINA SIGNO FLORENTI. Mur. 1382, 8. *Octaviae Felicitati Signo Leonti.* Cfr. Oderic. p. 347. seq.

2781. Ceterum per totum hoc caput unum praesertim librum desideravi, cuius copia in Helvetia non erat. *De Familia Caesennia – inscriptiones – collectae, lucubrante* PETRO ANTONIO BRASCHIO cet. Romae 1731., 4., cuius brevissimam epitomen reperies in Supplementis ad *Nova Acta Eruditor.* Tom. VII. Sect. VIII. p. 370. Conferendus etiam Salmasius in Commentario inchoato ad Arnobium.

CAPVT IX.

SERVI. OFFICIA DOMVS AVGVSTAE. LIBERTI.

2782. VOLVSIAE. PRIMAE ‖ CONIVGI KARISSIMAE ‖ EPAPHRODITVS Q. N. DISP.[1] ‖ ET ‖ VOLVSIAE OLYMPIADI ‖ CONIVGI SANCTISSIMAE ‖ ET EPAPHRODITVS FILIVS ‖ EPAPHRODITO. — *Infra:* Q. N. (*Lupa cum Romulo et Remo*) DIS.[1]) *In basi:* LOCVS D. A. QVINTO N . . .[2]) ‖ *A latere sinistro:* PRIMA VIX. ANN. XX. M. IX. D. XXIV ‖ OBIT XII. K. NOV. FVLVO ET ATRATINO. COS.[3]) *A latere dextro:* OLYMPIAS V. ANN. XXV. M. X. D. V. *In ima basi:* VIX.[4]) ANN. XLI. OB. IMP. NERVA III. COS.[5]) — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 133. (Donati p. 454, 1. haud integrum dat.)

1) *Quinti nostri dispensator;* ita optime interpretatur notam istam Marinius saepe perperam explicatam. v. c. *Athictus L. N. a Frumento* Grut. 592, 8. *Corneliae N. Disp.* ib. 597, 8. 2) *datus a Quinto nostro.* 3) p. Chr. 89. 4) scil. Epaphroditus. 5) p. Chr. 97.

2783. V.[1]) P. LVCILIVS Ͻ. L.
CROESUS.[2]) PROTAVLES.[3]) — Romae. Marini *Atti* 2. p. 530.

1) vivit. 2) Regia servorum et libertorum nomina haec collegit Marini ib. p. 528.: Pharnaces, Phraates, Mithridates, Arsaces, Herodes, Priamus, Achilles, Ptolemaeus, Romulus, Midas, Artemisia, Arsinoe, Semiramis, cet. 3) ut Choraules, Monaules, cet. v. Marin. p. 612.

2784. ZETHVS T. VINI ‖ ATRIENS. V. A. XX ‖ OSSA SVB HOC TVMVLO PIA ‖ SVNT SED ACERBA PARENTI ‖ AMPHIO MI FRATER HOC ‖ TITVLVM POSVIT ‖ PARCITE FATA MEIS ‖ VALEANT FRATRESQVE ‖ SORORES. SIT TAMEN ‖ IN VESTRO PECTORE CVRA MEI. — Romae. Fabrett. p. 8, XLVII. Ita saepius servi fratres his nominibus heroicis insigniti fuerunt, ut etiam Pollucis, Castoris.

2785.

LVCIFER. V. A. I. ET D. XLV	CALLISTVS
HESPER [1]) V. A. II.	V. A. XII.
PROTOGENES. CAESAR. AVRIF. [2]) FILIS. SVIS	DONAT TITVLIVS
	IRENIO DEC. [3])

— Romae. Guasco T. 2. p. 131.

1) haec quoque Lucifer, Hesperus inter pulchriora servorum nomina numeranda. 2) Aurifex. 3) Decurio inter servos.

2786. DIANAE ‖ AMANDVS ‖ Q. VALERI ASIA‖TICI. [1]) ‖ V. S. L. M. — Astae. Mur. 34, 7.

1) ubicunque sic conditionis memoria siletur, ibi servi, non liberti vocabulum cogitatione annecti oportere demonstraverunt Fabrett. Cap. 1, 188 — 223. Hagenbuch. *Epp. Epigr.* p. 53, 157 — 201. 263. v. Saxii *Miss.* 2. p. 182.

2787. Servos exstitisse binomines, id est, servos, quemadmodum ingenuos, habuisse (praenomen,) nomen et cognomen recte negant, paucaque ea exempla, quae contra facere videantur, vel corrupta, vel ad libertos referenda esse docuerunt Hagenbuchius passim, Hultmannus in egregia *Diatriba inaugurali antiquario-iuridica de servis binominibus* Lugd. Bat. 1750. 4., cuius exemplar in nostra bibliotheca civica adservatum, Hagenbuchius variis adnotationibus Mss. ornavit, et Gul. Otto Reizius Excursu XVI. *ad Theophilum Antecess.* T. 2. p. 1208.; quos consulat lector.

2788. D. M ‖ C. MYRTILI ‖ ACTORIS ‖ IVVILLA ‖ CONSERVA ‖ B. M. F. — In agro Tudertino. Grut. 986, 3. et accuratius ib. 1112, 3.: DIS. M ‖ MIRTILI ‖ ACTORIS IVNILLA (*sic*) CONSERVA ‖ B. M. F. v. Hultm. *de servis binom.* p. 45. ita praenomen servo decedit. *Actoris*, quod Scaligero cognomen erat, rectius pro officii nomine accipiunt Reines. p. 632. Gud. Hagenb. Hultm.

2789. D. M ‖ A. CORNELIVS ‖ CELER. TI. [1]) CORNELIA ‖ EVTYCHIS. CORNELI‖AE SEVER. ET COR‖NELIS. QVILTO [2]) ET ROMANO VERNIS. [3]) PAREN‖TES FECERVNT DVLCIS‖SIMIS ET PIISSIMIS. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 324.

1) an fuit T L. *Titi libertus?* 2) nomen quam maxime mirum: fuitne *Quinto?* 3) Hic quoque minime agnoscendi servi binomines; quippe *vernarum* nomen retinere poterant, etsi una cum parentibus manumissi.

2790. TROPHIMO ‖ LIB ‖ FABIANVS ‖ COS. — Aquileiae. Grut. 955, 10. Bertoli A. d'A. p. 304, 1. Mur. 348, 1.

2791. NAICO ‖ SER ‖ VNCTORI FABIANVS ‖ COS. — Aquileiae. Bertoli A. d'A. p. 303, 2. Mur. 348, 2.

2792. PHAEBIANO SER ‖ MEDICO ‖ FABIANVS ‖ COS [1]). — Aquileiae. Bertoli p. 303, 1. Mur. 348, 3.

1) „Miro consensu Turrius (*de Colon. Foroiul.* p. 360.) Bertolius et alii hic Duumvirum seu Consulem Aquileiensem Fabianum somniarunt; immo vero Muratorius l. l. et Marcellus de Venuti (*Antichità d'Ercolano* P. II. C. VI. p. 66.) hic L. Annium Fabianum una cum M. Nonio Muciano p. Chr. 201. u. c. 953. Consulem invenerunt. Sed, si quid video, incassum: mihi contra Fabianus Trophimi, Naici, (modo sincerum sit hoc nomen) Phaebiani COS, hoc est COnServus audit. *Coservus* autem pro *Con-*

servus saepe in inscriptionibus occurrit. (Grut. 990, 11. Mur. 1607, 1.) Par ratio est marmoris Pisaurensis, (Marm. Pisaur. p. 59. Mur. 1603, 13.) ubi:

2793. D. M. TIG (*patera perforata*) RIDI ‖ APER ‖ CONS — cui recte Consulatus notam abesse iussit, et Aprum, Tigridis *Consortem* (ego *Conservum* cum Hagenbuch. *Dipt. Brix.* p. 133. malim:) significari docuit Oliverius. Neque obstabit, Trophimi liberti conservum Fabianum se dicere, quum et Turpiliam Eutychiam Gnesin libertam (lege: Gnesii libertam) (ex priori fortuna, recte observat Fabrett. p. 698, 205.) Primus suam tamen *conservam* nominet:

2794. D. M ‖ TVRPILIAE EVTYCHIAE ‖ GNESI. LIB ‖ PRIMVS CONSERVAE ‖ SVAE BENE‖MERENTI FECIT ‖ VIXIT ANN. XXXV. — Romae. Grut. 998, 4. Reines. 895, 50. Fabrett. p. 698, 205." Ita rectissime disputat Hultmann *Misc. Epigr.* p. 364.

2795. Saepe memorantur ALVMNI et ALVMNAE (*θρεπτοί*) i. e. „liberi nati, expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati." (Traian. *Ep. ad Plin.* 10, 72.)

T. AELIVS AVG. LIB ‖ SATVRNINVS ‖ A DIPLOMATIBVS ‖ SARDONICHI ‖ ALVMNO FIDELISSIMO. — Romae. Fabrett. p. 349, 19.

2796. HELENAE. ALVMNAE ‖ ANIMAE ‖ INCOMPARABILI ET ‖ BENEMERENTI. (*Ingentis felis subest figura.*) — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 276, 4.

Sed ALVMNI etiam interdum ingenui, ab aliis benigne educati:

2797. L. LVCCIO L. F. PAL [1]) ‖ VMMIDIO SE‖CVNDO DECVR ‖ L. LVCCI. L. F. TER ‖ HIBERNI II. VIRI ‖ ITER. QQ. PATRON ‖ COL. ALVMNO ‖ COLLEGIVM FA‖BRVM QVIB. EX S. C ‖ COIRE LICET ‖ L. D. D. D. — Casini in Campania. Grut. 432, 1.

1) Nota alumnum ingenuum diversa ab nutritore tribu.

2798. D. M ‖ ATILIAE ZOSIMES ‖ VIXIT ANNIS VIIII ‖ MENSIBVS QVINQVE ‖ AELIVS ALEXANDER ‖ ET ATILIA TRYPHERA ‖ ALVMNAE. — Romae. Fabrett. p. 349. VI.

2799. D. M ‖ C. PACCIO CLEMENTI ‖ FAENIA FIDA CONIVG ‖ ET L. FAENIVS SOPHRON ALVMNVS ‖ BENEMERENTI FECERVNT. — Romae. Fabrett. p. 353, 56.

2800. D. M ‖ L. CANINIO FELICI ‖ CANINIA CALLISTE ‖ PATRONO ET CONIVGI ‖ ET Q. TEDIVS GALLVS ‖ ALVMNVS B. M. FECERVNT ‖ ET SIBI ET SVIS ‖ LIBERT. LIBERTABVSQ ‖ POSTERISQ. EORVM. — Romae. ib. 58.

DELICATORVM nomen in Inscriptionibus obscoeni amoris significationem non videtur habere. (Cfr. Suet. *Tit.* 7.) v. c.:

2801. CASSONIO VITALI VESTINO VERECVNDO ‖ CASSONIO VALENTI CASSONIA VITALIS DELICATIS. — Romae. Fabrett. p. 362. XV. ib. 100. ex Grut. 311, 6.:

2802. D. M ‖ TEIAE EVPHROSYNES ‖ RVFFINAE V. V [1]) ‖ DELICATAE [2]). — Romae.

1) Virginis Vestalis. 2) est Graecorum *ἅβρα*.

2803. EVTYCHETI PVERO ‖ DELICATO B. M ‖ L. FVFIDIVS SPORVS ‖ DOMINVS FECIT ‖ BREVIS VOLVPTAS ‖ FVIT. — Romae. Grut. 661, 9.

2804. DIS. MAN ‖ VERECVNDI ‖ DELICATI VIXIT ‖ ANN. XVII. M. II. D. XI ‖ C. VESIVS MARTIALIS. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 163, 3.

2805. D. M ‖ ET MEMORIAE AETERNAE ‖ CALPVRNIAE SEVERAE ‖ FEMINAE SANCTISSIMAE ‖ VIVA SIBI PONENDVM PRECE‖PIT CALPVRNIAE DELICATAE ‖ ET EREDI ‖ ET SVB ASCIA DEDICAVIT. — Lugduni. Millin *Voyage* I. p. 462.

Servi peculiares:

2806. DIS. MANIBVS ‖ FLAVIAE ATHENAIDI ‖ APOLLONIVS ‖ IMP. DOMITIANI AVG ‖ GERM. SER. PECVL ‖ ET FLAVIA PALLAS ‖ PARENTES ‖ FILIAE CARISS. FECER ‖ VIX. MENSIB. VIII. DIEB. XXVI. — Romae. Grut. 603, 7.

2807. P. PAPIRIVS P. LIB ‖ THEODORVS ‖ SIBI ET ‖ VALERIAE CALLIRIOE ‖ VXORI ‖ CORNELIAE CALLITYCHE ‖ PRIVIGNAE ‖ PECVLIARI ANTEA CONT. 1) ‖ H. M. H. N. S 2). — Cremonae. Bianchi *Marm. Crem.* p. CLXXXIV.

1) Nota illud plane singulare, *peculiari contubernali.* cfr. Murat. p. 892, 1. CARPVS T. CAESARIS VESPASIANI AVG. SERVVS VERNA PECVLIARIS VICARIO SVO BENEMERENTI. 2) hoc monumentum heredem non sequitur.

Vernae.

2808. D. M ‖ A. FVRIVS CRASSVS ‖ A. FVRII FESTI VER ‖ LOCO F. HAB . . . 1) ‖ VIX. ANN. IIII. M. VI ‖ D. XXVIIII. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 282, 12.

1) loco filii habitus. De *Vernis* consule Cannegieter *Nom. Rat.* p. 60.

2809. ARSINOE SCARIPI TABVL ‖ C. CAESERIS 1) (*sic*) VERNA ‖ ANNORV. XXII. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 96, 4.

1) C. Caesarem intelligit Augusti filium adoptivum Hagenb. Mss. VERNA de muliere rarum: tria praeterea exempla laudat Hagenb. Mss.

2810. FRIMA 1) SATRIA D. L. ATHE‖NIO FILIA VERNA. — In agro Campano, in villa S. Petri. Apian. p. 135, 1. inscriptio a Grut. aliisque neglecta.

1) f. Prima.

2811. CASCIA CA‖PRIOLA SILVA‖NO SVO NV‖TRITIO. ET. VER‖NACLO. SVO 1) ‖ B. M. P. — Sentini. Fabrett. p. 613, 9.

1) sic Mur. 1540, 6. ISAVRICAE VERNACLAE SVAE cet. v. Cannegieter *N. Rat.* p. 64.

A vernis distinguuntur SERVI EMPTICII:

2812. DIS MANIBVS ‖ ALYPI. IMP ‖ AVG. SER ‖ MINISTRATORIS ‖ VERNAE ‖ SPENDON ET HERMES EMPTICI ‖ DE SVO FECERVNT ‖ VIX. ANN. XXIIII. — Romae. Grut. 1111, 11. correctius in Zaccaria *Istituzione* p. 375.

Tatae. Mammae. Nonnae. Nutricii et Nutrices. Compaedagogitae.

2813. DIS. M ‖ ZETHO CORINTHVS ‖ TATA EIVS. ET NICE MAMMA F ‖ V. A. I. D. XVI. — Romae. Grut. 663, 8.

2814. L. VALERIVS CAPITOLINVS ‖ FECIT ‖
PONTIAE VENERANDAE
B. ET L. VALERIO. ACRATO B
PARENTIBVS ET
L. VALERIO SABRIONI TATAE SVO ‖ ET POSTERISQVE EORVM. — In villa Pelucchi. Oderic. p. 228. „Videant viri docti utrum *avus* potius, quam *nutritor* h. l. voce *tata* designetur." B. B. *bonis bonis.* i. e. optimis. de Scalig. sententia.

2815. Q. PESCINNIVS CHRESTIO ‖ ALVMNVS ‖ CLODIAE ASTHIOCHAE ‖ NONNAE[1]) SVAE FECIT. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 252, b.

1) *nonna* hic pro nutrice positum videtur. Apud Italos *nonna* nunc est avia, quae aviae saepe nutricum officio funguntur.

2816. Q. COSIDIVS ‖ ZOSIMVS ‖ VIXIT VALVIT ANN. C ‖ NVTRITOR. Q. ALLID. F. — In via Tusculana. Fabrett. p. 142., 153. Alibi *nutricius.* Grut. 603, 5. *tata.* Fabr. 142, 152. item *tatulus*, et *mammula.* Grut. 663, 2.

2817. D. M ‖ ARGAEO ‖ V. A. V. M. IIII ‖ NAEVIA ‖ CLEOPATRA ‖ NVTRIX ‖ FECIT ‖ DVLCISSIMO. — Prati. Mur. 1435, 11.

2818. D. M ‖ CARPIONI ‖ AMICO B. M ‖ FECIT HELIVS ‖ CONPEDAGOGITA[1]). — Romae. Fabrett. p. 361. XIII.

1) servus in eodem paedagogio domini sui educatus, cuius necessitudinis interdum liberti quoque memores fuere: ib. N. 99.:

2819. D. M ‖ NOETO ‖ TI. CLAVDIVS ‖ EVANGELVS ‖ COMPEDAGOGIIITAE SVO ‖ F. — Romae.

Servorum ordinariorum VICARII, qui in illorum erant peculio, ipsique interdum alios habebant vicarios, haud raro in inscriptt. memorantur. v. c.:

2820. PHILO DESPOTOS[1]) ‖ ADIVTORIS[2]) TI ‖ CLAVDI CAESARIS ‖ AVG. SER. VICARI ‖ ZOSIMENI CONSERVAE ‖ LANIPENDI M.[3]) FECIT. — Cannis. Romanelli *Topografia* T. 2. p. 273. ubi perverse explicatur.

1) iunge PHILODESPOTOS. 2) Nomen proprium. 3) *Lanipendii ministrae.* Cum Mola Romanellius. Sed est: *lanipendi* (Dativ. singularis a *lanipens*) (*bene*) *merenti*, vel *merito.*

2821. DIS MANIBVS ‖ Q. TVRRANIO MAXIMO ‖ PRAECEPTORI ET ‖ AMICO BONORVM ‖ CONSILIORVM ‖ SAGARIS ALCIMI AVG. SER ‖ VERNAE ARCARI PROVINC ‖ ACHAIAE VICAR ‖ MERENTI MEMORIA. — Athenis. Stuart *Antiquities* T. 1. p. VIII. v. Seguierii Epist. ad Hagenb.

2822. VENVSTVS ‖ PHILOXENI ‖ TI. CLAVDI. CAESARIS ‖

SERVI ‖ DISPENSATORIS VICARIVS ‖ B. D.[1]) V. S. L. M. — Romae. Fabrett. p. 303, 292.

1) Bonae Deae.

2823. HIEROCLI AVG. DISI[1]) ‖ OPERVM ‖ PVBLICORVM ‖ EROS VICARIVS. — Romae. id. p. 302, 284.

1) Disignatori vel designatori? Reines. leg. Disp(*ensatori.*)

2824. SECVRITATI MARTIALIS ‖ DANAI VICARI FIDELISSIMI. — Romae. id. p. 303, 293.

2825. DIS. MAN ‖ ASCLEPIADI ATHICTVS L. N[1]) ‖ A FRVMENTO ‖ VICARIAE CARISSIMAE BENEMERENTI[2]) ‖ FECIT ET SIBI. — Romae. Grut. 592, 8.

1) Librarius notarius. 2) *optime benemerenti* legitur in inscript. ap. Fabrett. p. 321. XXXXI. *Vicarium vicarii* ex Grut. 579, 10. dabimus in Capite de Officiis minoribus: ibidemque videbis servum, qui vicarium haberet, huius dominum dici.

2826. MYRINI[1]) ‖ FAVSTI COL ‖ NARBON‖ESIVM (*sic*) SERVI ‖ VICARIA HIC EST SEPVL ‖ POSTHVS CON‖TVBERNALIS. — Narbone. Grut. 986, 2.

1) *Myrine* Hagenb. *Ep. Epigr.* p. 163. Nota vicariam feminam servi, nisi utrobique est error pro FOCARIA; ut et servum Coloniae.

2827. HIC OSSA SITA SVNT ‖ FAVSTI ERONIS[1]) ‖ VICARI SVPRA ‖ COCOS. — Romae. Grut. 580, 12.

1) duo hi sunt, non unus; nam de Fausto servo vicario Eronis accipe; etsi Faustum Eronem ex hoc saxo memoret Hultm. *Serv. binom.* p. 47., cui tamen non negem, servos reperiri duobus dictos servilibus nominibus. HAGENB. Mss.

2828. PHAEBO MARCIAE ‖ MAXIMI[1]) AD MARGARITA ‖ ET ARESCVSAE VICARIAE EIVS ‖ . . . YMENVS CONLEGA. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 257, 1.

1) Marciae, Maximi uxoris, servi. Nota *vicariam* et servum *collegam* dictum, ut *collega servi mensoris* ap. Grut. 858, 9. Tum adnotante HAGENB., leg. *Clymenus.* Grut. 1116, 9.

2829. D. M. THEOTIMAE ‖ ANCILLAE ‖ QVAE VIXIT. ANN. XV. M. VI ‖ ANTEIA CLIDE ‖ DOMINA B. M. F. — In via Nomentana. Fabrett. p. 703, 241. — *Ancillae* rarissime memorantur in Inscriptt., quum id vocabulum sub Impp. paullatim obsolevisse videatur.

S e r v i f u g i t i v i :

2830. PETRONIA TENE ME QVIA FVGI BIS ET ‖ REVOCA ME AD DOMV ATHEODETENIS ‖ AD DOMINVM MEVM VITALIONE.

2831. IANVARIVS DIC‖OR. SERVVS SVM DEX‖TRI EXCEPTORIS SENA‖TVS QVI MANET IN RE‖GIONE QVINTA IN A‖REA MACARI.

2832. TENE ME NE FVGIAM ET ‖ REVOCA ME IN FORO TRAIANI ‖ IN PVRPVRETICA AD PASCA‖SIVM DOMINVM MEVM.

2833. T. M. Q. F. E. REV. ME. P. RVBRIO LAT. DOM. MEO. — In lamellis aereis Romae repertis ap. Fabrett. p. 522., 366., 364., 361., 368.

. CONTVBERNALES:

2834. STRVCTVRA CVM MVNITVRA SARTOPHAGI (*sic*) VETVRI ‖ FELICIS P. P.[1]) SVIS IMPENDIS FECIT FELIX AVG. LIB ‖ ADIVT. TABVL. ARAT.[2]) QVI SORTITVS EST IN CONTVBERN ‖ SVO ARRIAM RVFINAM. QVAE FVIT VXOR[3]) EIVSD. VET. FELICIS ‖ LOCVS CONCESSVS AB T. AEL. ASCLEPIODOTO. — Romae. Grut. 589, 7. „Smetius vidit."

1) Praepositi, scil. tabulariorum a rat. Hagenb. Sic *P. P. Cellaris*, Grut. 593, 3. 2) adiutor tabulariorum a rationibus. 3) Arria igitur, postquam uxor fuerat liberti (Veturii), deinde contubernalis facta est Felicis, tunc servi, postea liberti. Ceterum vides ex insigni hoc titulo, servos interdum *sortitos* esse contubernales suas: nisi assignatam eam esse significat a domino, ut est apud *Columellam* 1., 8., 5. „*quaecunque villico contubernalis mulier assignanda est.*"

2835. NOME FECIT SIBI ET ‖ PHOEBO CONTVBERNALI SVO ‖ CARISSIMO ET OPSEQVENTISSIMO ‖ VIXIT ANNIS XXVIII. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 302, 9.

2836. DIS MANIBVS ‖ SERVILIAE SVCCESSAE ‖ PRIMVS ET SECVNDIO ‖ CONTVBERNALES.[1]) BENEMER ‖ FECERVNT ‖ VIX. ANNIS XXX. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 711.

1) hic, ut aliquoties uni uxori duo mariti, uni contubernali duo contubernales titulum ponunt, quod alibi vix reperias, nisi tamen *Contubernalis* h. l. militarem habet significatum, ut Marini *Atti* 2. p. 622. v. in Capite de Re militari.

CONTVBERNALES proprie dictos paucos reperit Fabrettus, veluti p. 317, 409.:

2837.

ALCIMVS	CLAVDIA
NERONIS CAESARIS	DOCILE
AVG. SERVOS A	FECIT SIBI ET
VESTE CASTRENSI	CONTVBERNALI
VIX. ANN. XXX.	SVO.

— In agro Praenestino.

2838. VALERIAE ‖ HEMERIDI V. A. XV ‖ CHRYSEROS ASIATICI VESTIPLICVS FECIT ‖ CONTVBERNALI ‖ SVAE CARISSIMAE. — Ib. 410. (Sine loco certo.)

2839. HERENNIAE EVPHROSINE ‖ FELIX. SER ‖ M. QVINTILI NYMPHI ET ‖ SOCIORVM CONTVBERNALI BENEMERENTI FECIT. — In via Nomentana. ib. 414. Notandus plurium dominorum (vel societatis) servus.

2840. VITALIS ‖ QVARTIONIS F. PVPA. CONTVBE‖RNALIS VIVA SIBI ‖ ET MARITO FECIT. — Ib. p. 318, 419. (Cristae apud Allobroges.)

2841. DIS. M ‖ PALLADIS ‖ T. STABERI ‖ FAVENTINI SER ‖ T. STABERIVS FAVENTINI L. CHARITO CON‖IVGI DE SE B. M ‖ V. A. XXXXII. — Faventiae. ib. 420. Hic libertus patroni servam coniugem vocat, ut in sequentibus quoque:

2842. SECVNDINVS FINITI[1]) VI.[2]) SIBI ET ‖ PETRONIAE

AVITAE CONIVGI || KARISSIMAE. — In S. Viti oppido. Apianus p. 400, 2. inscriptio a Grutero reliquisque neglecta.

1) scil. servus. Aeque neglexerunt Apian. 390, 5. SACRETIO || FINITO || AN. XXX. — Hartpergae. 2) Vivus.

2843. D. M || ALPHIVS ORFITI || ET PISONIS SER || GAVILLIAE[1]) CONIVGI || DVLCISSIMAE || B. M. F. — Romae. Grut. 959, 12.

1) ita Gud. et Fabrett. C. IV. p. 303. Grut. GAVTELLIAE. Praeterea nota servum unum dominorum duorum.

2844. DIS. MANIBVS || IVLIAE HELENE CONIVGI || OPTVMAE. DE SE BENE ME||RENTE (*sic*) FECIT TELESPHORVS || DOMITIAE.[1]) DOMITIANI SER || ET SIBI ET SVIS. POSTERISQVE || EORVM || IN F. P. XII. IN AGRO. P. VI S.[2]). — Romae. Grut. 979, 7.

1) est Domitia Augusta, Domitiani uxor. cfr. Eckhel D. N. 6. p. 399. 2) sex semis.

2845. D. M || FLAVIAE HYGIAE || ARAPS CAES. N. SER || PECVLIARIS[1]) LAMPADAR[2]) || CONIVGI B. M. FECIT SIBI ET SVIS || POSTERISQVE EORVM. — Sine loco. Fabrett. p. 307, 309.

1) cfr. Suet. *Caes.* 76. 2) servus praelucens. Suet. *August.* 29.

2846. CRENAEI. LIVIAE || DRVSI. CVBIC. SER || COLIT OSSA EIVS CNIDE || LECTRIX. CONIVNX EIVS. — Sine loco. ib. p. 311, 347. Ita contubernales honestiore coniugum nomine sexcenties utuntur in inscriptt. Sequentem similem nota propter officium:

2847. D. M || THEOPHILO AVG. ADIVTORI || A SACRIS || TYNDARIS CONIVNGI (*sic*) B. M. FECIT. — Romae. Fabr. p. 314, 382. Contra *contubernales* etiam libertae et fortasse ingenuae audiunt:

2848. DIS. MANIBVS || CICEREIAE VITALIS || C. RAECIVS SVCCESSVS || CONTVBERNALI ET || LIBERTIS LIBERTABVS || POSTERISQ. EORVM. — Sine loco. Fabr. 314, 386.

Servi publici:

2849. .... SERVOS SVOS PVBLICOS FEC .. || DEMENSO ADSIGNA ... || VICANI VICI VATOLANI ... || ... || SIGNEM EIVS MVNIFICEN .... — In Vico Vatolano Lucaniae. Romanelli *Topografia* 1. p. 340.

2850. A. OSTIENSIS[1]) ASCLEPIADES || AEDITVS CAPITOLI || SIGNVM MARTIS[2]) || CORPORI. FAMILIAE || PVBLICE || LIBERTORVM ET SERVORVM.[3]) D. D. — Romae. Don. p. 144, 34. Mur. 177, 7.

1) Coloniae Ostiae libertus. Hagenb. 2) Contra Grut. 57, 2. MAVORTIO. SACR. || HOC SIGNVM || A SERVO TANGI || NEFAS EST. (Lanuvii.) Cfr. Lips. *Excurs. ad Tac. Ann.* 3, 36. 3) i. e. Corpori Libertorum (Publiciorum) et familiae publicae servorum. Consule Cannegieter *Nom. Rat.* p. 42.

2851. BANAEVS || DE FAMILIA || PVBLIC.[1]) REG. VIII. — In via Latina. Grut. 1033, 11.

1) de familiis, una publica, altera a Tiberio instituta non tam arcendis incendiis, ut dicit Gud., sed tutelae ductuum causa paratis., v. Front. *de Aquaeduct.* 2. p. 256. Keuch.

2852. ALCIMIADES ‖ PVBLICVS ‖ MINICIANVS[1]) ‖ V. A. XXXV. VALVRIA ZOSIME (*sic*) ‖ CONIVGI B. M. F. — Romae. Guasco T. 2. p. 80, 223.

1) i. e. servus publicus, qui ad porticum Miniciam frumentum publicum distribuebat. — Laetum, *publicum Populi Ro.* damus in Cap. de Officiis minoribus.

2853. PHILOXENVS IVLIANVS ‖ PVBLIC. DE PORTICV ‖ OCTAVIAE A BIBLIOTHECA GRAECA. — Romae. Fabrett. p. 337, 506. — Memorantur praeterea PVBLICI CVRIONALES Grut. 305, 5. — PVBLICVS PONTIFICVM. Grut. 306, 4. — SACERDOTIALIS Mur. 161, 4. — P. SEPTEMVIRVM EPVLONVM Grut. 567, 3. — PVBLICVS XV VIRVM SACR. FAC. Fabrett. p. 336, 504. — AVGVRVM Grut. 1087, 7. Cfr. C. A. H. Epist. ad Dorvillium. *Misc. observatt.* 4, 1742. p. 203. — PVBLICVS A CENSV est Mur. 983, 3.

2854. C. MARIO QVIR. CLEMENTI NESCANIENSI ‖ ORDO NESCANIENSIVM STATVAM PONI ‖ IVSSIT ET DECREVIT. FABIA RESTITVTA ‖ MATER HONORE ACCEPTO IMPENSAM ‖ REMISIT EPVLO DATO DECVRIONIBVS ET ‖ FILIIS EORVM NESCANIENSIVM SING ‖ HS X. BINOS CIVIBVS ATQ. INCOLIS ‖ ITEM SERVIS STATIONARIIS[1]) SINGVLIS ‖ X SICILICOS[2]) DEDICAVIT. — In Castello Nescani in Vandalicia Hisp. Mur. 1065, 1.

1) hi vix alibi memorantur. 2) Siciliquus i. e. duae drachmae.

2855. Habent sua fata etiam lapides; cuius rei illustre exemplum, etsi in re levicula, hic proponere iuvat:

a) D. M ‖ EPITYNCHAN ‖ M M. SER ‖ CISALPIN. I. L. F ‖ TRANSALPIN ‖ PATR. COLL. NAVT. COMENS ‖ HERED. FAC. CVR. — Mediolani ad S. Nazarium. Porta Romana in Propylaeo. Apianus p. 27, 3. Aldus *Orthogr.* p. 405, 25. Neglexit Gruterus ideo probabiliter, quod incredibilia haec et nimis corrupta censeret. Ceterum sic quoque habent Alciati schedae apud Saxium *Peric.* p. 65. et Zachariae *Excurs. lit.* p. 84., nisi quod aliquot literis auctius praebent: SER. CISALPINI. ET. TRANSALPIN. (*Sax.*) — TRANSALPINI (*Zach.*)

b) D. M ‖ EPITYNCHANO ‖ M. M. SER. VICTIC ‖ ARK. — Mediolani. Mur. 950, 8.

c) D. M ‖ EPITYNCHAN ‖ M. M. SER. VILIC ‖ ARK. — Mediolani. Grut. 356, 3. qui typus sane praestat, si quid certi omnino hic est: *Municipii Mediolanensis Servi Villici* (et postea) *Arcarii.*

d) . . . RIS. CISALPIN. L. T. TRANSALP ‖ PATR. COLL. NAVT. COMENS. HERED ‖ FAC. CVR. — Mediolani. Gud. 145, 7. Don. p. 348, 27. Mur. 526, 6. (hic habet HEREDES).

Iam nihil manifestius est, quam verissimam esse Hagenbuchii (*Ms.*) sententiam duos titulos plane diversos male ab Alciato, Apiano

et Aldo confusos esse. Nihilominus Saxius, ut in *Periculo* l. l., sic in *Missu* 4. p. 247. suo in errore perseverans miram hanc dat Alciatini saxi interpretationem: *D. M. Epitynchani Municipii Mediolanensis servi Cisalpini et Transalpini Patroni Collegii Nautarum Comensium Heredes fac. cur.* At quid tandem monstri est *servus Cisalpinus et Transalpinus*, idemque *Patronus Collegii* cuiuslibet? Sed sic solemus omnes errare, quicunque in inscriptionibus explicandis versamur; neque propterea ut acerbius minusque humane a censoribus excipiamur, aequum est.

In Fragm. apud Mur. 1172, 7.:

2856. (*Filio*) — CARPVS COLONIAE ‖ PATER INFELICISSIMVS FECIT. — Beneventi. Muratorius ἀβλεψίᾳ quadam, *Coloniae Pater*, exclamat, *illustre munus!* recte reprehensus a De Vita p. 141. et Hagenbuch. Hic praeterea suspicatur ad v. *Coloniae* supplendum esse *servus* (nisi potius fuit *libertus:*) eodemque modo accipiendum esse in lap. Aquileiensi Mur. 991, 10. *Helio Colonorum.*

F a m i l i a   r u s t i c a:

2857. IVLIAE EROTINI ‖ MYSTIS. CAESARIS VILLIC ‖ ET FAMILIA. QVAE SVB EO EST ‖ OB MERITA EIVS. — Baiis. Maffei *Mus. Ver.* 349, 4.

Alii VILICI (nam ita plerumque scribunt lapides: v. Garatonii *Curas secundas ad Cic. pro Plancio.* p. 52. ad *Cap.* 25.) hi sunt:

2858. D. M ‖ CLAVDIAE ‖ THALLVSAE. AVG ‖ LIB. ET THALLIAE ‖ F. EIVS HYACIN‖THVS VILICVS. MA‖PHITHEATRI (*sic*) CON‖IVGI SVAE ET FILIAE ‖ EIVS ET SIBI. ET SV‖IS. — In via Latina. Fabrett. p. 3, 13.

2859. EVTYCHVS VILIC. ‖ A PLVMBO ‖ EVAGOGVS A. F ‖ FECERVNT SIBI ET SVIS. — Sine loco certo. Fabrett. p. 38, 185.

2860. HERMEROTI. VICARIO SVO ‖ LVPERCVS SVBVILICVS ‖ HORTORVM ANTONIANOR ‖ BENEMERENTI FECIT. — Romae. Grut. 1112, 1. e Pighii schedis.

2861. DIS MANIBVS ‖ ARIARATHES ‖ HOLITORIS. — Romae. Marini *Atti.* 2. p. 529. Hortulanum dabimus in Capite de artibus et opificiis.

F a m i l i a   u r b a n a:

2862. NAERIAE CERELLIAE ‖ SABINAE PRVDENTIS‖SIME PVELLE ‖ SYMMACHI V. P ‖ FILIAE ‖ FAMILIA VRBANA ‖ AERE CONLATO [1]) ‖ MERIT . . — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 110.

1) alibi: *aere conlaticio.*

2863. V. [1]) QVARTIO TEXTOR. III VIR. QVAESTOR. TRIB.

HILARA MINOR MIDAES MINI‖STRA. SIMITVR [2]) CVM MIDA ‖ SITA EST IN EADEM OLLA. QVARTIO ‖ GRATIAM RETTVLIT. MERENTEI ‖ HILARAE. QVOD VIVA ROGAVIT ‖ SE-

PVLTA EST. A. D. VI. K. APRILES ‖ TI. CLAVDIO NER. P. QVINCTIL. VAR. COS. 3) ‖ MIDA CVBICLARIVS III VIR. HIC SITVS ‖ EST. HILARA MINOR VIVA ROG‖AVIT. VT OSSA SVA IN OLLA MIDAES ‖ COICERENTVR. CVM MORT. ESSET.

— Florentiae. Gor. *Etr.* 1, p. 420. Similia saxa, in quibus huiusmodi tribuni, quaestores, triumviri memorantur, habet Gor. *Etr.* 1, 361, 94 et 95. p. 370, 121. p. 396, 177. Grut. 1156, 1. Puto collegium quoddam servorum in iis commemorari, qui varias artes exercuerint, officia varia obierint, suosque sibi praefectos habuerint, Triumviros, Quaestores, Tribunos, in collegioque illo, quibus quaestoribus quidque actum sit consignari consuevisse. v. c. Gor. *Etr.* 1, 361. Mur. 696, 6. DEMETRIVS CVB. ‖ III VIR. VENVSTO ET EPHEBO Q. 4) (Florentiae) HAGENB.

1) Vivus. 2) *simitu* Plautus pro simul. 3) u. c. 741. 4) Quaestoribus.

2864. AESOPO CAESARIS ‖ AVGVSTI DISP. ‖ APSYRTIANO ‖ . . VCILIA C. F. PIRA ‖ CONIVGI CARISSIMO ET ‖ SIBI POSTERISQVE SVIS. ‖ QVAESTORIB. IO. TI. CLAVDIO 13. (*sic*) ET LANIA C. F. THYONOE ‖ CONIVX. — Palazzoli. Holstenii *Epist.* Paris. 1817. p. 158. Quaestores inter servos hic quoque memorantur.

2865. D. M ‖ NOMICO. ACTORI ‖ POSTMORVM 1) ‖ GRANIA VRBANA ‖ MARITO BENE ‖ MERENTI FECIT. — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 327.

1) *Postumiorum.*

2866. D. M. OLO 1). PLVTIO ‖ SVCCESSO PRISCVS ‖ L. VARI. AMBIBOLI ‖ AVIARIVS ALTI‖LIARIVS FECIT FILIO B. M. Q. V. A. XIII. ‖ ET SIBI ET MATRI AEIVS. ‖ SVCCESSAE ET POSTERISQ. SVOR. — Romae. Don. p. 316, 4.

1) pro *Aulo.* ut Don. 381, 6., de quo dubitandum non est.

2867. In lamella aerea e collo servi olim suspensa ap. Lup. *Ep. Sev.* p. 49. Mur. 1555, 10. 2013. 6.: PROBI ET PRO‖BES NOSTRI S. 1) ‖ DE MASSA 2) CE‖LLA BINARA 3).

1) Servus. 2) massa h. l. familia. unde Ital. *massaro.* 3) vinaria.

2868. D. M ‖ TI. IVLIVS SEIVS ‖ FELICIAE ALVMNAE ‖ SVAE. QVAE VIXIT ‖ MENSIBVS VIIII ‖ DIEBVS XXIII. BENE ‖ MERENTI FECIT HEI 1) ‖ ET SIBI ‖ ET EVTYCHO CON 2) ‖ CELL. ET FVRNARIO ‖ B. M. VIX. AN. XXIII ‖ D. XV. — Loco mihi ignoto. Donati 2. p. 320, 1. ex Passioneo.

1) Exclamationem agnosco, sed invitus: plura in Passioneis male videntur exscripta esse. 2) *conservo*, an potius *contubernali*, *cellario?*

2869. ALBANVS HELVI ‖ PROCVLAES DISP. ‖ ANNORVM XXV ‖ HIC. SITVS. EST. ‖ — Romae. Oderic. p. 210.

2870. TIPHVS. ATIAE. SVPRA IVMENTA ‖ SIBI ET ‖ EGNA-

TIAE EROTINI MATRI. — In Via Appia. Mur. 933, 1. Don. p. 385, 23. exhibet: „TIPHVSATIA. SVPRA LAMENTA." ridiculo errore, quem auxit Gor. haec commentatus: „perrara haec inscriptio est, quae meminit feminae, cuius erat munus praeficarum lamenta et naenias moderari."

2871. PRIMVS LECTICARIVS ‖ L. CANINI GALLI SER. — Romae. Donati 2. p. 321, 8. cfr. ib. p. 323, 3. RESVS CANINI ‖ LECTARIVS. (*sic*) ibid.

2872. V. F. ‖ C. TERENTIVS FRVCTVS ‖ SIBI ET ‖ ATTICO SER ‖ QVI VIX. ANN ‖ XX. LITTERATVS ‖ GRAECIS ET LATINIS ‖ LIBRARIVS ‖ PONTES [1]) DIXIT CCC ‖ IN FR. P. XV. ‖ IN AG. P. XXV. — Romae. Grut. 625, 8. Murat. 980, 1. Sine caussa Maffeio A. C. L. p. 354. spuria est visa.

1) Ridiculus error pro *partes:* v. Reines. ad h. l. et ad Petron. *Burm.* Ed. 1. p. 228. Sunt ῥήσεις: loci selecti poëtarum atque oratorum.

2873. DIS MANIBVS ‖ BENIGNO LIBRARIO Q ‖ N. [1]) DIADVMENVS ET EVHODVS [2]) ‖ CONSERVO BENE MERENTI. — Romae. Grut. 585, 1.

1) *Quinti* domini *nostri* 2) *Evhodus* recte Mazoch. Grut. male *Euphodus.*

2874. IVCVNDVS ‖ DOMITIAE ‖ BIBVLI [1]) LIBRAR ‖ AD MANVM. — Romae. Grut. 584, 11.

1) scil. uxoris. Habes hic feminae eruditae servum librarium, eundemque ad manum s. a manu.

2875. OSSA ‖ M. FVFI M. L ‖ ERONI. NOMENC. HIC ‖ SITA SVNT ‖ ARBVSCVLA. CONCVB. EIVS FEC. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 133, 9. — Nota nomenclatorem libertum cum concubina sua.

2876. HOC HOC SEPVLCHRVM RESPICE ‖ QVI CARMEN ET MVSAS AMAS ‖ ET NOSTRA COMMVNI LEGE ‖ LACHRVMANDA TITVLO NOMINA ‖ NAM NOBIS PVERIS SIMVL ‖ ARS VARIA PAR AETAS ERAT ‖ EGO CONSONANTI FISTVLA ‖ SYDONIVS AERA PERSTREPENS. — *In altera parte:* HOC CARMEN HAEC ARA HIC CINIS ‖ PVERI SEPVLCHRVM EST XANTIAE ‖ QVI MORTE ACERBA RAPTVS EST ‖ IAM DOCTVS IN COMPENDIA ‖ TOT LITERARVM ET NOMINVM ‖ NOTARE CVRRENTI STILO ‖ QVOT LINGVA CVRRENS DICERET ‖ IAM NEMO SVPERERAT LEGENS ‖ IAM VOCE HERILI COEPERAT ‖ AVREM VOCARI AD PROXIMAM ‖ HEV MORTE PROPERA CONCIDIT ‖ ARCANA QVI SOLVS SVI ‖ SCITVRVS † DOMINI FVIT. — Coloniae Agrippinae. Harzheim *de Relig. antiquor. Vbior.* p. XXXII.

2877. D. M ‖ C. BRVTTI TELESPHORIONIS. C. BRVTTI PRAESEN‖TIS C. M. V. II. COS. [1]) LIB. NVMIDAE IPSIVS [2]) LOCO SI‖BI DONATO A L. BRVTTIO QVINTIO CRISPINO FILI‖O EIVS COS. PATRONO VIVVS SIBI FECIT ET CARI‖CO LIB. SVO ET CETERIS LIBERTIS LIBERTABVS ‖ QVE SVIS POSTERISQVE EORVM OMNIVM ‖ FVTVRORVM. HOC MONVMENTVM EX MEA ‖

FRVGALITATE FECI . ET EIS . QVI SVPRA SCRIIIPTI SVNT. CETERI AMICI IGNOSCETIS. HOC MONVIIMENTVM HOSPITEM NON RECIPET (*sic*) VENE VALETIS. — Romae. Marini *Atti* 2. p. 691.

1) p. Chr. 180. 2) Numidae, ut nunc Mauri, quos dicunt *(Mohren, Neger)*, locupletiorum servi. Cfr. Tac. *Hist.* 2, 40.

2878. D. M. ‖ CYPARENI ORIINATRICI BENE ‖ MERENTI POLYDEIIVCES FECIT. — Tusculi. Guasco ap. Saxium. (*Onomast. lit. P.* 8. *p.* 374.)

2879. M. PETTIO M. L ‖ PRIMIGENIO ‖ PAEDAGOGO ‖ M. PETTI SAEVERI (*sic*) ET ‖ PETTIARVM PROCVLES ‖ ET SEVERES [1]) MIEMESETVS [2]) PATRI PIENTISSIMO. — Assisii. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 410.

1) Observa hanc casus secundi formam alibi quoque obviam. 2) videtur corruptum: fuitne M*(arcus)* ANEMESETVS?

2880. DIIS PROPITIIS ‖ CLAVDIA TI. F. QVINTA ‖ C. IVLIO HYMETO AEDITVO ‖ DIANAE PLANCIANAE ‖ PEDAGOGO SVO *ΚΑΙ ΚΑΘΗΓΗΤΗ.* ITEM ‖ TVTORI A PVPILLATV ‖ OB REDDITAM SIBI ‖ AB EO FIDELISSIME ‖ TVTELAM ET C. IVLIO ‖ EPITYNCHANO FRATRI ‖ EIVS ET IVLIAE SPORIDI ‖ MAMMAE SVAE F ‖ LIB. LIBERTABVSQ. POSTER. EOR. — Romae. Visconti *Museo Pio-Clem.* 2. p. 82.

2881. ANTILOCO. [1]) ‖ PINCERNAE. [2]) Q. V. A. XXX. — Romae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 188.

1) Ante h. v. sculpta est calicis s. cyathi figura. 2) vix alias legitur h. v. in lapp. Ceterum Christianus est titulus.

2882. MARONI ALVMNO ‖ C. CALPHVRNIVS LAVSVS ‖ DOMINO DILECTVS ‖ QVOQVO IRET SEMPER COMES ‖ POCVLI MINISTER ‖ DOCTVS PALESTRAE PVER ‖ AEQVES (*sic*) ‖ SEPVLTVS HIC SVM ‖ NATVS ANNOS OCTO ET DECEM. — Beneventi. De Vita *Inscriptt.* p. 44, 31.

2883. ONOMASTO TONSO [1]). VIXIT. A. XX. OBIT VIII. K. M ‖ M. IVNIO SILANO. L. NORBANO BALBO COS. [2]) ‖ AMOR . . CONSERVI. — Prope Puteolos. de Iorio. Tab. 2, 4.

1) tonsori. 2) p. Chr. 19.

2884. SEX. POMPEIO VOLESIO. SEX. POMIIPEI. SER. TRICLINIAR. [1]) ITEM ATRI. CVRAN. [2]) CN. POMPEIVS PHILODESPOIITVS LANIVS OL. II. — Romae. Grut. 575, 8. et 576, 6. Don. VII. 95. Murat. 932, 3.

1) *Servo tricliniario* Scal. Gor. Mur. Hultmann *serv. binom.* p. 37. at Walch. *Diss. de Architriclino* p. 29. docte mavult *Servo Tricliniarchae*, quod tanto magis placet, quia hic servus trium fuit nominum, munere adeoque servi honestiore functus, quum servus amplius non esset. Tricliniarcham autem tricliniariis praefuisse erudite monet Pignorius *de servis* p. 114. Est tamen in Zach. *Exc. litt.* p. 362, 4. *T. Flavi. Aug. L. Fortunati Caes. N. Tricliniarii ex Dec. III.* HAGENB. Mss. Ita sine dubio hic quoque accipiendum. *Tricliniarius*, vel si mavis, *Tricliniarcha* fuerat

Volesius ante manumissionem. 2) *Atrii curandi*, ne forte accipias *a tritico curando.* Hag. Grut. 577. 1. AB ATR.

OFFICIA DOMVS AVGVSTAE: in quibus ordinem alphabeticum fere servavimus; ea videlicet licentia, quam quadriennii multiplex variusque labor concedebat.

2885. DEMETRIAE ACTES [1] ‖ AVG. L. SER. ACROAMAT. [2] GRAECAE. VIX. A. XXXV ‖ TROPHIMVS. CVBICVL. CONSERVAE BENEMER ‖ D. M. [3] — Fori Sempronii. Donati 2. p. 309, 10.

1) Famosa est Neronis liberta, multis in titulis memorata. 2) *Acroamaticae* s. *Acroamaturiae:* quod officium vix alibi reperies. 3) *Diis Manibus* raro, sed tamen aliquoties sic in fine ponitur.

2886. D. M ‖ SEXTORIO ‖ AVG. LIB. AB AEGRIS ‖ CVBICVLARIOR ‖ VLPIA MIRA ‖ MARITO OPT ‖ INDVLGENTISS ‖ FECIT. — Romae. Grut. 576, 1.

2887. D. M. ‖ CATILAE [1] T. F. PIAE ‖ CONIVGI CARISSIM ‖ T. FAVIVS [2] AVG. LIB. VESTALIS ‖ ADIVTOR AB ACTIS. — Florentiae. Marini *Iscriz. Alb.* p. 55.

1) f. *Catiliae.* Mar. 2) f. *Flavius.* id. — *Adiutor rationalium* est ap. Fabrett. p. 45, 257. *adiutor a rationibus* ibid. 298, 266. Cfr. ibid. p. 345.

2888. D. M. S. ‖ APONIA GRAPHIS ‖ M. AVRELIO AVG ‖ L. HERMETI AB ‖ ADMISSIONE ‖ CLAVDIA PHILOTIS ‖ CONIVX BENEMER ‖ FECIT SIBI ET SVIS ‖ POSTERISQVE EOR. — Romae. Gorii *Symb. Dec.* II. Vol. 9. p. 237. *Admissionales* dicuntur Lampridio *Alex. Sev.* c. 4. Cfr. Mur. 916, 6.

2889. DÍS MÁNIBVS ‖ P. AVIDIÓ P. F. SERGIA ‖ MATRINIÓ [1] CAES. N̄ ‖ Á APOTHEC. TRICLINĪ ‖ VIX. ANN. XLII. M. II. ‖ EX TESTAMENTO ‖ P. AVIDIVS P. F. SER ‖ LATINVS ‖ FRAT. PIISSIMÓ. HER ‖ FEC. — In Via Ianiculensi. Doni p. 287, 34. Fabrett. p. 168, 318.

1) notandum hominem a patre liberum, ac Sergiae tribui adscriptum tali officio functum esse.

2890. AGATHYRSVS AVG. N ‖ SER. ARKARIVS FONT‖EM DILAPSVM RE‖STITVIT. ITEM MV‖RVM CINGENDVM ‖ ET ALVEA PONENDA CVRAVIT. — Romae. Spon *Misc.* p. 211, 4.

2891. CALLISTHENES CHRESTVS
CAESAR ATRIE A R C E L [1]
CONDISCIPVLI. — Romae. Don. p. 290, 46. Mur. 926. 10.

1) i. e. a rationibus cellae. Beverus *Spicil.* 25. duos illos male iungens, Atrienses Caesaris Arcellarios produxit. Hag.

2892. D. M ‖ CHRYSAORI AVG. LIB. ADIVTORI ‖ A COMMENTARĪS. ORNAMENTORVM ‖ FILIO PIISSIMO. QVI VIXIT ANN. XXVII ‖ M. VIIII. FECERVNT ‖ CL. APELLES ET CL. PRIMITIVA PARENT ‖ ET SIBI ‖ IN F. P. X̄. IN AG. P. VIIII. — Romae. Donati 2. p. 327, 7.

2893. C. IVLIO ‖ BASSO ‖ AEMILIANÓ ‖ ACTORI. CAESA-

RIS ‖ ADCASTOR. ET. ADLORICATA [1]) ‖ ADAVCTORITATEM [2]) ‖ HELIODORVS L. FECIT. — Romae. Marini *Atti.* p. 513.

1) Sic in duabus laminis aereis ap. eundem p. 522.:

2894. ORTHRI AVG. L. PROC. A. LORICATA. — HECHI AVG. L. PRO. A LORICATA EX RATION. PECVLIARI. Nemo adhuc explicavit *a loricata.*

2) Incertae interpretationis hoc quoque est, ut etiam sequens:

2895. D. M. S. ‖ CAMPES ‖ TRIBIOLE‖NAE QVINITAE SER DISP ‖ AVCTORITA. — Romae. v. Marini. p. 522. — Quamvis subdubitante Marinio, servus sive libertus ad auctoritatem, sive ab auctoritate is fuisse videtur, qui tabulas atque chirographa accepti et expensi, minutarum praesertim summarum, vice domini ipsius signaret; Italice commodissime compares *colui che ha la procura di una casa.* Nam tali quoque molestiae opulentissimos quosque sese subtraxisse, omnino est consentaneum.

2896. DIS MANIB ‖ TICHICO IMP. DOM. SER ‖ ARCHITECTO CRISPI L ‖ TI. CLAVDIVS PRIMVS ‖ OLLAM OSSVARIAM ‖ DONAVIT. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 257, 5.

2897. M. VLPIO ERIDANO ‖ AVG. L. AB AVRO ‖ ESCARIO PRAEPOSITO‖ARION [1]) CAESARIS N̄. A VES‖TE MATVTINA PARTENI‖VS CAESARIS N̄. AB ARGENTO ‖ POTORIO. PARTENIVS CAE‖CILI. EVTYCHI. FRATRES ‖ BENEMERENTI FEC. — Romae. Grut. 582, 9.

1) *a rationibus* explicabat Scalig. sed longe melius Hagenb. *Tessarac. Tur. s. Epp. epigr.* p. 501. „totum saxum sic interpretor: M. Vlpio. Aug. (Traiani puta) L. Eridano, Praeposito ab auro escario, fecisse fratres tres, Arionem Caesaris nostri (*servum*) a veste matutina, Parthenium Caes. nostri (*servum*) ab argento potorio, Parthenium Caecilii Eutychi (*servum*).

2898. Θ. IVLIVS ASTYOCHVS IVLIVS CYPSVS
Θ ET C. IVLIVS AGATHYRSVS AVG. SER. A CAL. [2])
AVG. MINIST. APOLLINIS
IVLIA ANDROCLEA T. F. [1]) — Romae. Spon *Misc.* p. 206, 4.

1) Titulum fecit. (Spon: *Testamento fec.*) 2) fluctuant VV. DD. inter haec: *a calida* (Spon.) *a calceis* (Gor.) *a calice* (Hagenb.)

2899. D. M ‖ CLEMETI (*sic*) CAESAR‖VM N. N. SERVO ‖ CASTELLARIO AQVAE CL‖AVDIAE FECIT CLAV‖DIA SABBATHIS ET SI‖BI ET SVIS. — Romae. Grut. 601, 7. cfr. 8. — *Vilic. Aquae Claudiae.* Fabr. p. 301. XXVI.

2900. DIS M S ‖ PEREGRINVS AVG. SER ‖ EX CIRCITORIBVS. VIX. A. X̄L̄V̄. HIC SISTVS (*sic*) EST ‖ PEREGRINVS FIL. PIISSIMO PATRI FEC. — Romae, nunc Pisauri. Marini *Atti.* 1. p. 267.

2901. D. M ‖ M. VLPIO. AVG. LIB. MARTIALI ‖ COACTORI. ARGENTARIO ‖ CAESARIS N ‖ VLPIA MARTINA FILIA. — Veiis. Nibby *Viaggio* 1. p. 58.

2902. LOCVS ‖ SEPVLCHRI ‖ ESCHINIS. AVG. L ‖ AB CODICILLIS ‖ IN. F. P. CDL ‖ IN. A. P. CXXCV. 1) — Cesarinae. Amati in *Giornale Arcadico. Ottobre* 1826. p. 103.

1) nota utramque pedum numerum, alias inauditum.

2903. AEGYPTO SERVO ‖ BARBARI AVG. LIB. A CODICILLIS 1) EVTYCHVS PECV‖LIARIS SYMMACHVS ‖ FRATRES PIENTISSIMI. — Florentiae. Spon *Misc.* p. 207, 1. Gor. *Etr.* 1, 110. 88.

1) Iunge *Barbari Aug. Liberti a Cod.* non, *servo a Codicillis.* quod monendum erat propter Sponium. v. Fabrett. p. 249, 28. Inter alia officia domus Aug. Sponius haec habet: p. 208. *a commentariis beneficiorum.* — *a commentariis fisci Asiatici.* p. 212, 1. *Custos officiorum.* p. 213. *magister a balneis Augusti.* p. 215. *palaestrita.* p. 222. *ab hortul.* p. 223. *lecticarius.*

2904. FLAVIAE ELPIDI ‖ CONIVGI SANCTISSIMAE ‖ MOSDRVS AVG. L. A COMMENTARIIS EQVORVM. — Romae. Grut. 592, 5. e Mazochio 38, 10., qui tamen habet AQVORVM; unde Grut. eodem iure AQVARVM dedisset; sicque habet Cod. Gorian. ap. Walch. *Xen.* p. 119. et Murat. 900, 6. EQVORVM defendi potest ex Grut. 592. 4. *a commentariis vehiculorum.*

2905. HERMAE ‖ AVG. LIB ‖ A CVBICVLO ‖ DOMITIAE AVG ‖ FORTVNATVS F. PROC. FISC. ASIATICI ‖ PATRI PIISSIMO ET ‖ INDVLGENTISSIMO. — Romae. Grut. 575, 5.

2906. D. M ‖ M. AVRELIO AVG. LIB ‖ ONESIMO CVBICVL ‖ ET A LOCIS CVBICVL STATI 1) ‖ M. AVRELIVS DIONYSIVS ‖ PATRONO PIENTISSIMO ‖ ET BENEMERENTI FEC ‖ OSSVA POSITA SVNT ‖ VI IDVS NOVEMB. CRISPI‖NO ET AELIANO COS. 2) ‖ ARA XV. KAL. IANVAR. ISDEM COS. — Romae. Grut. 575, 3.

1) v. Fabrett. ad *Col. Trai.* p. 184. 2) p. Chr. 187. Vide de tota hac formula Lupi *Epit. Sev.* p. 85.

2907. AESCVLAPIO DEO ‖ IVL. ONESIMVS ‖ AVG. LIB. ‖ A CVRA AMICORVM ‖ VOTO SVSCEPTO ‖ D. D. L. M. — Romae. Grut. 70, 2.

2908. T. COELIO ‖ T. F. CELERI ‖ A CVR. AMIC. ‖ AVG. PRAEF. ‖ LEG. X. SALVT ‖ MEDIOM. 1) CIV ‖ B. M. P. — Metis. Grut. 598, 5. Pro spuria habet, maxime propter *Leg. X. Saluta*rem. Maffeius A. C. L. p. 351.

1) Mediomatric.

2909. TI. CLAVDIVS. DIVI CLAVDI. LIB. ACTIVS ‖ HONORATVS. 1) CVRATOR. GERMANORVM 2) ‖ ET AEDITVVS DIANAE CORNIF. 3) COLLEGIO MAGNO TRIB. 4) DIVAE. AVGVSTAE. TRICLAM 5) CVM COLVMNIS ‖ ET MENSIS ET MACERIA S. P. D. D. — Romae. Mur. 119, 1. cfr. Saxii *Miss.* 3. p. 10.

1) Adiectivum est, non nomen proprium. 2) Corporis Custodum malim, quam de Germanicianis cum Hagenbuchio accipere; de quibus v. Donium VII. 122. 3) Sic ἀρχέτυπον. CORNIF*iciae* explicat Sax. Deberet esse CORNIFicianae. CORNIE male Mur. 4) Corruptum hoc; nam neque de *tribunis* cum Saxio, nec de *tribulibus* cum Bricherio (Mur. in Add.) nec de *tibicinibus* licet cogitare: et simplex LIB. vix fuisset corruptum. Fuitne literis nexis LLIB., *libertorum libertarum?* 5) TRICHILAM in lap. fuisse affirmat Polenus. v. Sax.

2910. EVMELVS ‖ CAES. MINISTER ET PHARESIA CATELLAE.[2] — AMETHYSTVS MAEC[1]) MINISTER. — Romae. Don. p. 298, 120. Mur. 927, 17.

1) *Maecenatis* Hagenb. Est potius *Maecenatianus*. 2) f. a cura catellae. Gor.

2911. LIARVS ‖ ANTONIAE DRVSI ‖ GLABER ‖ AB CYATO. — Florentiae. Fabrett. p. 58, 335. Gor. *Etr.* 1. p. 406, 216.

2912. D. M ‖ DEXSTRI CAESARIS. SERVO ‖ DIAETARCHO DOMVS AVG. ‖ TREBONIA LAVDICE FEC ‖ CONIV. B. M. CVM DVABVS FILIS ‖ FORTVNATA ET FELICE. — Romae. Grut. 576, 7. Guasco T. 2. p. 83, 228.

2913. API . . . C. M . . . ‖ PHYRRVS (*sic*) CAESARIS N. SERVOS DIETA‖RCHA[1]) FECIT. VIXIT ‖ ANNIS. XXIIX. ME‖NSIBVS II. DIEB. V. S[2]). — Romae. Peter *Dissert. di un antico orologio solare*. Roma 1815. 4. p. 9.

1) SERVO DIAETARCHO v. apud Grut. 576. et Osann ad *Appuleium Gramm.* p. 53. 2) quinque semis.

2914. DIS. MANIBVS ‖ SABINI. CAESARIS ‖ VERNAE. DISPENSAT ‖ CAPITOLI ‖ VIX. AN. XXX. FECIT ‖ IVLIA ARTEMISIA ‖ CONIVGI ‖ BENEMERENTI ‖ ET SIBI ‖ POSTERISQ. EORVM ‖ PERMISSV IVLIAE EPIPHANIAE. — Romae. Grut. 596, 7. Fabrett. 41, 224.

2915. D. M ‖ SALLVSTIO C. F. IASIO[1]) ALVMNO SVO B. M ‖ QVI VIXIT ANN. V. DO‖MITIVS AVG. N. DISP ‖ RATIONIS MON. T ‖ E.[2]) CVM SALLVS‖TIA CAELIAN ‖ CONIVGI (*sic*) SVA ‖ FECER. — Ex Museo Tusculano Passionei. Donati 2. p. 312, 4.

1) sic correxi C. FIASIO. 2) fuitne MONETAE?

2916. DIIS MANIBVS ‖ NYMPHODOTO CAES. N. SER. ‖ DISPENSATORI LVDI MAGNI[1]) ‖ CONIVGI OPTVMO ‖ AELIA PELAGIA CONIVNX ‖ ET AELIA SYNERVSA MATER. — Romae. Fabrett. p. 295. XXI. Memorantur praeterea: *Dispensator rationis privatae* (sc. Principis) — *Capitolii* — *Castrorum* — *ad census provinciae Lugdunensis* — *vicesimae hereditatum* cet. — Iunguntur *Amanuensibus*. Suet. *Ner.* 44. i. e. *prioribus* servis. Tac. *Hist.* 1, 49. *Liberti* quoque interdum hoc munere fungebantur. v. Murat. p. 883, 6.; qui tamen, iudice Hagenbvchio, iustum modum excessit, servorum numero sine necessitate dispensatores multos eximens.

1) Ludus scil. gladiatorius magnus idem qui Gellio 12, 5. dicitur *Ludus* (Iulii) *Caesaris*.

2917. *Ex lamina aerea:* 1. THOANTIS ‖ TI. CAESARIS ‖ AVG. ‖ DISPENSATORI ‖ AB TOBIS ‖ 2. DE ‖ STATIONE ‖ CAESARIS AVG ‖ TABELLARIS ‖ DIPLOMARI ‖ DISCEDE. — Murat. p. 1015. 1. Oderic. p. 230. qui legit *ab togis*, et *Tabellarii diplomarii*.

2918. CLAVDIA SPVCHARIO (*sic*) ‖ FECIT SIBI ET EVTYCHO ‖ FILIO SVO PIISSIMO ‖ IMP. DOMITIANI CAESARIS ‖ AVGVSTI

GERMANICI SERVO || DISPENSATORI MONTANIANO || ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS || POSTERISQVE EORVM || H. M. H. N. S. — Romae. Grut. 596, 5.

2919. CHAERONTI AVG. N̄ || DISP || RAT. COP. EXPED. 1) FEL || ĪĪ ET ĪĪĪ GERMA. — Foroiulii. Grut. 596, 10.

1) Ursato est *rationalis copiarum expeditarum;* sed quomodo sequentibus haec congruant minime video; quocirca praefero Scaligeri interpretationem: *rationalis (s. rationum?) copiarum expeditionum felicium secundae et tertiae Germanicarum.*

2920. M || VIX. ANN. ĪĪĪ. M. V̄. D. X̄V̄ || CHARITO || VIX. AN. Ī. M. VĪĪĪĪ. D. X̄X̄ĪĪ || DAPHNVS || CAESARIS N̄ || SER. DISP. FISCI || CASTRENSIS || VERNIS SVIS KAR || FECIT. — Romae. Mur. 892, 5. v. Hagenbuchii *Epp. epigr.* p. 166.

2921. DEIS ET GENIO || RHODONIS || DOMITIAE AVG. SER. || EX. ACTOR. 1) HERED. || LEGAT. PECVLIOR || VIX. ANN. P. M. 2) X̄X̄ĪĪĪĪ || RHODINVS FRATRI || OPTIMO PIISSIMO ET GEMINO || SIBI FECIT. — Romae, postea Florentiae. Grut. 590, 2. Gorius (*αὐτόπτης*) *Etr.* 1. p. 192.

1) Ita Gorius, qui explicat: *ex actoribus.* Grut. EXACTOR ut mox 590, 3.
2) *plus minus*, notandum in saxo gentili tam antiquo formula Christianis maxime usitata.

2922. T. FLAVIVS AVG. L || EPICLETVS AB EPISTVLIS || A COPIS MIL. 1) LICTOR|| CVRIATIVS (*sic*) HIC SITVS EST || HVNC TITVLVM FLAVIA TYCHE VXOR || CONIVGI OPTIMO. — Loco mihi ignoto. Donati 2. p. 310, 9. ex Passioneo.

1) militaribus.

2923. PROCVLVS DECVRIO GERMANORVM || TI. GERMANICI. — Romae. Grut. 603, 1. A Germanis hisce, corporis custodibus, probe distinguendi sunt Germaniciani, i. e. servi Tiberii ex hereditate Germanici Caes. v. c. Grut. 602, 9. Romae:

2924. DIOCLES TI. CAESARIS || MINISTER GERMANICIANVS || NATIONE GALLOGRAEC || V. A. X̄X̄X̄V̄.

2925. MANNIO 1) STICHIO || TIBERII CAESARIS || GLVTINATORI. 2) — Neapoli. Grut. 594, 6.

1) fort. *M. Annio.* Hagenb. 2) Sine causa suspectum est hoc saxum Maffeio A. C. L. p. 351. cfr. Cic. *ad Att.* 4, 4. *mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus* (papyri scil.)

2926. CERDO INSVLAR. — Romae in columbario Libertorum Liviae Augustae. Mur. 943, 11., quem vide de Insulariis disputantem. Ex similibus ap. Mur. 925, 12. 931, 15. 967, 5. probabile fit Insularios istos ad officia domus Augustae potius, quam ad officia minora reip., pertinuisse. Incertum quoque, an, uti vult Phil. Aurelius Viscontius in *Dissertazioni dell' Accademia Romana di Archeologia* T. 1. P. 2. Roma 1823. p. 355. ab Insulariis hisce distinguendi sint *supra Insulas* in seq. inscr.:

2927. NARCISI || TI CLAVDI || BRITANNICI 1) || SVPRA INSV-

LAS. — In vase aereo reperto in ruderibus Veiorum, loco dicto *la Colonna*.

1) incerta lectio, nam potest esse: *Britannic. L(ibertus).* His accedit:

2928. DIOPHANTVS ‖ EXACTOR AD INSVLAS ‖ SIBI ET CONIVGI SVAE ‖ AVSTVRNIAE M. L ‖ VITALI ‖ VIXSIT ANNIS XXVII. — Romae. Marini *Atti.* 1. p. 270., qui Insularios ἐνοικολόγους, et Exactores ad Insulas pro iisdem habet, exactoribus scil. τῶν ἐνοικίων, *pigione di casa*, *Hausmiethe*. *Supra insulas* contra Viscontio est custos insularum, *intendente de' palagi imperiali.*

2929. DIS. MANIBVS ‖ CLAVDIAE EVTYCHIAE ‖ CONIVGI SANCTISSIM ‖ BENEMERENTI ET ‖ Q. DOMITIO HELICI ‖ HYMENAEVS MEDICVS ‖ A BYBLIOTHECIS. [1]) ET ‖ DOMITIA PANNYCHIS ‖ SIBI ET SVIS. POSTERISQVE ‖ EORVM. — Romae. Grut. 584, 4.

1) Distinguendum: *medicus* (idemque) *a bybliothecis*, aliter quam fecit Scalig. *Ind.* 7. *medicus a bybliothecis*, quamquam idem recte distinxit Ind. 8. *medicus.* et Ind. 7. alio loco *a bybliothecis.* HAGENB. Mss.

2930. D. M ‖ FALANX ‖ VIXIT. AN. XX ‖ ARAPS ‖ CAESAR N. SER ‖ EX PECVLIARIS [1]) LAMPADARIS ‖ FRATRI B. M ‖ FECIT. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 267.

1) nota *peculiarius* pro *peculiaris*. Peculiares servi quasi semper inter Augustorum servos memorantur.

2931.

STAPHYLO	MVNATIAE	ANTEMO TI	Q. MVNATIO
AVG. A MANV	LYCHNIDI	CAESARIS AVG. L.	SALVTARI
CAPRINE	SCAEVAEE 2)	A. RATIONIS. 3)	QVEM PRO FILIO
MVNATIA	ANTHEMI	ACCENSO DELAT 4)	HABVERVNT
TYCNIA	VXORII *(sic)*	AB. AVG. 5)	ANTHEMVS
VXOR EADEM			ET LYCINIA 6)
SOROR PATRVELIS 1)			VIXIT. ANN.
FECIT.			XIIX.

— Romae. Donati 2. p. 313, 1.

1) observa hanc parentelae notationem. cfr. Gaium Lib. 1. §. 58. p. 26. Ed. alt. 2) *Scaevae* et *Anthemi?* 3) *Rationibus?* 4) l. VELATO. 5) latet corruptela. 6) Exspectabas LYCHNIS.

2932. DIIS ‖ MANIBVS ‖ TAVRIONIS ‖ OPSO NATORIS [1]) POPPAEAE AVG. — Romae. Reines. p. 566, 42. Spon *Misc.* p. 214, 2. Mur. 916, 10.

1) Sic divisim. v. Ruperti *ad Rein.* p. 510, 7. De opsonatoribus in lapp. v. D'Orville *ad Charit.* p. 207. Lips.

2933. NICE LIVIAE L.
ORNATR
ARISTO LIVIAE L.

APHAREVS IVLIAE
AVG. L. OPSON
DAT
LIVIAE HILARAE. — Florentiae, olim Romae. Gor. *Etr.* 2. p. 445. Mur. 911. 3.

2934. IMPERATORI CAESARI ‖ M. AVRELIO ANTONINO ‖ AVG. ‖ L. SEPTIMI SEVERI PII ‖ PERTINACIS AVG. FILIO ‖

DOMINO INDVLGENTISSIMO ‖ PAEDAGOGI PVERORVM A CAPITE ‖ AFRICAE [1]) QVORVM NOMINA INFRA ‖ SCRIPTA SVNT

TRYFERVS VER. [2]) LIB.	PETIZACES LIB.
EVPERILEMPTVS LIB.	ZOILLVS LIB.
EVTYFRON LIB.	FREQVENS LIB.
TROPHIMVS VER. LIB.	MODESTVS LIB.
POLLVX VER. LIB.	PATROCLVS LIB.
CHRYSOMALLVS LIB.	HERMES LIB.
PHILETERVS VER. LIB.	NICOMACHVS VER. LIB.
EVTYCHES LIB.	PAEDICVS LIB.
SPENDON LIB.	HERMOGENES LIB.
PERSEVS LIB.	NEON VER. LIB.
HERMES LIB.	ANEMVRIVS VER.
FELIXS LIB.	EVTYCHES LIB.

PROCVRANTIBVS SATVRNINO ET EVMENIANO ‖ DEDIC. IDIB. OCT. SATVRNINO ET GALLO COS — Romae. Spon *Misc.* p. 227. cfr. Grut. 585, 6: Romae.

2935. D. M ‖ P. AELIVS AVG. LIB ‖ LYCVS. PAEDAGOG ‖ PVERORVM AC. APVT ‖ AFRICAS. Corrupte pro *a capite.* cfr. Frotsch. ad *Quintil.* 10. p. 258.

1) *Caput Africae* erat in Regione secunda: v. Nardini 1, 198. 2) verna.

2936. DIIS MANIB. S. ‖ TI. CLAVDIO AVG. LIB. GRATIO ‖ PAEDAGOGO PVERORVM. CAERETANORVM ‖ AVG. N. SER. FECIT CHARITAE DASVMIAE CONIVGI ‖ B. M. ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQ. EOR ‖ HOC MONIMENTVM SI QVIS DONATIONIS CAVSSA. ALI ‖ TRADERE VOLVERIT. PRIVS INFERAT ‖ ARCAE PONTIFICVM ROM. SS. C. M. DEN. [1]) ‖ LOC. DON. TERENTIA CYPAR ‖ ET CAECILIAE IVSTAE PARENT. R. E. [2]) — Romae. Grut. 652, 8.

1) Gronov. *de Sestert.* p. 44. pro DEN., quod sensu careat, leg. DC. N. i. e. sexcentos nummos. Sed quid fiet saxo in multis huic nostro simillimo ap. Fabr. p. 49, 281., in quo legitur: S-S C. M. DENARI. LOCA DONATIONIS: ad quae merito olim iam adhaesi. Neque nunc me expedio, nisi et in Fabr. saxo notas admittas DC. N., quas exscriptor DEN legendas ratus extense DENARI scripserit: quo fortasse et LOCA DONATIONIS in Fabr. pro LOC. DON. in Grut. referenda. Hagenb. Mss. Est tamen, cur dubites de Gronovii emendatione: cur enim post S-S. C. M. exigua praeterea sexcentorum nummorum summa superadderetur? Unde in utroque saxo idem error? Quidni vero DEN. et DENARI. significare queat, illa S-S. centum millia denariis argenteis solvenda esse, si quis cet.? Orell. 2) Requietorium erexit (?) Vrsatus. Praeterea observa eundem hominem Aug. Libertum ac servum simul dici, ut Grut. 578, 5. Marm. Taur. 2. p. 97.

2937. Q. LOLLIO PHILARGVRO (*sic*) ‖ PAEDAGOGO SVO EVENVS TI. CAESARIS AVGVSTI ET ‖ IVLIAE AVGVSTAE SERVOS (*sic*) ‖ EVENVS OLLAM ET LOCVM DEDIT. — Romae. Ficoroni in Reimari *Comment. de vita Io. Alb. Fabricii* p. 253. Hanc alibi nondum reperi. Hagenb.

2938. P. STÁTIÓ P. L. BIONI ‖ DEC [1]) PAEDÁG. DOMINI ‖

VI.[2]) A. XCVI || P. STÁTIVS P. L. ANTEROS. POSVIT. — Romae. Grut. 586, 1.

1) Decurioni Paedagogii Domini, i. e. Imperatoris. 2) vixit.

2939. D. M || ONESATI CAES || N. SER. PAEDAGOGO PVERORVM || FECIT. ANNIA || STRATONICE || CONIVGI B. M. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 134, 3.

2940. D. M || T. FLAVIO || ANICETO SVB||PEDAGOGO.[1]) (*sic*) || PVERORVM || CAES. N. V. A. LX. — Ex museo Tusculano Passionei. Donati 2. p. 311, 1.

1) Mur. 901, 7. *Suo. pedagogo* contra fidem lapidis. Sic Franco-Galli habent *sous-maîtres*.

2941. PHILONICVS || TI. CAESARIS. GERM.[1]) || DE PAEDAGOGIO[2]) || VIXIT. ANN. XIIX. — Romae. Grut. 585, 11.

1) an *Germanicianus*, Germanici servus primum, deinde Tiberii? 2) paedagogia principis mensae eius serviebant, ut haud obscure colligitur ex Seneca *de tranquill. animi* C. 1. Gud.

2942. D. M || HELENO AVG. || VERNAE EX || PAEDAGOGIO. P.[1]) V. A. XVI. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 134, 5.

1) Puerorum.

2943. DIS MANIBVS || PIERI. AVG. L. PRAEC || PVERR. CAESARIS N. || FLAVIA NICE CONIVNX || B. M. TITVLVM CVM VALVIS || AENEIS D. S. P. PERMISSV HERMAE || AVG. L. A. CVB. DOMITIAE·AVG. — Romae. Reines. p. 562, 34. Spon *Misc.* p. 12, 6. Don. p. 302, 150.

2944. D. M || VLPIO SOTACO || AVG. LIB. PRAEC||EPTORI PVER. C. N || CHRYSIPPVS LIB || PATRONO OPTIMO || ET BENEMERENTI. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 134, 4.

2945. DIIS MANIBVS || EPAPHRODITO OLYMPI[1]) || AVG. LIB. RESPECTVS || PRAEPOSITVS[2]) || FECIT POSTERISQVE || CONSERVIS. — Romae. Reines. IX. 68. p. 577. Mur. 930, 5.

1) i. e. Epaphrodito servo Olympi Aug. Liberti. 2) nota Praepositum sine mentione rerum quibus praefuerit. tum: posterisque conservis. v. Hagenb. *de diptycho Boëth.* p. XXXI.

2946. D. M || DIADVMENO || AVG. L. PRAEPOSIT || ORDINATO VLTRO || A DIVO TITO VIII. COS.[1]) || EXCESSIT IIII. IDVS SEPTEMB || L. CATILIO SEVERO || T. AVRELIO FVLVO COS.[2]). — Romae. Grut. 599, 9. Vidit Smetius. Levissimis suspicionibus ductus pro spurio habuit Maffeius A. C. L. p. 352.

1) p. Chr. 80. 2) p. Chr. 120. Fulvus idem qui postea Antoninus Pius est appellatus.

2947. P. AELIVS AVG. LIB. ORESTES || PRAEPOSITVS OPIFICIBVS || DOMVS AVGVSTANAE[1]) ET || LICINIA PRIMILLA FECERVNT || LICINIO PROCESSO VERNAE SVO || QVI VIX. ANN. V. DIEB. VIII. ET SIBI ET SVIS || LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM. — Romae. Fabrett. p. 297, 260. Gud. ad *Phaedr.* 5, 7, 38. Ind. Gudii p. LXXV.

1) Dicebant: *Domus Augusta*, *Augustiana* (Fabr. p. 440, 47. — *Q. Iulio Eutycho medic. domus Augustiane) Augustensis; Domus Caesaris* Grut. 1112, 5.

2948. MEMORIAE ‖ HERMETIS AVG. L ‖ A SACRARIO[1]) AVLVS AVG. L. FECIT CONTVBERNALI[2]) CARISSIMO B. M. VIX ‖ ANN. XXXIII. M. VIII. D. II. — Romae. Donati 2. p. 311, 6.

1) *Sacrarium*, puta, Larum Augustorum. 2) rarissimum hoc inter conservos collibertosve mares.

2949. HERMEROTI ‖ AVG. LIB ‖ PRAEPOSITO. TABVLAR ‖ RATIONIS CASTRENSIS ‖ FRATRI INDVLGENTISSIM ‖ AMPLIATVS ‖ AVG. LIB. FECIT. — Romae. Donati 2. p. 311, 5.

2950. C. OCTAVIVS. OCTAVIAE ‖ AVGVSTI SORORIS L ‖ AVCTVS SCR. LIBR ‖ VICCIA. C. L. GNOME. VXOR. — Romae. Grut. 585, 4.

2951. D. M ‖ TI. CLAVDIO SPECTATORI ‖ AVG. LIB ‖ PROCVRATOR FORMIS. FVNDIS ‖ CAIETAE. PROCVRATOR ‖ LAVRENTO AD HELEPHANTOS ‖ CORNELIA BELLICA CONIVGI ‖ B. M. — Romae. Grut. 391, 2. e Mazochio 145, 4., ita ut ante Ligorium iam exstiterit. Ceterum de his Imperatorum elephantis confer Eckhel D. N. 8. p. 337.

2952. THEOPRAEPON. AVG. LIB ‖ PROC. D. N. M. AVR. SEVERI ‖ ALEXANDRI PII. FEL. AVG ‖ PROVINC. ACHAIAE ET EPIRI ‖ ET THESSALIAE. RAT. PVRPVRAR[1]) ‖ PROC. AB EPHEMERIDE. PROC. A ‖ MANDATIS. PROC. ET AD[2]) PRAEDIA ‖ GALLICANA. PROC. SALTVS DOMITIANI ‖ TRICLINIARCHAM.[3]) PRAEPOSITVM A ‖ FIBLIS.[4]) PRAEPOSITVM A CRISTALLI‖NIS. HOMINEM INCOMPARABILEM ‖ TYSANDER (*sic*) AVG. LIB. OFFICIALIS.[5]) — In Carinthia. Grut. 474, 4. Ex Apiano p. 501. Is in Achaiae inscriptt. ponit initium dans, ac si in saxo ipso legeretur IN CHORINTHIA, i. e. Corinthi, unde ap. Grut. pessime factum est *In Carinthia*. Habet etiam Cyriacus p. XVIII. 124. ponens *apud Corinthum*, ubi rectissime incipit THEOPREPEN (THEOPRAEPEN Apian.) ab recto *Theoprepes*, accusandi casu, quem inferiora *Tricliniarcham*, *hominem incomparabilem* requirunt. Nusquam sic Latine exstare, sed nonnisi ex Graeco esse versum cum Smetio Gudius opinatur, quod mihi minime ita videtur. Decepit eos accusativus honorati pro dativo; sed et alia saxa Latina in Graecia erecta morem hunc Graecum sequuntur: v. Grut. 450, 6. Hagenb. Mss.

1) Rationalem Purpurariarum .2) *et* superfluum est: fuerit PROC. AT (pro *ad*) PRAEDIA. *Gelliana* mavult Gud. 3) alias Architriclinus. 4) i. e. fibulis. 5) Errat Reines., qui hoc cognomen esse putat. Gud. Ceterum apud Cyriacum post *officialis* sequitur *Ψ. B.* i. e. ψηφίσματι βουλῆς. et ex Cod. Redii corrupte notatur *T. B.*

2953. SCRIN. V ‖ Q. FABIVS HILARVS ‖ HILARI L. SCRINIAR. — Romae. Grut. 643, 9. et cum scrinii figura Spon *Misc.* p. 216, 1. *Primiscrinius.* ap. eund. p. 314, 1.

2954. LIBERO ‖ PATRI ‖ SACR ‖ ABASCANTVS ‖ ANTONI.

RVFI. S ‖ SCRVT.[1]) V. S. L. M. — Laybach, reperta 1814. et mecum communicata a Io. Labus V. Cl.

1) *Servus Scrutarius.* Labus.

2955. THYMELE ‖ MARCELLAE ‖ SERICARIA[1]) — Romae. Mur. 2046, 5.

1) quae vestes sericas curat.

2956. D. M ‖ THEONI VERNAE AVG. NOSTR ‖ QVI VIXIT. ANN. V. MENS. XI. DIEB. XIII. T. AELIVS THEON. AVG. LIB. SILENTIARIVS[1]) ‖ ET VETTIA VERYLLA FILIO DVLCISSIM ‖ ET PIENTISSIMO FECERVNT ET SIBI ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORV ‖ H. M. D. M. A.[2]) QVISQVIS AVTEM HOC VENDER ‖ DONATIONIS CAVSA HS. N. I. DARE VOLVERIT ‖ INFERET AERARIO POPVLI ROMANI. HS. XXX. — Romae. Fabrett. p. 206. LIV.

1) Nota Silentiarii officium: tum Liberti filium dici vernam Augusti N. 2) *Huic monumento dolus malus abesto.* — Alios Silentiarios dabimus in Capite de Honoribus sub Impp.

2957. D. M ‖ T. F. HERMES ‖ AVG. LIB ‖ A SVPERLECTILE P. CAE. N. ‖ F. FORTVNATA ‖ LIB. PAT. B. M. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 130, 2. supellex igitur dicitur, quae *super lectos* est.

2958. TERPSILAVS AVG. LIB. PROX[1]) ‖ A STVDIIS SCHOLAM OFFICII. — Romae. Donati 2. p. 312, 10.

1) *Proximus a studiis*, ut alibi *proximus lictor*, inter plures servos a studiis, vel lictores. Cfr. etiam Cannegieter *Nom. Rat.* p. 46.

2959. LIVIVS ‖ AVGVSTI ‖ TABVLARIVS ‖ ATTALIANVS. — Romae. Don. p. 297, 112. Mur. 921, 18. *Livius* libertus Augusti, manumissione in Liviam gentem quum pervenisset, in servili officio, puto, permansit. Hagenb. Mss.

2960. SALVI. AVG. LIB ‖ TABVL. AQVARVM ‖ V. ANN. XXIX. M. XI ‖ ANTIGONA MATER ‖ FILIO PIISSIMO. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 129, 2.

2961. HOSPITI. DIVI ‖ CLAVDI. LIBERTO ‖ TABVLARIO ‖ LEONIDIANO ‖ POLYBIVS. LIB ‖ ET. SIBI. FECIT. ET. SVIS ‖ POSTERISQVE. EORVM. — Romae reperta 1791. Visconti *Opere* 1. p. 188.

2962. DIS MANIBVS ‖ T. FLAVI FELICIS ‖ T. FLAVIVS ‖ SVCCESSVS AVG. L ‖ TABVLARIVS ‖ MARMORVM ‖ LVNENSIVM ‖ LIBERTO KARISSIMO ‖ ANNOS VIXIT X ‖ MENSIBVS VI. DIEBVS XXIII ‖ IN F. P. XXV. IN AG. P. XXXV. ITV ‖ AMBITV. ACVAE[1]) PRAESTANDV . . . . — Romae. Grut. 593, 5. Mur. 902, 4.

1) Ita ACVARIO est *Aquario* in Fabr. p. 308, 315.

2963. LVCIDAE AVGG. VERN ‖ MARITAE[1]) INCOMPARABIL ‖ QVAE VIX. ANN ‖ XXXIIII. M. II. D. XXV ‖ CATERVARIVS AVGG. LIBEX[2]) ‖ TABVLAR ‖ DVLCISSIMAE CONIVG ‖

CVM QVA SINE ‖ DISCORDIA VIXIT ‖ ANN. XV. M. XI. D. V. — Romae. Donati 2. p. 311, 10.

1) Sic Grut. 776, 11. 729, 11. 2) distingue LIBertus EX *Tabulario*, s. *Tabulariis*, ut Donati p. 312, 5. *Ex Procuratoribus* cet.

2964. HYMENEVS CAESARIS N ‖ SER. THAMYRIANVS. A LAPIDICINIS ‖ CARISTIIS FEC. SIBI ET THAMYRO NVTRICIO OPT. ‖ Q. POMPEIO VICTORI ET POMPEIAE IVCVNDAE VXORI ‖ HERMAE. SYMPHERVSAE.[1]) PARENTIBVS. PRIMO. CAES. SERVO . . . . VALERIAE MYRSINICIAE . . . ANEMESETO . . . . CONTACTIS POSTERISQVE EORVM. — Romae. Grut. 593, 8. et Mur. 1005, 10.

1) Scal. male iunxit: Herma Sympherusa, quum duo sint.

2965. SYMPHORO ‖ TESSERARIO ‖ SER. CAESARIS ‖ DE DOMO GELOTIANA.[1]) FECIT PHILODESPOTVS ‖ SER. CAESARIS ‖ EX HERMAEO[2]) ‖ FRATRI B. M. — Romae. Grut. 598, 7.

1) v. Suet. *Calig.* 18. 2) lucro insperato.

2966. TITVRVS. ATR[1]) ‖ GALER ‖ SALVIVS TOP[2]) PNILOT ‖ ANTIGONVS TOP ‖ PATERN. ALEXANDER ATR ‖ AMYNT ‖ DECVRION ‖ PAVIMENTVM IN OSSVAR ‖ ET NVMERATOS X.[3]) XXCI ‖ DSPD[4]) ‖ COSSO CORNELIO L. PISONE COS.[5]) — Romae. Marini *Atti.* 1. p. 116.

1) *Atriensis.* 2) *topiarius.* 3) denarios: numeratae pecuniae vix alias mentio fit in Inscriptt. 4) de sua pecunia dederunt. 5) a. u. c. 753. Topiarii plures referuntur in Tabula Antiatina.

2967. D. M. ‖ L. FLAVI AVG ‖ LIB. PRIMIGENI ‖ SVPRA VELARIOS[1]) ‖ DE DOMV AVG. ‖ FECIT FLAVIA ‖ PRIMIGENIA ‖ LIB. PATRONO B. M. — Neapoli. Grut. 599, 8.

1) Idem qui Grut. 599, 7. dicitur Praepositus Velariorum, i. e. servorum, qui vela tendebant, complicabant cet. cfr. Salmas. ad *Lampr. Alex. Sev.* c. 4. p. 886. Pessime Guthesius in *Thes. Sall.* T. 3. p. 527. Primigenium hic pro primicerio accipit, quum sit cognomen. HAGENB. Mss.

2968. D. M ‖ AVRELIO ‖ STEPHANO ‖ PROC ‖ A VEREDIS AVG. — S. Benedetto di Vllano. v. Calogerà *Raccolta.* Vol. 22. p. 222. (veredum, veredarius. Hinc vox hibrida paraveredus, unde Italorum *palafreno.*)

2969. DIS MANIBVS ‖ VENVLEIA CLEOPATRA ‖ FECIT SIBI ET ‖ RHODANO[1]) CAESARIS[2]) VERNAE ‖ A VESTE REGIA[3]) ET ‖ GRAECVLA. CONIVG. BENE ‖ MER. ET LIBERTABVS ‖ POSTERISQ. EORVM. — Romae. Grut. 577, 7. Gor. *Etr.* T. 3. p. 11.

1) Fluviorum nomina frequenter servis imponebantur. v. c. Euphrates, Borysthenes, Phasis, Cydnus, Xanthus, Nilus, Halys, Eridanus. 2) Neronis, ut videtur. Gor. 4) Opponitur A VESTE. IMP. PRIVATA. Grut. 577, 9. Deinde *Liviae Augustae Ser. a veste magna* ib. 8. *a veste scaenica* 578, 7.

2970. L. AGRIO. VESTIARIO ‖ TENVIARIO[1]) IMP. CAES ‖ ANTONINI PII ‖ L. VALERIVS PVDENS ‖ FRATRI. — Romae. Grut. 1111, 7.

1) v. Reines. p. 636. ubi: *Textrici. Vestiar. Ten.*, quae tenuia vestimenta confecerit, λεπτουργός.

2971. T. FLAVIVS ‖ AVG. LIB ‖ EGLECTVS ‖ AB VNGVENTIS ‖ FECIT SIBI. — Florentiae. Gor. *Etr.* 3. p. 239. Donati 2. p. 310, 3.

2972. * PAEAN. AVG. PROC ‖ CASTRENS. PROC. VOLVPTAT. PROC. ALEXAND(*riae*) ‖ SIBI ‖ POSTERISQVE SVIS. — Sine loco. Fabrett. p. 198, 480. Est suspecta.

2973. IVLIVS CAES ‖ VERNA ‖ A RATION. VOL‖VPTAT. V. A. XXXI. — Romae. Don. p. 296, 105. Mur. 921, 10.

2974. His omnibus, ut clarior Officiorum Domus Augustae imago lectoris subiiciatur oculis, indicem adiungimus titulorum Columbarii libertorum et servorum Liviae Augustae, iuxta Gorii editionem in Poleni *Thesauro* 3. p. 50. seqq., consulto etiam Fr. Bianchinii eiusdem argumenti libro *Camera ed Iscrizioni sepolcrali* ecc. Roma 1727. fol. Numeri sunt Goriani:

A) Apparitor sacris 1.
Ephebus Augusti 3.
Dispensator 4.
Decurio (*simpliciter*) 21.
Supra Cubiclarios 22.
Lector Dec. 27.
Ostiarius Dec. 29.
(Vtrumque scil. dicitur, Ostiarius decurio, et Ostiariorum decurio. v. Gorium 21. b.)
Ab officiis admissionum 34.
Paedagogus Iuliae Germanici Filiae 36.
Pedisequus Decurio 41.
Dec. III. Trib. Aug. (incertum ministerium) 45.
Decurio a tabulis 44.
Medicus 73.
Supra Medicos 76.
Aquarius 81.
Colorator 84.
Arcarius 90. 133.
A purpura 96.
Lanipens 98. cfr. Murat. 941, 8.
Ab ornamentis 104. Cfr. Mur. 914, 10.
Comoedus 108.
Inaurator 113.
Capsarius aurificum 108.
A statuis 125.

Tabularius 2.
A manu 4.
Liviae puer a pedibus 5.
Decurio Cubiclarior. 216.
Cubicularius 24.
Mensor Dec. 28.
Ostiarius 30.
Ostiarius Cur(*iae*) 31.
Rogator 33.
Paedagogus Dec. 35.
Magister 38.
Pedisequus 39.
Strator Dec. 43.
Pistor 45.
Fullo 45.
Decurio Medicus 75.
Chirurgus 77.
Ad unguenta 83.
Calciator 88.
A veste 93, 94.
A sede Augustae 98.
Paenularius 101.
Margaritarius 102.
Adiutor procur. ab ornamentis 106.
Vilicus 113.
Aurifex 114.
Faber 124.
Pictor 126.

Ad imagines 127. Atriensis 128.
Ab supelectile (*sic*) 129. Custos Ration. Patrimonii 131.
Ad possessiones 132. Numularius 134.
Cursor 144. Lyristes 140.
Insularius 191. Ex horreis Petronianis Dec. 190.
Ad argentum 199. Structor 200.
Invitator 202. Turarius 205.
Opsonator Mur. 911, 3. Vestiarius 228.

B) Feminae:
Sarcinatrix 28. Pedisequa 38.
Ornatrix 57. Decurio femina. 68.
Ad vestem 73. Vnctrix 78.
Ad valetudinarium 77. c. Capsaria 80.
Libraria (a *libra*) 100. Antoniae Drusi nutrix.

C) His e tabula Antiatina edita a Vulpio ac Bianchinio et utriusque commentario coniuncto a Guasco T. 2. p. 149. seqq.:
Topiarius Subvilicus.
A bibliotheca Tector.
Specularius Pavimentarius.
Sphaerista Iuscularius.
Tegularius Thermarius.

D) E Bianchinio accedunt:
A bibliotheca Graeca Palatina A sacrario.
A bibliotheca Latina Apollinis A Iano ab Atrio.
Ab epistolis Graecis scriba A tabulis.
A libris Pontificalibus A Corinthiis.
(Ad libros Gor. *Etr.* 1, 137, 24.) Corinthiarius.
A potione.
A veste magna. Ad argentum potorium.
Ad unguentum. Adiutor.
Balneator. Lecticarius.
Ministrator. Nomenclator.
Ornator. Ornator glabrorum.
Princeps tabell. Sarcinator.
Tabellarius. Sutor.
A tabulis. Tricliniarcha.
Vernarum decurio. Vestiplicus.
A tutulo ornatrix. Medica.

Sed haec sufficiant; complura praeterea eiusmodi officia, posterioris fere aetatis post Tiberium, peti possunt magnis e collectionibus. Cfr. etiam Visconti *Opere* 1. p. 182.

A LIBERTIS, ad quos iam progredimur, proxime absunt tum IMMVNES, tum ii, quibus libertas promittitur:

2975. TYRANNVS VERNA. TAB. APPARITOR || SACRIS. OM-

NIVM IMMVNIS ‖ IS DEDIT TI. CLAVDIO AVG. L. VETERANO. COL. V. M. BAR. IVM. TOTVM.
IS. INTVLIT. IANTHVM AVG. L.
MINISTRI. FRATREM SVVM.
— Romae. Gor. *Columb. in Polen. Thes.* 3. p. 50. Mur. 918, 3. Primaria haec est inscriptio Columbarii libertorum et servv. Liviae Augustae.

2976. CIRATA IVLIA ‖ ANNAI F. NATIO‖NE NERVIA ANNO XXVIII. INMV‖NIS BENEFICI. A‖PRONI ‖ H. S. E ‖ RVFVS IVLIVS PRO PIETATE ‖ POSVIT. — Moguntiae. Grut. 474, 1. Cfr. 1156, 1. et Gorium *Columb.* p. 51.

2977. C. IVLIO C. L ‖ FAVSTO IMMVN ‖ INTESTATO QVOT EX FVNERE EIVS ‖ SVPERFVIT PER ‖ SPIRONTE ET ‖ DEXTRVM QVAESTORES QVARTVM[1]). — Romae. Grut. 1156, 1. Fabrett. p. 449, 60.

1) scil. in hoc monumentum est insumptum. Quaestores autem hic intellige servos vel libertos familiae alicuius opulentae hoc munere inter conservos collibertosve suos fungentes.

2978. D. M ‖ C. SEPTIMIO C. F ‖ FORTVNATO ‖ ET SEPTIMIAE CONCVBINAE ‖ SIVE SERVAE ‖ SIVE LIBERTAE. — Bergomi. Fabrett. p. 290, 224. „Vt ineditam dat Mur. 1744, 3. spuriamque pronuntiat: sed vide quae ibi disputo contra Mur. citans quoque *Ep.* 4. a. 1745. p. 32., ubi Fabretti interpretationem vocum *concubinae sive servae sive libertae* ingeniosiorem dixi esse, quam veriorem; neque poenitet missae in Ep. illa vocis: quia formula occurrit etiam haec *sive servo sive liberto meo* in Grut. 357, 4. et 977, 5. *Antis Laroniae serva sive liberta erit.* est in Grut. 616, 2. ib. 409, 5. *Vrso, Lupo, Leoni libertis futuris.*" Hagenbuch. Mss.

2979. V. F. GAVIA Q. L. PRIMA SIBI ET POLICLITO ‖ SIVE SERVO SIVE LIBERTO MEO. ET ‖ L. CALPVRNIO. VEGETO. — Veronae. Grut. 977, 5.

2980. FAVSTVS VI. VIR ET AVG. QVI INTER PRIMOS ‖ AVGVSTALES A DECVRIONIBVS AVGVSTALIS FACTVS EST ‖ VIRIAE MAXIMAE VXORI CARISSIMAE ET VRSO ‖ LVPO. LEONI. LIBERTIS FVTVRIS. — Mediolani. Grut. 409, 5. (Murat. 700, 5.) cfr. omnino Zachariae *Exc.* p. 76. *libertis futuris*, ut notat Alciatus in antiquario suo codice, quod heredi mandaverat Faustus, ut eos manumitteret.

2981. FAMILIA et LIBERTI coniuncti in sepulcralibus titulis. v. c.:

FAMILIAE ET LIBERTOR ‖ T. SEPTVMI. SABINI ‖ IANVARIVS AVG. ET ATILIA EVSTA‖SIA MACERIAM TEMPESTATE ‖ LAPSAM RESTITVERVNT SINE INIVRIA PRIORVM.[1]) ET SIBI ET SVIS FECERVNT ‖ POSTERIS. Q. EORVM. — Romae. Fabrett. p. 42, 235.

1) priorum scil. ibi sepultorum. Grut. 880, 14.: „et hic locus *macerola* clusus ad *familium* Messianam et Clodianam pertinet."

Singularis plane est sequens e Partho Civis Romani facti:

2982. C. IVL. MYGDONIVS ‖ GENERE. PARTHVS ‖ NATVS. INGENVVS. CAPT ‖ PVBIS. AETATE. DAT. IN TERRA ‖ ROMANA. QVI. DVM. FACTVS. CIVES. R. IVVENTE. FATO. CO‖LOCAVI. ARKAM. DVM. ESSE ‖ ANNOR. L. PETI. VSQ. A. PVB‖ERTATE. SENECTAE. MEAE. PERVENI‖RE. NVNC. RECIPE. ME. SAXE. LIBENS ‖ TECVM. CVRA. SOLVTVS. ERO. — Ravennae. *Giornale Arcad.* 1825. *Dic.* p. 361.

Pretium manumissionis. Manumissio gratuita:

2983. P. DECIMIVS P. L. EROS ‖ MERVLA MEDICVS ‖ CLINICVS. CHIRVRGVS ‖ OCVLARIVS ‖ VI VIR AVG ‖ HIC PRO LIBERTATE DEDIT HS. IↃↃↃ ‖ HIC PRO SEVIRATV IN REM. P. DEDIT HS. ∞ ∞ ‖ HIC IN STATVAS PONENDAS IN ‖ AEDEM HERCVLIS DEDIT HS. ↀↀↀ[1] ‖ HIC IN VIAS STERNENDAS IN PVBLICVM DEDIT ↀↀↀ IↃↃ ∞ ∞ ‖ HIC PRIDIE QVAM MORTVVS EST ‖ RELIQVIT PATRIMONI ‖ HS. ∞ ↀↀ. — Assisii. Grut. 400, 7.

1) triginta millia.

2984. COSMVS AEDITVVS MATRIS D. M. IDAEAE ‖ ANTIOCHO SACERDOTE ANNIS XII. EIVSD. LOCI ‖ AB. IMP. AVGVSTO GRATIS[1]) MANVMISSVS OL ‖ SVPRA SVNT HS. N. L. DONATIONIS CAVSA MANCIP. — Romae. Mur. 177, 2.

1) nota etiam Augustum non omnes libertos gratis manumisisse. „Proinde quod tot Augustorum liberti in antiquis monumentis memorantur, non continuo eorum libertas tribuenda est dominorum liberalitati et caritati." Murat.

2985. T. VIBIVS T. L ‖ OPTATVS ‖ M.[1]) V. S. L. M ‖ LIBERTATIS CAVSSA. — In agro Novariensi. Fabrett. p. 700, 213. Don. 53, 155.

1) Mercurio. Minervae divinabat Mur. 53, 8. hunc titulum mance dans.

Ipsum MANVMISSIONIS nomen rarissime reperitur in inscriptt. Vide tamen sequentes:

2986. TREBATIAE EVTYCHIAE ‖ MANVMISS. A CN. TREBATIO ‖ PITIANACTE PATRE N.[1]) LIBERTO TREBATI CLARI QVOND ‖ C. V. XI. K. F.[2]) COMMODO IIII ‖ COS. EVTYCHIANVS AVG ‖ LIB. A. RAT.[3]) CONIVGI ‖ B. M. — Romae. Fabrett. p. 248, 8.

1) *nostro.* 2) *clarissimo Viro. XI. Kal. Februar.* p. Chr. 183. 3) *a rationibus.*

2987. DIS. MANIBVS ‖ C. MVCIO IANVAR ‖ C. MVCIVS IANVARIVS LIB ‖ PATRONO OPTIMO ‖ FL.[1]) IVLIAE SECVNDAE CONIVG ‖ M. ET SIBI LIBERTIS LIBERTA‖BVSQ. QVIQ. AB. IS. MANVMIS‖SI. MANVMISSAEVE. POSTERIS ‖ QVE EORVM. — In via Nomentana. Rader *ad Martialem* Moguntiae 1627. p. 178, 17. nescio an alibi quoque reperiatur.

1) leg. ET.

2988. . . . . . . C. L. PHILAR‖GYRO. VN‖GVENTARIO ‖ IS-

QVE. FAMI||LIAM. SVAM || MANVMISIT || PECVNIAMQ[1]).... — Venusiae. Grut. 636, 9. correctius ap. Lupulum p. 335.

1) *leguvit* addunt Schedae Vrsini.

NOMINA LIBERTORVM: (consule etiam Caput de Nominibus).

2989. TRVTEDIA HIC || CVBAT. P. TRVTEDI || AMPHIONIS LIB || NOMINE SERVILE APPIA || PATRONVS EMIT SIBI ET ILLAE ET SVEIS. IN F. P. XIV || IN AG. P. XIIII. — Butrii. Maffei *Mus. Ver.* 368, 9. Nota praeterea *hic cubat* pro *hic adquiescit* in saxis etiam gentilibus.

2990. FESTIO PAPIRI PRISCI DELIC || (*Puer stans*) PARVA SVB HOC TITVLO FESTI || SVNT OSSA LAPILLO || QVAE MOERENS FATO CONDI||DIT IPSE PATER || QVI SI VIXISSET DOMINI || IAM NOMINA FERRET || HVNC CASVS PVTEI DETVLIT || AD CINERES. — Ferrariae. Murat. 1536, 6. correctius in Zachariae *It. Ital.* p. 164. cfr. Burm. *Anthol.* T. 2. p. 269.

2991. ANNA LIVIAE MAECENATIANA. — Gori *Columb.* in Poleni *Thes.* 3. p. 150, 97. Mur. 991, 4. i. e. Anna Maecenatis primum, deinde vel emptione vel testamento Liviae Serva s. Liberta. Sic Germaniciani, Drusilliani. (Mur. 995, 13).

2992. M'. AMITERNIVS[1]) || MVNI. CI || PVM. L. IVC. VNDVS ET || PETRONIA KALLIS. TE SIBI || POSTERISQVE SVIS. — Aquilae. Marini *Atti* p. 214., quem consule. it. Morcelli *St.* 1. p. 189. Ab oppido Amiterno, cuius libertus erat, nomen accepit Iucundus. Sic explicandi VELITERNII illi, quos affert Cardinali *Iscriz. Velit.* p. 169. Ceterum nota hic *municipum*, non *Municipii* ipsius libertum.

2993. TI. CLAVDIO TI. AVG. LIB. ARRIO || CLAVDIANIANO SCRIB. LIBEL || TI. CLAVDIVS FLAMMA. CLAVSVS[1]) TI || AVG. PRAEGVSTATOR. FRATRI PIISS || ET FIDELISSIMO FEC. — Romae. Grut. 582, 1.

1) Vides hic libertos duos, Tiberii iam temporibus, quattuor utrumque nominibus insignitos. Prior ille ex testamento, puto, Claudiorum alicuius in potestatem Tiberii Imp. quum ante manumissionem pervenisset, Claudianianus nuncupatur, ut alibi Maecenatianos, Germanicianos habes. Neque enim, ut volebat HAGENBVCH., error est lapidarii *Claudianiano* scalpentis pro Claudiano. Alter, ut distingueretur ab innumerabilibus Tiberii libertis, Clausi priscum eiusdem gentis nomen adsciscendum sibi censuit. Nota praeterea *Scribum libellorum* alias vix reperiendum. Idem tamen esse videtur *A Libellis* Grut. 587, 9. Ceterum levissimis rationibus ductus hanc quoque inscriptionem, etsi Smetio ipsi visam, pro spuria habuit Maffeius A. C. L. p. 350.

Augustorum tamen liberti servilia nomina, aut sponte, aut, quod saepius factum arbitror, dominis ita iubentibus, haud raro retinebant v. c.:

2994. D. M || MYRONI || SER. BENEMI||ERENTI CHAIRITO AVG. LIB. — Romae. Fabrett. p. 247, 5.

2995. STRATONI AVGG. LIB. NATIO||NE SYRV. ANTIOCENSE. Q || VIXIT ANN. LXXXVI. D. XVI || ACHILLEVS ET HEGEMO||NICVS LIB. PATRONO BENE || MAERENTI (*sic*). — E schedis Barberinis. Fabrett. p. 248, 17. In huiusmodi porro inscriptt. raro

distinguere licet, a quonam Augustorum manumissus fuerit libertus; quod contra facilius est in iis, qui Claudiorum, Flaviorum, Vlpiorum, Aureliorum nomina adsciverunt.

V e r n a e l i b e r t i:

2996. D. M ‖ L. ARRVNTIO SVC‖CESSO VERNAE SVO ‖ QVI VIX ANN. XI. M. V ‖ D. VI. FECIT VLPIA FAVSTINA ‖ ET IVCVNDAE ‖ ET FIRMO AEQVE VERNIS. — Romae. Fabrett. p. 347. V. Ita passim tribus nominibus insigniuntur vernae, quomodo blande etiam post manumissionem interdum videntur fuisse appellati. v. c. in sequente:

2997. D. M ‖ M. VLPIO AVG. LIB ‖ VERNAE[1]) ‖ AB EPISTVLIS LATINIS ‖ VIBIA THISBE ‖ VXOR INFELICISSIMA. — Pisis. Fabrett. p. 296, 256. ex Reines. 571, 53. Sic in titulo sequente (257.) a *Paedagogis puerorum a Capite Africae* M. Aurelio Antonino dedicato *Vernae liberti* nominatim distinguuntur a ceteris libertis. cfr. Fabrett. p. 347. et ap. Don. p. 306, VII., 169. OLYMPVS DOMIN. DOMITIANI AVG. SER. VER. ROMAE NATVS.

1) *Verna* h. l. pro nomine proprio habebat Maff. *Oss. lett.* 2, 314. sine caussa, quamquam *Verna* filius Basilissae, nom. pr. exstat apud Zachar. *Salon.* X., 121. Hagenb.

Servilia quoque ministeria interdum in Libertorum titulis tamquam honoris causa memorantur:

2998. SEX. POMPEIO SALVIO. SEX. POM.[1]) A PEN‖DICE CEDRI ‖ ITEM AB HORT. CVLT. H. S. E ‖ SEX. POMPEIVS METRODORVS. SEX. POMPEI ‖ TON.[2]) ROGO PER DEOS STYGIOS OSS. NOSTR ‖ QVISQVIS ES. HOMO. NON VIOLES. NON TRAS.[3]) H. L. — Romae. Grut. 601, 10. Mur. 932, 2.

1) non opus *Servo* addi; fuit enim trium nominum homo, seu libertus Sex. Pompeii, cuius antea fuerat servus a pendice cedri. (cfr. Grut. 601, 11.) cet. Hagenb.
2) Tonsor. 3) *non transilias*, s. potius, *non transferas hunc locum.*

2999. D. M ‖ L. IVL. APOLLOPHANI. PROC ‖ IVLIAE VESTINAE. IVL. ZOSIME ‖ CONIVNX CVM COHEREDIBVS BENE‖ MERENTI FECER. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 292, 3.

3000. D. M ‖ M. AVRELIVS. AVG.[1]) SEVERVS FECIT ‖ SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER‖TABVSQVE. POSTERISQVE EORVM. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 183.

1) i. e. Augusti *libertus*, quod vocabulum interdum, quamvis raro, omittitur.

3001. LIVIAE LALAGE L.
M. LIVIVS SABINVS F.
VXSORI SVAE. OLLAM
DEDIT. EIQVE LIVIA
TERPNI ET SATVRNIN.
LIB. SECVNDA DEDIT.

3002. LIVIA MENOPHILI ET
SABINI L. CHLOE
M. LIVIO SABINO FIL. SVO
OLLAM DEDIT.

— Romae, in Columbario Libb. Liviae. Gori in *Polen. Thes.* 3. p. 142, 89. Fuerunt, qui hic Horatii et Lalagen' et Chloën reperisse sibi viderentur.

Varia Libertorum genera:

3003. M. SATRIVS ‖ FAVSTVS. V. A. XCVI ‖ FILIVS EVM ‖ MANVMISIT ET ‖ NVTR. OTIOSVM AN. XXV. — Romae. Don. p. 386, 28. Fabrett. p. 562, 97. Nota patrem filii libertum.

3004. L. PASSIENVS SATVRNINVS D. M ‖ PASSIENIAE. GEMEL‖LAE COIVGI ET LIB. SVAE. CARISSIMAE ‖ OBSEQVENTISSI‖MAE ET L. PASSIE‖NIO DORIPHORO ‖ FILIO ET PASSIENIO FILIO ET LIBERTO ‖ SANCTISSIMIS. — Romae. Fabrett. p. 7, 31. Nota filium, patris sui libertum.

3005. Similiter explicanda etiam sequens:

D. M ‖ Q. CAESIO ‖ SEMNO. Q ‖ CAESIVS ‖ CASTRENSIS ‖ PATRI ET PA‖TRONO B. M. — Atinae. Romanelli *Topografia* T. 1. p. 425.

3006. L. STATIVS. POSPHORVS ‖ L. STATI HESPERI FRATER ET ‖ LIBERTVS EIVS FECIT SIBI ET ‖ SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE EORVM. — Romae. Fabrettus p. 7. XLIV. Nota fratrem, fratris libertum.

3007. IVLIA HELLAS ‖ HYGIAE DOMINAE ET SORORI[1] ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT. QVAE VIXIT ‖ ANNVOS (*sic*) XXXV. (*cum ascia*). — Romae. Guasco T. 2. p. 320.

1) *Dominae et coniugi.* Grut. 806, 4.

3008. D. OCCI ET PONTI ET Ɔ L. FAVSTI ‖ D. OCCI ET PONTI ET Ɔ L. AVCTAES. — Veronae. Maffei *Mus. Ver.* 157, 7. Plurium liberti passim reperiuntur.

3009. PLAVTIA M. ET Ɔ L[1]) ‖ DIDO ‖ VBATHYLLI[2]). — Perusiae. Vermiglioli *Iscriz. Per.* T. 2. p. 544.

1) Marci et Caiae liberta. 2) f. VXOR BATHYLLI. Vermiglioli.

3010. D. M ‖ L. AGRIO ‖ SYNTROPHO ‖ LIBERTO OPTIM ‖ L. L. AGRI LICINIANVS ‖ ET PIVS. PATRONI. — Romae. Grut. 930, 10. Nota unius liberti duos patronos.

3011. A. IVNIVS. MACRINOR. L ‖ NIGELLIVS A. A[1]) ‖ V. S. L. M. — Regii. Silvestri *nella Raccolta del Calogerà.* T. 6. p. 423.

1) Aquis Aponi.

3012. Q. CAECILIUS Q. L. PAPIA ‖ SIBI ET LIBERTIS. ET LIBERTABVS. QVI SVNT COMMVNES CVM ‖ CAECILIA Q. L. DIONISIA. ET POSTERIS LIBERTORVM ET LIBERTARVM. EORVM.

CAECILIA Q. L. DIONISIA ‖ SIBI ET LIBERTIS. ET LIBERTABVS. QVI SVNT. COMMVNES CVM Q ‖ CAECILIO Q. L. PAPIA ET POSTERIS. LIBERTORVM ET LIBERTARVM EORVM. — Romae. Grut. 964, 7.

3013. D. M ‖ CLAVDIAE SAECLARI ‖ V. A. X. M. II. D. V ‖ TI. CLAVDIVS AVG. L. AVXETVS ‖ PATRONVS PIISSIMAE SIBI

FECIT. — Romae. Gorii *Xenia* p. 40, 144. Liberti libertorum saepe memorantur. vide Fabrett. p. 474.

3014. D. M ‖ FLAVIAE RESTITVTAE ‖ T. FLAVI AVG. LIB. BLA‖STI LIBERT. FECIT ‖ TI. CLAVDIVS ONESI‖MVS CON. B. M. F. — Sine loco certo. Fabrett. 473, 121. Sed difficilior aliquanto est sequens:

3015. BENEFICIO NONIAE ‖ Ͻ. L. NOTAE A ‖ RVTILIVS A ‖ Ͻ L. ATHENIO ‖ HIC SITVS EST. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 253. ubi explica: Aulus Rutilius Athenio, libertus Auli, qui fuerat Caiae (i. e. matronae alicuius) libertus, hic situs est.

Liberti Deorum. Liberti Municipiorum, Collegiorum, Factionum.

3016. I. O. M. IVNONI MI‖NERVAE ET AESCVLAPIO. DOMINO ‖ SEPTIM. ASC.[1] HER‖MES. LIBERTVS ‖ NVMINIS AES‖CVLAPI.[2] HABENS ‖ ORNAMENT. DEC.[3] ‖ COL. APVL. ET AVG.[4] COL. EIVSDEM ‖ V. P. — Cibini in Transilvania. Grut. 1006, 1. (Seivert. p. 74.)

1) Septimius Asclepiades explicandum ex Seiverti p. 144, 204. 2) v. Reines. p. 890. Cannegieter *Nom. Rut.* p. 66. 3) decurionalia. 4) Augustalis. Sic enim recte Seiverti typus.

3017. C. PVBLICIVS ‖ VIRVNENSIVM ‖ LIB. ASIATICVS ‖ FEC. SIBI ET LVPVLAE CONIVGI KARISSIMAE. — In Carinthia. Mur. 2052, 2. Virunum Civitas a Ptolemaeo memoratur. Mur. De *Publiciis* istis, libertis ex servis *publicis*, v. Fabrett. p. 435, 23.

3018. VENERIVS ‖ COL. L.[1] FELIX ‖ MAG. AVG.[2] SIBI ‖ ET PLATORIAE APRVLLAE ‖ CONIVGI ET SVIS ‖ V. F[3] ‖ IN F. P. $\overline{XXX}$ ‖ IN AGR. P. $\overline{LXXXV}$. — Hadriae. Romanelli *Topogr.* T. 3. p. 315.

1) qui fuerat antea ἱερόδουλος Veneris, Coloniae libertus. 2) Magister cultus Larium Augustorum, qui magistri fere erant libertini generis. 3) vivus fecit.

3019. * FABRICIAE ‖ CENTONIAE ‖ ARETHVSAE VXORI ‖ OPTIMAE ET CHRESIMAE ‖ FILIAE CARISSIM ‖ FABRICIVS CENTONIVS ‖ COLLEGIORVM[1] LIB ‖ CHRESIMVS. — Brixiae. Ex Rubeo Fabr. 434, 13. Vide, ne suspecta sit.

1) scil. Fabrorum et Centonariorum, unde is sane mire Fabricius Centonius, et uxor Fabricia Centonia!

3020. TI. CLAVDIVS ‖ MVNICIPII CELEIANI ‖ LIB. FAVOR. V. F. SIBI ‖ ET IVLIAE PVSILLAE ‖ CON. SVAE ET SVIS. — Celeiae. Grut. 601, 6. cfr. Grut. 616, 1. D. M ‖ MODERATO ‖ LIBERTO ‖ COLONIAE LINGONVM.

3021. D. M ‖ L. AVILIO GALATAE ‖ FACT. RVSS. LIB.[1] ITEM ‖ IVLIAE C. L. AMPLIATAE ‖ C. IVLIVS PRIMVS ‖ PATRONAE B. M. F ‖ SIBI POSTERISQ. SVORVM. — Romae. Marini *Atti* 1. p. 215.

1) Factionis Russatae libertus.

3022. D. M ‖ L. ACVTIVS LEG ‖ LIB. CLEMENTIA ‖ PORAEDIAE QVARTAE ‖ CONIVGI CARISSIMAE ‖ BENEMERENTI. VIX ANN. XXVIII. — Neapoli. Mur. 1569, 3. LEG. LIB. Murat. hic, ut alio loco 874, 6. (LIB. LEG. IIII) de Liberto Legionum prius interpretatus est, quam tamen falsam opinionem postea ipse correxit. (*Corrig.* Tom. IV. *praemiss.*) Sed eandem illam inscript. Neapolitanam p. 1288, 3. ita dedit:

D. M ‖ L. ACVTIVS LEO. LIB. CLEMENTIA — quod Hagenb. optime sic dilucidavit: *Liburnâ Clementia.* — *Lib. Leg.* IIII. in altera est *librarius.*

Conliberti:

3023. A. MEMMIO CLARO ‖ A. MEMMIVS VRBANVS ‖ CONLIBERTO. IDEM. CONSORTI [1]) ‖ CARISSIMO SIBI ‖ INTER ME ET TE. SANCTISSIME MI ‖ CONLIBERTE. NVLLVM VNQVAM ‖ DISIVRGIVM FVISSE CONSCIVS ‖ SVM MIHI. HOC QVOQVE TITVLO ‖ SVPEROS ET INFEROS TESTOR DEOS ‖ VNÁ ME TECVM CONGRESSVM ‖ IN VENÁLICIO VNA DOMO LIBEROS ‖ ESSE FACTOS. NEQVE VLLVS VNQVAM ‖ NOS DÍVNXISSET. NISI HIC TVVS ‖ FÁTALIS DIES. — Romae in columbario servorum ac libertorum gentis Memmiae (1790). Marini *Atti* 2. p. 712. Nota accentus v. c. *unâ*, *úna.*

1) *κοινοβίῳ.*

Matrimonium inter Patronos et Libertos:

3024. TI. CLAVDIVS HERMES ‖ CLAVDIAM M. TI. FILIA. DEMPOSVI (*sic*) IN LOCVM ‖ PARENTIVM SVORVM. PATRONAM OPTIMAM. ITEM CONIVGEM FIDELISSIMAM. CVM QVA VIXI ‖ ANNIS XXII. M. I. D. II. SINE VLLA AEMVLATIONE ‖ INDVLGENTIA EIVS. CVIVS BENEFICIO FIDE ET ‖ OPINIONE. MIHI AD. QVISIVI. QVAM DIV VIXERO ‖ TV AVTEM. OPTIMA DOMINA SANCTISSIMA. OPTAREM ‖ DEOS. VT TALE. EXSITVM. MEVM. ALIQVI. MEORVM FACIAT ‖ VIXIT ANNIS XXXXVII. M. I. DIEB. II. — Romae. Donati 2. p. 398, 14.

3025. DIS. M ‖ C. MVSONIO. NICOME ‖ MVSONIA EVSTATIA FECIT ‖ PATRONO ET CONIVGI BENE‖MERENTI. ET SIBI ET SVIS. — Romae. Fabrett. p. 289. XX. Huiusmodi tituli frequentes exstant. Variatur formula: *patrono eidem* vel *idem*, *isdem coniugi* vel *viro.* Longe rariores sunt, ubi libertus patronae maritus memoratur.

3026. D. M ‖ VALERIA IRENE ‖ LIBERTA PATRONO ‖ ET VIRO. B. M. M. VALERIO ‖ PROCVLO FECIT ET SIBI ET SVIS ‖ LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM. — Romae. Oderic. p. 228.

3027. D. M ‖ LICINIAE ‖ FORTVNATAE ‖ OPTIMAE ‖ ET

SANCTISSIMAE ‖ LIBERTAE ISDEM CONIVGI ‖ T. LICINIVS ‖ SENTIANVS ‖ BENEMERENTI FECIT. — Romae. Maffei *Mus. Ver.* 301, 12. ib. 6. ARESCVSA LIBERTA. ISDEM CONIVNX PATRONO CARISSIMO.

3028. D. M ‖ FABIAE APHRODISIAE ‖ CONIVGI SIMPLICISSIMAE ‖ B. M. FELIX LIB. MARITVS. — E schedis Barberinis. Fabrett. p. 289, 221.

3029. D. M ‖ LVCRETIAE EVTYCHIDI ‖ LVCRETIVS ADRASTVS ‖ CONIVGI ET PATRONAE DVL‖CISSIMAE ET SIBI ET POSTERIS‖QVE SVIS. — Romae. Fabrett. p. 290, 222. Qui omnino de eiusmodi matrimoniis est consulendus. Vetita scilicet erant inde a Severi temporibus; ea tantum exceptione; — *nisi patrona tam ignobilis fuerit, ut ei honestae sint vel liberti suae nuptiae, officio iudicis super hoc cognoscentis.* L. 13. D. de rit. Nupt.

3030. D. M[1] ‖ MEMORIAE PERENNI. QVIAETI (*sic*) AETERNAE ‖ TERTINIAE VICTORINAE FEMINAE ‖ RARISSIMAE. STOLATAE[2] QVONDAM ‖

XAIPE NIKACI	SPIRITO (*sic*) INCOMPARABILI. TERTINIVS ‖ SEVERIANVS 7. LEG. II. AVG. CVM PATERNIA ‖ VICTORINA ET TERTINIA TERTINA FILIS ‖	*ΠΤΕΛΑΙΝΚ NIKACI*

P. C. ET S. AS. D. — Lugduni. Grut. 563, 7.

1) ex Add. Holth. 2) manumissae quondam per stolae dationem, manumissionis genus veteribus ignotum explicabat Mazocchius *de Ascia sepulcrali* p. 30. castigatus a Giovenalio *Aveia* p. CXI., qui tum ex Grut. 627, 9.:

3031. P. LARTIVS P. L ‖ SAVFEIA A. L ‖ L. LARTIVS P. F ‖ P. LARTIVS P. F ‖ L.[1] LARTIA A. Ɔ.[2] L ‖ NEICIA THALEA ‖ RVFVS ‖ P. LARCIVS[3] P. F. BROCCHVS ‖ LARCIA P. L. HORAEA ‖

BONEIS PROBATA. INVEISA SVM A NVLLA PROBA.
FVI PARENS DOMINEIS SENIB. HVIC[4] AVTEM OBSEQVENS
ITA LIBERTATE ILLEI ME. HEIC DECORAT STOLA
A PVPVLA ANNOS VEIGINTI. OPTINVI DOMVM
OMNEM. SVPREMVS FECIT IVDICIVM DIES
MORS ANIMAM ERIPVIT. NON VEITAE ORNATVM APSTVLIT.

L. EPRIVS CHILO. VIAT. TRIB. PL. PRI. AC PI[5]. — Labelli Apuliae.

1) nota feminae praenomen. 2) Auli et Caiae libertae. 3) nota, si lapis recte exscriptus est, *Lartius* et *Larcius* pariter pronuntiatum. 4) marito. 5) quid haec sibi velint, nescitur. Etsi longe aliter, quamvis vix ex αὐτουργίᾳ, singularem hanc inscriptionem exhibet Lupulus p. 346.:

P. LARTIVS. P. F. BROCCHVS ‖ LARGIA. HORAEA. BONEIS. PROBATA ‖ INVEISA. SVM. A. NVLLA ‖ PROBA. FVI. PARENS. DOMINEIS. SENIBVS ‖ HVIC. AVTEM. OBSEQVENS. EITA ‖ LEIBERTATE. ILLEI. ME. A. PVPVLA ‖ DECORAAT. (*sic*) STOLA. LAETA. VIXI ‖ ANNOS. VEIGINTI. OPTIMI ‖ DOMVM. OMNEM. SVPREM. FVNESTAVIT. DIES ‖ MORS. ANIMAM. ERIPVIT ‖ NON. VEITAE. ORNATVM. ABSTVLIT ‖ EPIRVS. CHILO. VIAT. P. P. P. B. M. (an: Viator praetorum posuit benemerenti?) — Tum ex Mur. 148, 1. collegit (Giovenatius), stolatam hic significare Victorinam libertam, antea Nicasin Graece dictam, ut constat ex illis XAIPE NIKACI, iustis postmodum nuptiis iunctam fuisse patrono suo

Tertinio Severiano, a quo acceperit alterum quoque Tertiniae nomen: stolatam itaque nihil aliud esse nisi *matronam*, ut Grut. 546, 5. *His terris tegitur* AE(lia) *matrona quondam*. Attamen constat ex Cic. *Philipp*. 2. §. 44. servas et meretrices, quum nuberent ingenuis, stolâ esse donatas.

Liberti impii in Patronos:

3032. M. AEMILIVS ARTEMA || FECIT || M. LICINIO SVCCESSO FRATRI || BENEMERENTI || ET CAECILIAE MODESTAE CONIVGI || SVAE ET SIBI. ET SVIS LIBERTIS || LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM || EXCEPTO HERMETE LIB. QVEM || VETO PROPTER DELICTA SVA || ADITVM. AMBITVM. NE VLLVM || ACCESSVM HABEAT IN HOC || MONVMENTO. — Romae. Grut. 844, 4. v. Fabrett. p. 148. Salmas. ad *Capitol*. T. 1. Hack. p. 298.

3033. C. CAECILIVS FELIX || ET C. CAECILIVS VRBICVS || LOCVM. ITA VTI EST. CONCAMERATVM || PARIETIBVS ET PILA COMPRAEHENSIS. LONGVM || P. VI. LATVM P. VII S. CONSECRAVERVNT SIBI. ET || C. CAECILIO RVFINO. ET C. CAECILIO MATERNO ET || LIBERTIS LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE EORVM. EXCEPTA SECVNDINA LIBERTA IMPIA || ADVERSVS CAECILIVM FELICEM PATRONVM SVVM || H. M. H. N. S. — Romae. Grut. 862, 5. Murat. 1524, 6.

3034. D. M. S || FVFICIA C. L. NYMPHE || FECIT SIBI ET P. VALERIO P. LIB || ADDMETO CONIVGI SVO || CARISSIMO. IDEM LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE EORVM. EXCEPTO FORTE LIBERTO. CET. — Romae. Fabr. p. 149, 194. Similia vide in Sepulcralibus et cfr. Bornii *dissert. de poenis libertorum ingratorum apud Romanos*. Lipsiae 1738. 4.

Libertini:

3035. Q. TREBONIVS Q. F. CLA. ARISTO || EX PATRIBVS. LIBERTINIS[1]) || SIBI ET SVIS. LIB. LIBERTABVSQVE || POSTERISQVE. EORVM. — Romae. Grut. 891, 8.

1) Libertinorum rarissime in Inscriptt. fit mentio. — Scita est Niebuhrii observatio (*Berliner Abhandlungen* 1822. 1823. p. 257.). „*Nach* 250 *verschwindet der Schwarm der* liberti *auf einmal, so wie das altroemische Namensystem so gut wie aufhört.*"

HAGENBVCHII, MAFFEII, ERNESTII, REISKII, SEGVIERII ET STEINBRYCHELII

EPISTOLAE

ALIQVOT

NVNC PRIMVM EDITAE.

I.

Viro illustrissimo Marchioni
SCIPIONI MAFFEIO
I. GASPAR. HAGENBVCHIVS.
S. P. D.

Verbis blandis, quibus, qui ad viros principes literas exarare instituunt, uti solent, auribus tuis, Marchio illustrissime, insidiari nolo. Tanta est apud bonos omnes virtutum tuarum et eruditionis tuae praestantissimae laus et commendatio, tanta nominis tui toto orbe celeberrimi apud me caritas et reverentia, ut erepto nobis eheu! Bouhierio, virgula quadam divina hanc laeter suppeditatam esse occasionem, qua tuae, summi viri, amicitiae fores mihi patere incipiunt *αὐτομάται*.

Epistolas Epigraphicas ad te, antiquitatis eruditae statorem atque vindicem egregium, mittere audeo duabus potissimum de caussis: et quod liberalitate tua, quam pagina 605. merito collaudavi, sum provocatus: et quod maximam partem ad magnum quondam amicum tuum, sed et meum, *τὸν μακαρίτην* Bouhierium sunt scriptae. Quod si tantum tibi ab occupationibus gravioribus studiisque severioribus otii sit, ut nostra haec mansuetiora leviora que legere non fastidias, eruditissimas observationes, quibus minus bene cogitata et literis consignata emendabis et castigabis, mihi per communia Musarum sacra te, si pateris, obtestanti noli invidere; cuius voti si fuero damnatus, *sublimi sidera vertice ferire* mihi videbor.

Inprimis de saxo Veronensi, ad quod pag. 521. init. quaedam sum commentatus, edoceri vehementer cupio.

Pagina 111. elucubrati *de Siglis Graecorum* opusculi Graecum Gruteri saxum metricum 672, 13. ita restituis, ut de tuo consensu mihi gratuler: neque enim ab invicem abimus, nisi in ultimae vocis modo. Pro *BIΩΣΑ* seu *EBIΩΣΑ*, quod et Cl. *Wesselingio* in mentem venisse ex doctissimo *Leichio* attuli p. 279., participium *BIΩΣΑΣ* tibi placet: quem dissensum nonne discordiam concordem potius, quam *concordiam discordem* licebit appellare? Fuere Graeci quam qui maxime *φιλομέτοχοι*; sed et verbum finitum, ne nullum in saxo legatur toto, commode potest stare.

Ibidem post explanationem obscuritatum siglorum Graecorum limatissimam p. 115. ad carminis legem atque ductum formae pristinae studuisti red-

dere inscriptionem Gruterianam 399, 3. nemini ante nos tentatam: quam, emendatione tua nondum mihi cognita, restituere sum conatus in epistola ad Ill. Blaurerum meum p. 85. Quid tibi nostra conferenti videatur, liberrime profer, sique tua minus ab editis abire videbuntur, praefer.

Pag. 86. monumenta Graeca *. seu *denariorum* siglam habentia brevitate admirabili coniungens, *Praeclarissimus*, inquis, *amicus heu praecoci nimis fato raptus*, *Ioseph* BIMARDIVS, A et B. mille *et* duo millia *vertit in Cl. Muratorii collectione* p. 809, 1. „Quod ibi legitur epigramma Graecum, versu inprimis secundo, pessime habitum, a Muratorioque depositum, aliis praeterea mendis obsitum est pluribus: in quibus repurgandis non modo Bimardum vires defecerunt, sed et Muratorium in tractandis Graecis inscriptionibus admodum infelicem et parum peritum, successus destituit. Neuter vidit, saxum esse ἔμμετρον. Sunt vero versus iambici trimetri: quos nitori suo et numeris sic reddi puto posse:

Ἤμην στόλαρχης Ποντικῶν νεῶν ἐγὼ,
Ὀξηρέτμοις πτέρυξιν ἠγαπημένος.
Ἀνὰ στρατὸν Κρισπεῖνος εὐκλεὴς ἀνήρ.
Ῥάβεννα δ' ἦν μοι πατρὶς ἀρχαία πόλις.
Ἔγνως τίς ἤμην, καὶ ποῖος γένος κυρῶ.
Λοιπὸν φυλάσσου, μή τιν' ἐνθήσῃς τάφῳ,
Δίκην θ' ὑφέξῃς παρανόμου τυμβωρύχου,
Φίσκῳ τε δώσῃς * Β. καὶ τῇ πόλει * Α.[1])

Versui octavo metri ratio pulcre constat, si eum subtractis in metiendo siglis * sic efferamus:

Φίσκῳ τε δώσῃς δίς, καὶ τῇ πόλει ἅπαξ. Scil. *. seu δηνάρια χίλια quod hoc fine adposui, ut ipse tuam mihi sententiam, id est verum ipsum dicas.

ΟΞΗΡΕΤΜΟΙΣ ΠΤΕΡΥΞΙΝ habet metaphoram de navibus et avibus reciprocari maxime solitam. Ὀξήρετμος (eadem ratione compositum qua ἐπήρετμος) in Lexicis Graecis adhuc non comparuit. Notum autem est, ὀξὺν et *acrem* notare et *celerem*. Virg. *Aen.* 5, 116.

Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin.

Vel ex Cyziceno Bimardi tui marmore Graeco si Muratorius meminisset *ΝΕΩΝ*, *navium* Attice significare ab ναῦς, non tantum *templorum* ab ναός, ad saxum *Veronae*, in *museo publico*. *Ex Marchione Maffeio* datum 823, 7.

VETERANO EX NEOFYLACE

non adnotasset, „*Ex Neofylace*, hoc est, qui antea fuerat *Templi Custos*, tum militiae addictus, *Veteranus* evaserat, nisi heic cognomen alicuius navis habeatur," neque *Ind.* 3., ceu sacrorum minister ab eo esset positus *Neophylax* seu *Templi Custos* 823, 7. *Νεωφύλακα*, *ναοφύλακα templorum* custodem, tantum norunt Lexica Graeca[2]): eadem νεωφύλακα *navium*

1) legitur nunc in Cl. Iacobsii *Anthol. Palat.* T. 2. p. 821, 204., ubi v. 2. e Dorvillii emend. longe melius sane dedit: ἐξηρέτμοις πτερύξιν ἠγλαϊσμένων. tum v. 5. τίνος γένους. v. 7. παρανόμως τυμβωρυχῶν.

2) etiam Schneiderus in νεωφύλαξ.

custodem prorsus ignorant. Haud abludit, quod in Hesychio legitur *Νεωρός*, *νεωριοφύλαξ*.

EX NEOFYLACE pro NEOPHYLACE eadem plane scribendi ratione, qua in eodem lapide Veronensi versu antepenultimo FILETE, aliaque cumprimis a *Φίλος* derivata, longe plurima, *ὅσα κόνις*, eandem orthographiam *τοῦ* F pro PH servant. Vid. quae in commentario ad lapidem Turicensem pag. 575. dedi.

Aut vehementer fallor, aut in lapide Ravennate apud Mur. 831, 6. versus quarti lacuna eodem *Neophylacis* nomine expleri et integrari debet:

*Neoph*YLAX. IIII. FORTVNA.

Plura exponere verecundia prohibet, ne primo hoc literarum mearum aditu molestus nimis sim, nimisque importunus. Vale, inlustrissime Comes, cum Achate tuo nobilissimo SEGVIERIO, et in eorum me numero existima, qui tua in rem literariam, maxime antiquariam, merita praeclarissima ex animo suspiciunt. *Turici* Helvetiorum. Ipsis Idibus Novembribus. MDCCXLVII.

II.

Verona 7. Xbre 1747.

Illustrissimo e dottissimo Signore!

Non posso dire con quanto piacere abbia ricevuto la sua gentilissima lettera, e il prezioso regalo del suo bel libro. Di questo non ho veduto ancora se non que' luoghi, ch'era necessario per rispondere a' suoi quesiti, perchè ho voluto far risposta subito. Dalle poche pagine, che ho vedute, ho però raccolto quanto ella peschi fondo nella erudizione, e di quanto ingegno e sapere sia fòrnita. Io fuggo le corrispondenze, e perciò più amici ho perduti, ma a ciò mi sforzano gl' impacci che ho, e la debolezza degli occhi miei, trovandomi in età di 73 anni. Con Lei però mi sarà sempre carissimo aver commercio, purchè mi dia licenza di scriverle per altra mano, non senza pena scrivendo questa di pugno.

A' quesiti da lei fattimi rispondo con libertà nelle carte a parte; ma mi riporto sempre al giudizio suo. Confesso con rossore, ch'io non avea notizia della sua persona, nè avea veduto, quanto ella ha dato in luce. Sono stato per assai tempo lontano da ogni studio d'antichità, singolarmente per vederla in oggi si maltrattata. Non so ch'altro soggetto si trovi capace, com' ella è, di risolvere, di emendare, di tradurre un' iscrizion Greca in versi. Dopo Fabretti, Torre, e Buonarroti l'antichità giaceva. Montfaucon era dotto, ma non in questi studj. Unicamente il Sgre Annibale Olivieri di Pesaro ha scoperto qualche cosa, ed ha ingegno, e sapere atto a questo.

Ma come mai ella non è presa da curiosità di veder l'Italia? Creda, che senza vedere le pietre medesime, si parla sempre all' oscuro. Lo riconosca in Reinesio, ed in Muratori, che se bene in Italia, le ha però prese tutte da schede, o da lettere. Se verrà a Verona, io Le offro una piccola stanza in mia casa. Vedrà una raccolta, che ne ha cento di Greche. Sarà accolto, e servito; ragioneremo a piacere, il che scrivendo non si può fare.

Le mando il prospetto della stampa, che finalmente hanno voluto, ch'io faccia. Non lo mando, perch' ella si associ, poichè a Lei il libro sarà donato senz' altro, ma se qualche libreria, o qualche soggetto in Zurigo, o nelle altre città dell' Elvezia volesse dare il suo nome, facciano capo a lei.

La prego mandarmi il catalogo di tutte le cose, ch'ella aveva finora stampate.. Io per via di Bergamo vedrò di spedirle subito la mia Verona illustrata, dov' è anche il Trattato degli Anfiteatri.

Il Sgr. Seguier è Gentiluomo di Nîmes, ma non ha caro di esser detto Nobilissimo, non essendo di quella casa, ch' ebbe un gran cancelliere. Essendo io in Nîmes, l'anno 1732, facemmo insieme una tale amicizia, ch'egli per seguitarmi abbandonò la patria, e la sua casa, nè per quanto l'abbiano richiamato, ha mai voluto consentir di lasciarmi. Egli è un uomo maraviglioso; sa d'ogni cosa. Il suo studio principale è la Botanica, nella qual materia ha dato fuori due bell' opere. Io lo amo più che figliuolo; mi è in ogni cosa di grand' aiuto; disegna benissimo. Egli le rende grazie, e la riverisce distintamente.

Una cosa bisogna ch'io le dica con mio dispiacere. Quando ier l'altra sera mi fu portato il suo libro, gli amici ch'erano da me, vedendo nel frontispizio *ad celeberrimum Gorium*, si misero tutti a ridere. Non creda, ch'io abbia mal animo contro di lui, che non l'ho contro persona del mondo, anzi i libercoli scritti da lui contro di me, secondo il mio costume non gli ho letti. Ma in Italia, e in Firenze egli è assai in ridicolo dopo le incomparabili stravaganze, ch'egli ha scritto su l'Etrusco; non si sono per verità vedute pazzie simili dopo che c'è libri.

Io mi portai l'anno 1721 a Firenze, e vi stetti quasi due anni. Quest' uomo, che serviva allora il Sgr. Ferrante Capponi, e insegnava i primi rudimenti a' suoi figliuoli, avea poco innanzi principiato a copiare le iscrizioni di Firenze, che sono tutte di Roma. Venne da me, mi pregò a dargli qualche lume, e ad andar con lui alla villa Strozzi; quivi gl' insegnai a legger molte lapide ecc. Dolendosi di temere, che fossero già stampate in Fabretti, gl' insegnai a farsi un indice di Fabretti, e di Sponio; poi me ne feci fare una copia anche per me, che conservo ancora scritta di sua mano. Dicendomi che volea dar fuori tutte le iscrizioni di Firenze, lo avvertii, che guardasse bene, perchè ve ne ha molte di false. Mi rispose, che in ciò non volea errare, ma gli conveniva stamparle tutte, come ha poi fatto, mischiando alla rinfusa le buone, e le cattive. Ma un' altra cosa gli suggerii, ch'è stata la sua fortuna. Gli dissi, che stampasse i bassi rilievi antichi venuti già di Roma a Firenze che son moltissimi, e facesse far le spese a Cavalieri, e Personaggi, uno per ciascheduno, e vendesse poi i libri a suo profitto, ed io diedi subito l'esempio. Così fece, e continuò poi, con che si è fatto ricco di povero uomo ch'egli era. Questo l'ho molto caro; ma egli mi disgustò poi in molti modi, e finalmente io nelle Osservazioni letterarie parlai con derisione delle sue chimere Etrusche, com' anco di quelle di Monsù Bourguet. Ma le accerto dinanzi, che non per mal animo feci questo, ma unicamente, perchè l'Europa non credesse, che tutta Italia fosse così cieca di prestar fede a tali sogni, e a falsità così manifeste, che pare-

van dette per mettere in ridicolo lo studio dell' antichità. Anche il buon Leichio ha scritto, che Gori è *Antiquariorum Princeps*, il che ha fatto rider tutti. Se è Principe, chi ha dato fuori inezie moderne, e mal lavorate, asserendo, che son più antiche di Roma, e di Troia, quanto ridicolo non diventa lo studio dell' antichità? Ha egli fatto mai altro che copiare, e che dar fuori ciò ch' altri ha detto, e scritto? e chi volesse prendersi cura di far catalogo de' suoi errori ecc. (*sic*). Tutto questo a lei in confidenza, assicurandola per altro, ch' io son pronto a fargli ogni bene, se occasion me ne viene. Ella mi conservi la sua grazia, e mi creda sempre, e di tutto cuore

suo divotisso. obbl. Serv.
Scipe. Maffei.

P. S. Mi era dimenticato ciò che più mi preme. La prego osservare le mie sigle Greche, e le *Antiquitates Galliae*, e da buon amico avvisarmi degli errori, che vi scoprisse. In queste materie non c'è chi si possa presumer esente da errori [1]). Alle sigle ne ho già alquante da parte per aggiungerle.

Risposta a' Quesiti.

Ad 1um.] ARI in inscriptione illa Veronensi Grut. 890, 14. nihil diceret, aut quidvis aliud diceret, quam *a rationibus;* RI enim pro *rationibus* neque Romanum, neque antiquum compendium est. Lapidem in Museo, quod publicum volui, triginta abhinc annis dedicavi, et omnium oculis patet. Praefero ARK. et ita eum edidi in *Verona Illustrata* p. 355.

Ad 2um.] Gratulor mihi de consensu tuo in versione carminis Grut. 612, 13. Ego *βιώσας* scripsi, ut responderet praecedenti *πλήσας*, sed in idem recidit.

Ad 3um.] Gruteriani distichi 399, 3. rescriptionem ac versionem tuam laudo. De mea quid proferam? Nosti Codicis legem, *Ne quis in sua causa iudicet.* *Βασιλεὺς* in *βασιλεῖς* non mutavi, quia de Honorio intelligo Imp. Occidentali, qui eo anno ipso leges promulgavit Romanas. Arcadius in Oriente degebat, nec de honorando Aemiliae Praeside cogitabat. *ΑΙΜΙΛΙΗΣ* et verba reliqua a me concinnata Gruterianis magis videntur inhaerere.

Ad 4um.] Optime minoribus literis scripsisti versus Muratorianos 809, 1. Pro versibus non agnitos asserere non possumus, quum quivis a capite resumatur, quod Graeci lapides praestare non solent, et quum Muratorius ibidem *versus* ter appellet. Nec eos dicerem *mendis obsitos pluribus.* Utinam maiori longe, et maioris momenti mendorum numero alia plura in ea collectione Graeca monumenta non comparerent! Versu secundo ὀξηρέτμοις num pro Graeca dictione haberi possit, ambigo. Omnia, puto, ex ὀξὺς composita $\bar{υ}$ servant. Ambigo quoque, an *acutos* vel *acres* apte vocare possimus remos; *acri remige* dixit Virgilius, sed non *acri remo.* Aptius sic posset emendari:

---

1) Honestissimam hanc confessionem Viri in isto studiorum genere summi, meam quoque facio; et quis cordatior suam non iam dudum fecit? Similia saepe in Hagenbuchii et Schoepflini praesertim epistolis invenimus. Tu confer Celsi *Medicinae Lib.* VIII. C. 4. p. 439. *ed Targae. Veronae.* 1810. Orellius.

Ἐξηρέτμοις πτέρυξιν ἠγλαϊσμένος

sex remorum alis laetus vel *ornatus;* nosti Homericum *Odyss. B.* de alitibus ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι. Iudicio tuo omnia submitto. Ingeniose legi meretricae impositam etiam multam subiicis, sed ἅπαξ numeralibus dictionibus quomodo accensebimus, et cum denariis sociabimus?

Ad 5um.] Maximi Neophylacis inscriptionem vulgavi in *Ver. Illustr.* P. 1., sed ad pag. 339. inconsiderate dixi *soldato ch' era stato prima custode d' un tempio.* Nimiam in hoc mihi fidem habuit Cl. Muratorius 823, 7. et errorem meum, ubi aliud agebam, commissum iteravit: nam si Maximus *veteranus* erat, aetatem profecto in militia triverat, et non in sacris aedibus custodiendis. De voce militari quoque, et maritimo sensu adhibita auctoritas pulcherrima mihi praesto est. Vlpianus *D. Lib.* 4. *Tit.* 9. §. 1. *sunt quidam in navibus, qui custodiae causa navibus praeponuntur, ut* ναοφύλακες *et diaetarii.* Muratorianam 831, 6. N... YLAX optime supples *Naoph*YLAX, sequitur enim IIII. hoc est Quadriremi *Fortuna.* Eam vocem in margine adieceram, ubi primum legi *).

III.

Viro illustrissimo Marchioni

SCIPIONI MAFFEIO

I. GASP. HAGENBVCHIVS

S. P. D.

Thesauri regii Parisiis custodem plurium disciplinarum apprime gnarum, Cl. Hardionium, utrum doctrina an comitate magis laudandum diceres, nesciebas ad Apostolum Zenum scribens p. 101. *med.* Ita lectis ego literis tuis, auro omni mihi contra caris, utram rem magis collaudem, nescio: tuamne eruditissime respondentis celeritatem; an magnifice me donantis liberalitatem? Vtramque depraedico. Illam non modo insigni tua me complectendi comitate, sed etiam admirabili doctrinae tuae copia coniunctam amavi quam maxime. Hanc nisi exosculer, hominum homo ingratissimus vivam. Habeo vero et ago tibi gratias, quas mereris, id est summas. Ingentes enim universus orbis literatus tibi debet, qui a TVIS tandem te adduci es passus, ut animum serio adpelleres ad edendum insignem monumentorum antiquorum Thesaurum: cui, si prodibit, atque adeo, quum prodibit, (nam proxime proditurum esse spem nobis facis certissimam) accipiendo primus apud nos nomen darem meum, nisi largitas tua munifica in sociorum

---

*) Si vere haec scripta sunt de Mur. 831, 6. atque adeo quum vere scripta sint — cur enim rem doctissimo Maffeio facillimam non credam? — qui factum postea est, ut in Addendis demum ad *Mus. Ver.* p. 485. a. monitore opus fuerit, qui Maffeio ostenderet, quae contra eum de *ascia* disputavit Muratorius in Tom. I. *Inscr.* Sue? Hoc monitore quid fingit Maffeius sibi opus fuisse, qui iam antea p. 166. a. ex Mazochio citavit Muratorium *Nov. Thes.* p. 538.? — HAGENBVCH.

seu subscribentium numero me habere nollet. Ill. Blaurero a Wartensee in sermone familiari invitamentum tuum benevolentissime ad me missum quum legendum darem, nullum precibus meis locum relinquens ipse sine mora, ut est literarum optimarum non modo amantissimus, sed et callentissimus, hunc Maffeii librum Bibliothecae civium Turicensium, cui tanta cum laude praeest, me comparare iussit. Clarissimus quoque apud Argentoratenses Professor, Io. Dan. Schoepflinus, a me per literas monitus dando nomine suo praeclarissimi operis editionem se promoturum rescripsit. Duo ergo aureos Venetos Augustino Carattonio Veronae solvi curabit Pestaluzius noster, alterum Blaureri, alterum Schoepflini nomine. Qui reliquarum Helvetiae civitatum bibliothecis publicis praefecti sunt, Maffeiano eas opere ornari velle, despero: ita literae amicorum, quos in locis istis habeo, silent. De bibliothecis in Helvetia privatis ecquid sperem? Quis comparabit? „*Vel duo vel nemo. Turpe et miserabile* .... Gaudeant Labeonibus suis coëmptionalibus. Sordent plurimis apud nos literae omnes, non humaniores tantum, quia nullas didicerunt. Si qui sunt, qui oppido pauci sunt, qui *les belles lettres*, Inscriptiones antiquas cet. ament, eas fatentur *εἶδος μὲν ἀρίστας*, at *ἀναίδνους* esse usque clamitant.

Τὸν πάνυ ***Bouhierium*** nondum eluxi, et vix elugebo unquam, illuc profectum *unde negant redire quemquam*. Accepta tamen abs te epistola mihi cum rediisse, eum mihi revixisse quodammodo existimare coepi, meumque ita maerorem, quem nullo consolabilem modo putabam, ipse mihi levo. Quum enim illum annos habentem LXXIII. amisissem, MAFFEII iam favore et patrocinio uti incipio, totidem annos nati, ut scribis; id quod me vehementissime movet, ut pro Tua incolumitate DEO O. M. supplex vota faciam.

(Reliqua huius epistolae pagg. 36. forma quarta minutis literis scripta, publici iuris facere non queo; neque enim id patiuntur redemptoris rationes.)

IV.

Perillustri et eruditissimo

GASPARI HAGENBVCHIO

S. P. D.

SCIPIO MAFFEIVS.

Grandemente desidero di sapere, se VS. Illustrissima abbia mai ricevuta la mia, che io le scrissi in risposta della gentilissima e dottissima sua, e in ringraziamento del prezioso dono del suo bel libro. La spedii per terza mano, nel qual modo spesso le lettere si perdono. Faccio prova della fedeltà delle poste con spedir questa direttamente. Ho saputo dallo stampatore, ch' ella ha mandato tre zecchini per tre nomi di associati all' edizione del mio Museo. Ella sappia però, ch' io non voglio computar lei fra questi, perchè a lei voglio, che il libro sia presentato in dono. Terminata però la

stampa, gliene saranno spedite quattro copie, la prima delle quali sarà da me regalata a lei, le altre tre saranno per la contribuzione ricevuta. Non le ho spedito la mia *Verona illustrata*, come le scrissi di voler fare, perchè due eruditi giovani Sassoni, che passarono di qua, e ch' erano stati a visitarla in Zurigo, mi dissero ch' ella già l' ha. Ho veduto in questi giorni il terzo tomo Etrusco del Gori, e mi son consolato per non averci trovate dentro quelle bizzarrie, che sono ne' due primi, anzi osservandolo molto più cauto, e con molte buone cose; veggo però che la critica da altri fattagli gli ha giovato, e l' ho caro, perch' io altro non cerco, che di ripurgare quanto sia possibile lo studio dell' antichità, e d' evitare che altri nol metta in ridicolo, come pur troppo altri prendea motivo di fare dalle visioni e stravaganze pubblicate in quest' ultim' anni sopra la lingua Etrusca. Tutte le ingiurie, che il Gori ha stampate contra di me, non potranno fare ch' io non l' onori, e non lo aiuti, quanto sarà possibile, perchè corregga le inaudite chimere, ch' egli prima ha date fuori. Nell' opera, che ora si stampa, lo nomino con lode. Io scrivo in Italiano, perchè son certo, che all' infinita sua erudizione non mancherà la perfetta cognizione di questa lingua. Così scrivo anche in Inghilterra, e in ogn' altra parte, avendo per certo motivo fortissimo preso quest' uso da alquanti anni in qua. Mi conservi il suo affetto, e mi partecipi in che al presente si occupi, essendo certo, che qualche altra bell' opera vorrà dar fuori. Con tutta distinzione mi professo di VS. Illustrissima.

Se la mia lettera le è capitata, la prego dirmi, se le mie risposte a' suoi quesiti le aggradino, e degli errori, che trovasse in esse la prego avvertirmi, non potendomi esser fatto maggior piacere.

Verona 6. Marzo 1748.

div. umillo vo.
Scipe. Maffei.

V.

Verona 2. 8bre 1748.

Carissimo Amico!

Non senza rossore vi scrivo, perchè ho vergogna di non aver risposto ancora alla vostra eruditissima lettera. Ma la lettera è un libro, e non ci si può adeguatamente rispondere se non con altro libro; quale ora m' è impossibile di comporre, perchè la mia stampa, che si fa in casa mia, m' occupa continuamente; ed ho più altri impacci, che appena mi lasciano tempo re pur per essa: e la salute, e gli occhi non mi permettono d'applicare a lungo. Non vi ho prima d' ora detto tanto, perchè volea pur rispondere almeno ai principali capi, e più volte ho incominciato, ma non ho mai potuto proseguire. Vi dico in compendio, che stimo grandemente la vostra erudizione, e penetrazione. Non convengo in tutto, ma posso ingannarmi. Il vostro maggior libro è da me lodato continuamente, perchè contiene molte ingegnose, e dotte osservazioni. Più cose ha, nelle quali non mi accordo, ma, come ho detto, può avvenire per diffetto mio. Mi sovviene, dove chiamate

lo stile di Fabretti orrido, e incolto, e barbaro, e solecizante: il che veramente non posso approvare. Qualche fraserella, che vien dal costume di scriver correntemente per le Congregazioni di Roma, o qualche solecismo ancora; ma in questo cadiamo qualche volta tutti, che scriviamo Latino; e non da questo si dee far giudizio, ma dal corpo, e dall' uso più frequente. Il suo Latino per lo più è sano, e grazioso, e spedito. Nella Latinità gli Italiani dissentono assai dall' altre nazioni. Quelli di essi, che scrivon male, scrivono peggio di tutti; ma quelli, che scrivon bene, hanno qualche cosa di più degli altri. Accusate in Fabretti *remasticata*, ma siccome da *mando* si fa *remando*, così da *mastico* pare potersi fare *remastico*. *Remansus* fa equivoco col participio di *remaneo*. Accusate *octuagenarium*, ma si ha *octuagies*. Nè dico per questo, siano da imitarsi queste tal cose. Voi dite qualche volta con più altri Oltramontani *ad te dare sustinui*, che alle nostre orecchie sommamente spiace. Dite *occisissimam*, che da noi non si passerebbe. Ma quello che nel vostro libro sembra più strano, è il continuo incenso, e le somme esaltazioni di quel vostro amico. (*Gori.*) Qui si dice, ch' egli vi abbia affatturato, e che non da altro, che da arte magica, possa esser provenuto l'ammirar così eccessivamente un' uomo che non ha mai saputo far altro, se non copiare, in che è stato diligente, ed io ne l' ho lodato, ma di suo non ha mai fatta un' emendazione, una spiegazione, — e che ha dette pazzie così straordinarie, che non sarebbero credibili, se non si vedessero. È noto in Firenze, che figurini di metallo fatti a posta per burlarlo, gli ha giudicati più antichi di Roma. Di Greco non ne sa quasi niente, essendosi sempre valso delle traduzioni degli altri. Stampando le sue congerie, è diventato molto ricco di poverissimo che era; questo dovrebbe bastargli. Tutto ciò che nella vostr' opera voi dite contra di me, vien creduto l'abbiate fatto per piacere a lui. Io ho (si crede) scoperto molte e molte cose, e tutto ciò non ha meritato osservazione alcuna. Voglio ancora dirvi, che tutti i luoghi, dove mi accusate di aver mal lette le iscrizioni di Vienna, vi converrà rifargli, perchè ho fatto ora, che Marinoni, Furlosia, ed altri le osservino, e si trovò, che dicono chiaramente, com' io le ho stampate. Così il *Silumio*, così. (*sic.*) Veramente errore è dove per SENTI APER si ha nel mio libretto SENTIA. Come ciò sia venuto, non saprei dire, poichè nella mia prima copia sta APER, ma questo basta per confondermi. Scusatemi se scrivo in Italiano: la mia nuova opera è però in Latino. S' io non fossi così vecchio, verrei a trovarvi, giacchè voi non potete venire a trovar me. Voi siete l' unico, col quale volentieri conferirci, quant' io scrivo in questa materia. Voi siete in età florida, ed io in quella, che vacilla nella memoria, tanto necessaria. Vi prego volermi bene, e scrivermi. Sono di tutto cuore

il divotiss. v. Servo
Scip. Maffei.

Non so, se abbiate le mie Osservazioni letterarie, tometti sei. Se non le avete, procurerò di mandarvele subito. Mi sarebbe caro leggeste il capo primo del tomo sesto.

VI. (Lege primum VIII.)

Verona 11.° del 1750.

Carissimo Amico!

Rispondo subito alla gentilissima vostra. Mi spiace sommamente, che non vi sia stata spedita la copia del mio *Museum*, ch' io sono in debito di presentarvi. di quest' errore gran doglianza ho fatto co' direttori della stamperia. Dimani si consegnerà il libro allo speditore, acciocchè per via del Sig. Pestalozza di Bergamo vi sia trasmesso; ma queste condotte sono così lente, che vi arriverà, quando Dio vorrà. Ci unirò anche qualch' altra mia operetta, ma se potrò unirvi li sei tomi delle Osservazioni letterarie non so, perchè mesi sono mi fu detto che d' alcuni tomi non ce n' era più veruno. Desidero per altro grandemente, che vediate in essi quanto ho scritto in materia d'Etrusco, per redimer l'Italia dalle incredibili pazzie, che in tal materia si son divulgate; exempli gratia, che le anticaglie Etrusche, quali son tutte dopo il dominio de' Romani in Toscana, siano più antiche di Roma, e di Troia.

Mi son carissime le vostre critiche osservazioni sopra le mie opere, supponendo però, che non vogliate pubblicarle con la stampa, perchè in tal caso non sarebbero più amorevoli, e confidenti suggerimenti. Rispondo pertanto alle più importanti.

Il mio mezzo Dittico (*Mus. Ver.* p. 110.) non è mai stato stampato, nè veduto da letterato alcuno. Con verità ho dunque potuto dire, che *viderat nemo*. Che il mio Console sia l' istesso del figurato ne' Dittici del Viltemio può essere, e non essere. Il libro del Viltemio io nè l'ho, nè l' ho avuto mai; quando lo citai trent' anni fa, l' avrò veduto in qualche libreria, e troppo sarebbe, che avessi dovuto ricordarmi dell' ornamento suo del capo. Non dico nel mio libro, che in nessun altro ciò si vegga, ma *in alio nullo conspicere memini:* il che era verissimo. Veggo dalle mie citazioni, che gli spettacoli rappresentati in quei del Viltemio sono molto differenti dai miei, onde non basta una simil beretta per asserire, che il Console è quell' istesso.

Che si trovi scrutinando qualche solecismo nel mio Latino non mi dispiace tanto, quanto se potesse dirsi, che la mia Latinità in corpo non sia pura, e buona. Qualche solecismo si trova da opporre a chiunque ha scritto Latino, ma pochi solecismi sono, de' quali non si possa addur difesa. Ho detto *intermediant* (*Mus. Ver.* 486.), ma c' è il verbo *mediare*, e c' è *intermedius;* e tanto basta per chi scrive d' una materia, e non fa un componimento rettorico. Pare che abbia detto *emanata*, ma nella mia cattiva copia sta *emissa*. Per altro Plinio ha detto *saniem emanantibus*, usandolo attivamente. Ove ci ha *perventum*, dite bene, che va *pervenisse*. Mi sarà caro, che consideriate tutto il mio Latino, e mi avvisiate, ovunque si trova difficoltà, perch' io non ho tempo, e mi conviene far tutto in fretta.

Col Muratori contrastai già, perchè non avendo lui curato di veder le iscrizioni originali, asseriva esser l' istesso il prenderle da schede. In conferma ostinata di ciò ha stampato (come voi dite) *nullum se discrimen statuisse inter epigrammata adhuc in lapidibus exsistentia*, et *quae in suis li-*

bris veteres, quae in schedis recentiores nobis servaverint. Recitate queste sue - parole voi soggiungete; *consilium hoc tantum abest, ut damnem, laudo potius.* Non dovevo dunque credere, che voi approvaste tal suo parere? Dove ho io detto che voi crediate *nihil discriminis statuendum inter* cet. *et quae ex aliorum schedis flagitiose saepe corruptis* cet.? Non ho mai pensato tal cosa. La mia disputa col Muratori era, se sia inutile il cercar di vedere le stesse pietre, o se sia l' istesso valersi delle raccolte MSS. o di copie. Vedo ora, che voi avevate altro in mente, scrivendo quelle parole, ma non potevo pensarlo, e non so come a ciò si riferisca Eunapio e Proeresio, de' quali ivi Muratori non parla p. 115 2. Quanto al dar io iscrizioni prese da Mss. non potrei farlo, perchè non le ho mai ricopiate; non le darei, perchè non ci ho fede.

Dove dico p. 159. *tam magnus numerus nondum apparuerat*, è sproposito, e ben si corregge da voi.

Non ho tempo di ragionar a lungo con voi, come desidero. Della dotta vostra opera sopra il Dittico di Brescia già vi scrissi le dovute lodi. Conservatemi la vostra grazia. Mi convien' ora pensar a tutt' altro che iscrizioni, ma riceverò sempre con gran piacere le vostre osservazioni.

Vostro div. obbl. serv.

SCIPE. MAFFEI.

VII.

Ad illa *Col Muratori contrastai già* sic respondet Hagenbuchius:

Praefationis Tuae paginas VIII. fin. et VIIII. init. qui legit, de verborum Muratorianorum laudatore (Hagenbuchio) mitius Te, quam de Muratorio ipso sensisse, non putabit. Quam vellem, Tua illa *ab alio etiam nuper Epist. Epigr. p. 84. laudata* ex praefatione hac exulassent; qui certe pannus purpurae Tuae intexi non debebat. Meam enim Muratorii verborum laudationem in alienissimum Te sensum rapuisse, quia ex superioribus meis literis meis nondum pervidisti, planius etiam docebo. *Vedo*, inquis, *ora che voi — parla* p. 115, 2. Potuisses, immo debuisses rem hanc omnem tam animo cernere, quam quae oculis cernuntur. De quanam inscriptione Muratorius p. 115, 2. loquitur? An de videnda adhuc in tripode vetusto? An de conservata in schedis recentioribus? Neutrum dices: sed de ea, quam Herodotus L. 5. C. 59. memoriae posteris prodidit. Hac occasione merito usus Muratorius consilium suum, inscriptiones, quas in libris suis veteres nobis servassent Thesauro suo inserendi, his verbis exponit: *Vetustissimas omnium puto Inscriptiones in sacris donariis positas, hasque nummis antiquitate praestare. Istarum specimen ex antiquis scriptoribus huc inferre decrevi. Nullum enim discrimen statuo inter epigrammata adhuc in lapidibus vetustis exsistentia, et quae in suis libris veteres, aut in schedis recentiores nobis servavere.* De hoc consilio suo Muratorius non modo in praefatione siluit, sed per totum Thesaurum suum usquam alibi eum quidquam non memini monere. Scriptor Epistolarum epigraphicarum hoc Muratorii consilium p. 84. laudaturus, de quanam agit inscriptione? Neque de

invenienda adhuc in lapide antiquo, neque de hausta ex schedis recentiorum: sed de Proaeresii, quam Eunapius in eius vita nobis servavit. Si Muratorius consilium suum ad 115, 2. expositum esset secutus, Proaeresii inscriptionem ex Eunapii libro in Thesaurum suum intulisset: quia non intulit, titulum Proaeresii eius effugisse diligentiam notavi; ipsum autem Muratorii consilium tantum abfuit, ut damnarim: laudavi potius, et etiam nunc laudo. Ita iam mente cernis, oculis vides, manibus tenes, optime MAFFEI, quid Eunapius et Proaeresius faciant ad notam Muratorii 115, 2. cet.

VIII.

Viro inlustrissimo Marchioni

SCIPIONI MAFFEIO

I. GASPAR. HAGENBVCHIVS.

S. P. D.

MVSEVM VERONENSE, et quae a TE, Antiquariorum aetatis nostrae PRINCIPE, Inscriptionum in primis antiquarum Promo Condo de Republica Literaria benemerentissimo, consilio usquequaque prudenti adiecta sunt, sub finem anni nuper elapsi finem quoque suum accepisse, TIBI gratulor, mihi gaudeo. Opus hoc insignem summae diligentiae et eruditionis TVAE haud vulgaris thesaurum omnibus recludens immortale non minus fore, ac reliqua omnia ingenii TVI acerrimi monimenta, pridem sum auguratus. Cetera quoque, quae unus omnium praestantissime publico bono meditaris et paras ex animi non TVI magis quam nostri voto TE mature perficere et absolvere, ita mihi omnia quae opto contingant, ut vehementer velim. Quare DEVM TER O. M. supplex veneror, ut novis novo hoc anno viribus succinctus assuetam vicem fortissime praestes. Sit TIBI *ἀετοῦ γῆρας* proverbio celebratum; TIBI, inquam, *ἐν νεφέλῃσιν ἀετῷ*. Vnde quod ad Ios. Iustum Scaligerum, Veronensi patre nobilitatum, Iustus Lipsius, id ego iustissime ad TE, inlustre Veronae TVAE decus. Aquila in nubibus, quod Graeci dicunt, vere TV es: vides, immo pervides omnia; et quicquid venaris, capis.

Pro tribus MVSEI TVI exemplaribus qui adhuc debentur aurei nummi tres Veneti, eos nobilissimi Pestaluzii per Bergomates suos Carattonio, Seminarii Veronensium episcopalis typographo, solvent. Duo exemplaria, ut decebat, sine mora Argentoratum et Noviomagum Geldrorum misi: tertium publicae Turicensium bibliothecae inferendum a me esse, non ignoras. Cur vero in Sociorum seu subscribentium numero nomen me meum profiteri non passus quartum exemplar nullum misisti? Fac, oro, statim mittas, quod mihi servem, qui eximio hoc volumine TVO carere nec volo nec possum: eique adde, quaeso, sex Observationum TVARVM literariarum Tomos. Mihi enim ex bibliotheca Pestaluziana sextum tomum, cuius caput primum me legere iusseras, utendum roganti praestantissimus amicus, Bergomo ad nos

reversus, quattuor modo priores, quod neuter putabamus, Turici se habere respondit. Quod significabis pretium, continuo per eosdem Pestaluzios laetus lubens gratus solvam.

Pag. CX. honorificam FEICHII, meique fecisti mentionem, de diptycho agens consulari, quod ad hanc diem viderit nemo, nec fando quidem audiverit: in quo consulare capitis ornamentum conspiciatur adeo singulare, ut eius simile nusquam alibi prodierit: cuius autem consulis sit, priore diptychi parte deperdita ignorari. Falleris, mi SCIPIO eruditissimo, memoria falleris; nam Anastasii a. Chr. 517. consulis esse, certissimum mihi est ex duobus eiusdem Anastasii diptychis integris, in quibus consul iste eodem capitis ornamento conspiciendus datus est ab Wilthemio: id quod TE fugisse miror, Wilthemii libro pridem instructum, cuius paginam 22. in opere TVO perfectissimo de Amphitheatro, seu *Veronae Illustratae* tomo IV. pag. 50. et 105. ad partes vocaveras. Quum de Diptycho Boëthii consulis Brixiano commentarium scriberem, th. XIV. pag. XX. repetere debui Wilthemiano me libro carere: quo haud multo post editum volumen QVIRINIANVM, quin ob id ipsum editum, ab amicissimo SCHOEPFLINO sum donatus.

Ad Eminentissimum QVIRINVM pag. CCXLII. non modo tria diversi generis certamina in tabulis diptychorum Areobindi tribus, Gesneriana et Hottingeriana, seu duabus Turicensibus; et tertia seu Divionensi, spectari scripsi, sed ibidem addidi: „Quod si Diptychi Divionensis tabulam dextram fors fortuna offerret, ut Hottingerianam obtulit, quartum quoddam certaminis genus videremus." Si iam tunc Wilthemii liber ad manus fuisset, superaddidissem etiam: In diptychis Anastasii duobus, seu tabulis eorum quattuor adhuc proditis, duabus Leodiensibus et duabus Bituricensibus, quattuor diversorum ludorum genera conspici. Quibus quintum tandem accessit in tabula altera diptychi Anastasiani tertii, cuius tabulam priorem seu dexteram si fors fortuna Inl. MAFFEIO offerret, ut diptychi Areobindiani tabulam Hottingerianam mihi obtulit, sextum quoddam ludorum genus videremus.

De libro meo QVIRINIANO, quem cum epistolio ad TE Kalendis Martiis MDCCXLIX. missum, licet ex eo tempore nihil prorsus literarum ad me dederis, recte TE spero accepisse, quid TIBI, Italorum doctissime, videatur, in primis quae obelo notaveris, nimis cupio scire. Eadem, quaeso, opera, quo loco quum meam in epistolio quo dixi brevissime expositam, tum REIMARI in Em. QVIRINI ad LAGOMARSINVM epistola mihi lectam loci DIONIS vexatissimi emendationem, habeas, me edoce.

Per mihi, per, inquam, mihi acerba acciderunt, quae *Mus. Veron.* pag. CCXXXIX. col. a. fin. col. b. init. stomachosius scripta, et, ut ab amantibus iratis solet, in maius aucta edidisti.

Ovid. *ex Ponto* 2: 2: 23.

Sed licet arma feras, et vulnera saeva mineris;
Non tamen efficies, non ut amere mihi.

Neque possum TEcum conqueri de ista verborum TVORVM contumelia, postquam literis, credo, meis pridie Non. Ian. 1749. ad TE missis ad eam animi aequitatem es delapsus, ut pag. CCCCLXXXVI. in Emendandis haec poneres: „P. 239. c. 1. in fine *inducitis Deorum:* Quum viri docti iudica-

verint legendum SILVANO (v. Mur. 102, 7.) eruditus quidam ad Equitem cet. literas dedit, obtestans, *Caetera quae heic intermediant dele;*" quibus primum visis statim ad ea confugi, quae apud Poëtam sequuntur:

Puppis Achaemeniden Graium Troiana recepit:
Profuit et Myso Pelias hasta duci.

Missa, quae mihi facta fuit iniuria PATERNA, quam ita vocans, quo mihi loco sis, quo mihi loco colaris, candide et vere scribo, ab Emendandorum TVORVM loco, quamvis tanta humanitate scripto, ut de SILVMIO tacendi necessitatem mihi imponat, nondum tamen abeo; quia detinent me haec verba extrema, *quae heic intermediant*, paullo ante, eiusdem puta columnae initio, quoque a TE posita, *quae intermediant.* Hanc stili barbariem facillime evitasses ponendo utrobique, *quae intermedia sunt;* seu brevius participialiter, *intermedia*, sc. ὄντα. Meam sordium Fabretti *remansarum* reprehensionem contra TE tueri debui. Nunc ex TE quaero, an non soloeca aeque sint, quae TIBI stilo cetera gravi et ornato utenti, exciderunt verius, quam puto probantur. Inscriptio a Gudio *emanata*, *de Sigl. Gr.* pag. 69. pro *quae emanavit*. *Perventum* (esse) pro *pervenisse*, initio ep. XV, *Ant. Gall. sel.* pag. 69.

Ad te dare sustinui TE mihi obiecisse memini. Nunc invenio, me ad Bouhierium *pag.* 13. *lin.* 6. scripsisse *ad te*, *Vir gravissime*, *dare sustinui*, qui ordo verborum meorum nonne ab numero poëtico satis abit? Choriambo autem periodum claudere, quis unquam reformidavit? Sed haec levia sunt. Pergo ad aliud.

Obstupui, fateor, quum praefationis TVAE verba paginae octavae extrema legerem, ac si pag. 84. non, ut in margine omissa parenthesis nota citas p. 84. Muratorii consilium, inscriptiones in veterum auctorum libris relatas in suum Thesaurum importandi, non damnans, quin laudans, id mihi voluissem, nihil me discriminis statuere inter inscriptiones, quas ex marmoribus ipsis rei epigraphicae peritissimi viri recensuerint; et quas docti ex aliorum tantum schedis, flagitiose saepe corruptis, prodiderint. Quod perabsurdum me neque protulisse usquam, neque somniasse unquam, certo scio. Titulum Proaeresii apud Eunapium inveniendum a Muratorio notavi neglectum esse: quem si in Eunapio legi scivisset, haud dubie dedisset, ne ab instituti sui ratione deflecteret. Hanc enim in colligendo Thesauro suo sibi legem fixit, edendi nullo habito discrimine: I. Epigrammata adhuc in vetustis lapidibus exsistentia (unde unde accepta, sive ab αὐτόπταις, sive ex schedis, sive ex recentiorum libris.) II. Epigrammata, quae dudum perierunt, at in suis libris veteres nobis servarunt: cuiusmodi est Proaeresii titulus ab Eunapio nobis servatus. III. Epigrammata, quae non amplius exstant, at in schedis recentiores nobis servarunt. Hoc Muratorii consilium tantum abfuit ut damnarem: laudavi potius, v. et τεσσ. p. 487. lin. 10. et etiamnunc laudo. Habes, quo sensu Muratorii ego laudator p. 84. eius mihi verba sim interpretatus, proxime, credo ad mentem ipsius Muratorii: sensu quidem certe longe alio, quam quem TIBI de me fingebas. Quam bene, quamve male magnus magni libri pater mediam consilii sui partem, de qua pag. 84. me egisse omnibus palam est, sit secutus et exsecutus, ne nunc quidem nar-

randi tempus est. Dico vero audacter, qui aureos, argenteos, aereos, maximos, medioximos, minimos in eadem arca nummos recondi non improbat, sed probat, nemini eum prudenti ita desipere videri, quasi adulterinos inter et veros nummos nihil statuat discriminis, graves curtis non anteferat, quadrantem denario aequet.

Vtinam TE exorem, Vir Inlustris, qui MSS. Inscriptionum collectiones plurimas percurristi, ut praefationis TVAE pag. X. lego, immo qui ex maioribus, quas non videris, paucas reperire me iudice non iactas, sed verissime scribis pag. CCLI., ut ineditas ex iis inscriptiones nobis producas, quae quum exscriberentur, in schedasque primum referrentur, adhuc exstiterunt, nunc autem occiderunt: quarum in tot lapidum literatorum mortis generibus quantus sit numerus, facile est existimare. Conf. Saxii *peric.* p. 4. fin.

Quae in MVSEO TVO, quod adhuc cursim tantum transire licuit, Epistolis Epigraphicis reposuisti, singillatim me persequi si iusseris, ita morem TIBI geram, ut singulari epistola enucleate sim dicturus, quae utroque pollice probem, et de quibus, in primis ubi brevitatis studiosior rem omnem satis explicate dixisse non videris, a TE dissentiendi causae supersint. Huic autem epistolae malo alia nunc quaedam adtexere, nullo, mihi crede, carpendi studio, sed quia mira ab Antiquariorum Principe, qui TV mihi es, discendi cupiditate flagro.

Pag. 125, 3.

Cum saxi huius EX NAOFYLACE, ut ex meis ad TE literis recordor, collatus a me pridem est, qui in Mur. 831, 6. *Neoph*YLAX, seu *Naoph*YLAX IIII. FORTVNA legitur, et variante nonnihil scriptura etiam *Neof*YLAX, seu *Naof*YLAX, seu tandem quoque *Nauf*YLAX expleri posset. Totum hoc omisissem, nisi tertium Νεωφύλακα, seu Ναοφύλακα, seu Ναυφύλακα, qui custodiae causa ναυσὶ, *navibus*, praepositus esset, mihi invenisse visus essem in

Pag. 349, 3.

NAVF. III. AVG. „scribendum, inquis, fortasse erat NAVI. *Navicularius Triremi Augusto.*" De NAVF. tacent indices TVI, contenti pag. 497. col. 3. dare:

III. Augusto 419, 3.

numeris fallentibus, in veros 349, 3. reformandis. Pro NAVF. Gorius, qui primus edidit, NAVE habet vocemque NAVE expressam addere lapidi pretium observat. v. Τεσσαρακοστ. p. 611. lin. 11. Si in lapide esset NAVI, pro integro ablativo, aeque ac NAVE, acciperetur commodissime, quo modo Nepos πληθυντικῶς semel *naves triremes* 2, 2, 8. et ἑνικῶς bis *navem triremem* 10: 4: 1. et 10: 9: 2. plene extulit. Adde Sanctium mihi Diatr. p. 31. citatum.

Si a TE datum NAVF. in lapide ipso legatur, quod *sic* a TE in margine exteriore adpositum suadet, NAVF. siglam interpretor, antea nondum visam, vocis integrae, in aliis duobus lapidibus, ut vidimus, iam inventae, NAVF*ylax* III. AVG. ut *Nauf*YLAX IIII. FORTVNA. Si per V, non per O, in 125, 3. incisum fuisset EX NAVFYLACE, de *Templi Custode* nunquam in mentem

TIBI venisset, neque Muratorius 823, 7. quasi a se excogitatum protulisset, unde et ind. Mur. 3. Neophylax, seu Templi custos. 823, 7.

Cl. GORIVM, qui in Musei sui lapidibus hunc postremum edidit *Etr.* T. III. p. 63. n. 97., suspicor insolentia siglae NAVF. deceptum, notissimum vocabulum NAVE ex lapide hoc suo male exscripsisse. TVAE coniecturae NAVI*cularius* obstare et hoc videtur, citius pro E aut F detritis I exscribi, quam E aut F pro I. sic

Pag. 283, 6.

LAELIA PHOEBI fortasse LAELIA PHOEBE legi debet, ne Asinii Theii uxori cognomen desit, et ne τὸ PHOEBI difficilem habeat interpretationem. I male exscriptum pro E, etiam pro T, in

Pag. 273, 1.

Nam versu penultimo IX SCIX sic legi et interpungi EX *Senatus Consulto* EX, omnia autem quae dedisti sic integrari debent:

. . . .
. . . . NIVS. STOLO
cura TORES. LOCORVM. PVBLICOR
iudi CANDORVM. EX. SC. EX. PRIVATO
*in. publi*CVM. RESTITVERVNT

conf. Musei TVI 306, 7. et Goesii *Antiquitat. Agrar.* p. 108. Primum TE putas protulisse, ab aliis saepius editum. Habet enim Gruterus 200, 5. in Gruteroque legi nescius Fabrettus ipse imprudens bis dedit, primo p. 656. n. 482. ex *Barberinis*, deinde p. 675. n. 18. ex *Vaticanis* schedis, ab invicem varie abeuntibus. Muratorius ter iam editam ignorans, ex Comite *Malvasia* dat. 472, 2. Adhuc *Malvasiae* librorum nihil habeo, quantum autem ex P. Burmanno ad Sueton. *Iul.* cap. 9. p. 25. b. mihi constat, Malvasia in Grutero scripsit non legi, quod Muratorium ad investigandum tanto negligentiorem fecit. Sed ne informi fragmento TVO, ut de alio a TE pag. 239, 5. humane notatus sum, multum adlaborem, redeo ad paginam TVAM CXXV., si tribus quod aiunt verbis dixero

Pag. CXI. col. b. loc. 3.

F detritum ex E a TE datum esse in cognomine CN. DOM*itii* ADIFC. pro ADIEC*ti*, ut est per E in Fabr. p. 512. n. 165., ubi et Mur. cito. Nonne vehementer displicere debet in TVO ind. nom. p. DV. col. b. datus Cn. Domadius?

Pag. 125, 4.

In adnotatione TVA de Mur. 613, 4. scribis, Vbi Gruterus 333, 9. *Pugnarum V* habeat, Thesaurum Muratorii habere *Pucharum*. Aut *V* post *Pugnarum* omittere, aut post *Pucharum* addere *Vxor* vel *Vivens* debuisses.

Pergis, addi in Muratorio: *Pucharum nomen feminae, ut Glycerium, Melanium;* quae verba non a Cl. editore, sed a typographo prolata putas. Hanc erga Muratorium clementiam TVAM, qua erroris erubescendi eum absolvere niteris, culpam in innocentem transferens typographum, nequeo probare. Probo quam maxime TVVM de MVRATORIANO THESAVRO iudicium maxime sincerum in fine *praef.* pag. X. et XI. a TE latum. Num ergo et *Pucharum* indici nominum Muratoriano inlatum typographi incuria dedit? Vt mollissime dicam, quicunque notam Muratorii integram semel

perlegit, TEcum facere recusabit. Vide quae contra Muratorium in epistola ad Iul. BLAVRERVM pag. 9. 10. disputavi, quum ante omnia totam Muratorii adnotationem cum pulvisculo, fidem reprehensionibus meis facturus, adtulissem.

Erga Muratorium nimis lenis, asperum hoc dedisti, Retiarii inscriptionem Grutero-Muratorianam legitimam non esse. Quid ita? *E schedis*, inquis, *orta*, *quam nemo vidit unquam*. E schedarum auctoribus neminem unquam ullum *αὐτόπτου* typum vidisse, unde nobis fides fit? Eodem iure, seu iniuria potius, sexcentenos lapides, ne minimum quidem *νοθείας κριτήριον* de se prodentes, multo minus in se habentes, ex *γνησίων* numero expungemus.

Pag. 147, 2.

MVRATORIO 1251, 8. ex TE danti et heic parcis. Repeto vere a TE ad 147, 1. dicta: *Novus Thesaurus referre verba satis habuit*, *sed ea ipsa nequaquam feliciter.* Quid enim? CARISSIME versus ultimi pro PIISSIME ut condonetur, versus tertii connexionem *τῶν* E et L ante lacunam adeo non pervidit, ut MARC. ET. . . . . . nobis finxerit, pro MARCEL. . . . i. e. MARCEL*lini*, ut lacunam in *Ver. Illustr.* Insc. n. 6. vacuam, heic in *Museo* perite explevisti.

M. Concenetus 147, 2.

in indice TVO pag. 505. col. a. relatus est: praestitisset, puto,

M. Concenetius Marcellinus 147, 2.

Cur enim hominis cognomen nobis subtraxeris non excogito. Cognomen *Marcellinus* si adposuisses, forte et *Concenetius* dedisses, ne sine caussa nomen gentilitium non in IVS terminaretur. I enim finale genitivi pro II de more accipitur, ut v. 5. PATRIMONI incisum pro PATRIMONII.

Ad eundem lapidem offendit Muratorius, qui saxi TVI in indicibus suis bis tantum meminit:

M. Concenetus 1251, 8.

praeterea, quod qui ei obrepserit nescimus:

M. Cocenetus 1251, 8.

De v. 4. M. CONG. IVSTINVS ex Muratorio nihil intelligimus. TIBI, ut ex lectione TVA explicata video, placuit *M. Congius Iustinus*, quod nonnihil miror. In permutatione enim literularum C et G tot exemplis, quot alia nulla, testatissima CONG*enetius* pulchre procedere videtur, iuvatque nonnihil, in monumento parvulo memoria CONGENNICIAE apud Mur. 1778, 12.

Per mihi placuit, quod eruditissime notas, non iam ad 85, 4. sed demum ad 88, 2. Varum Macrini patrem minime iudicans, sed patrem dictum, quod eius filius tribus eiusdem nominibus uteretur. Ita interdum IVNIOR dicitur ab alio eorundem nominum *seniore*, quamvis in eadem inscriptione non memorato, distinguendus v. Fabr. p. 368. n. XXIV. Quum *Varus pater* ita explicatu dignus TIBI sit visus, ne temere pater et filius diversarum gentium fuisse crederentur: patrem Marcellinum *Concenetiae* gentis, filium Iustinum *Congiae* fuisse, non valde amo, cum CONG. non CONG*ius*, sed CONG*enetius* acceptus rei huic medicetur optime: licet non nesciamus, dari

exempla patrum et liberorum in diversis gentibus recensitarum, de quo in *Epp. Epigr.* agendi occasio mihi fuit, TIBIque ad saxum TVVM pag. 155. n. 7.

Pag. 157, 1.

Adnotationem ad 156, 8. loco non suo datam ad subsequentem inscriptionem pertinere recte notatum est. Sed quicquid id est adnotationis eruditae de duobus unius hominis praenominibus, in spongiam TIBI incubuisset rectius, et qui in ind. pag. 508. col. a. occurrit

C. P. Minucius 157, 1,

sic melius esset datus, quantum mea quidem fert opinio,

C. Minucius C. F. 157, 1.

nec non P. Minucius C. F. 157, 1.

saxum enim totum sic lego: *Caius et Publius* MINVCI*i Caii Filii Publio* MINVCIO *Publii Filio* AVO. Non opus est, ut SENTI*i duo*, APER ET PHILVMENVS a TE aeque ac a me probati iterum in scenam reducantur. v. Mus. TVVM 239, 3. seu Mur. 102, 7. Avo suo duo heic faciunt nepotes, quorum alteri paternum, alteri avitum fuit praenomen.)(Furiae Q. F. Crispinae faciunt avi, FVRII *duo*, *Furius* APHRODISIVS, *avus*, ET *Furia* TRYPHOSA, *avia*, NEPTI, in Mus. TVO p. 190, 4.

Pag. 159, 6.

NCCXVIIII. Numerum tam magnum, nec qui *ei* proximaret, nondum apparuisse scribis. Apparuerat vero, qui TVVM longe excedit, N. CCCCXVIIII. in Mur. 1337, 2., pro quo, quod Muratorius nescivit, in Grut. 778, 8. est N. CCCCCXVIII. Si Muratorius editione Gruteri secunda esset usus, Ildithenique Animadvertenda consuluisset, ab repetendo saxo abstinuisset manum.

Alios titulos sepulcrales, magnis quoque numeris notatos, nunc non adduco, quia me folii paginam ultimam iam procedere videntem longius abducerent, quam charta haec concederet.

TVVM *Secundienae* saxum habebat Mur. 1401, 7. in nonnullis a TVIS lectionibus haud dubie male varians, et finiens N̄. CCCXVIIII. Quae autem ibi notavit, a TVIS non dissident: longe autem, quod gaudeo, recedit is ab Vrsati sententia, qui *Mon. Patav.* p. 19. numeros eiusmodi de nummis in monumenta erogatis explicaverat.

Finio, non ambigens, si limatissimum opus TVVM, non canis Nilotici more festinans, sed a capite ad calcem quietus legam, ad quod faciendum proxime accingar, uberrimos me fructus percepturum esse. Festive ad 215. 1. *Intelligere*, inquis, *et interpretari non ita sane in promptu est*, *ac exscribere fuit et vulgare.* Nullis sumptibus pepercisti, omnes itinerum molestias perpessus es, ut ubique locorum lapides ipsos inquireres, oculata manu exscriberes, omnibus divulgares; quam ob rem aequum certe est maximas TIBI gratias agi, et haberi semper: neque minores, quod lapides haud paucos unus omnium eruditissime interpretatus intelligere et alios eorundem generum nos doces. Vtinam longe pluribus ex beata doctrinae TVAE epigraphicae copia lucem, quam postulant, accendisses, et, quod alios mecum optasse praefationis TVAE pagina sexta lego, non singulas, sed digniores commentariis inlustrasses, adnotationibusque exornasses. Sed ob praeteritas quasdam observationes irasci malle, quam de adlatis gratias agere

piaculum duco. Forte nobiliores quosdam titulos nullis notis a TE nobilitatos alibi nobis enucleabis. TVVM in primis *de Notis Romanorum* Commentarium in chartula invitatoria serio promissum, in aliud vero tempus, ob typographi clamores a TE pag. 487. relatos, dilatum, noli, quaeso, literarum antiquarum amatoribus diutius invidere.

Vale athletice, *ΚΡΑΤΙΣΤΕ SCIPIO*, et me ama. Tutici III. Idus Ian. MDCCL.

IX.

Principi Eminentissimo

ANGELO MARIAE CARDINALI QVIRINO

S. P. D.

IO. GASPAR HAGENBVCHIVS.

ETSI comitatem TVAM summam, PRINCEPS EMINENTISSIME, blanda non desiderare verba satis novi: TE tamen eruditae antiquitatis vindicem, et promum condum non dicere, non patitur veritas. Vel *καινοπάλαιον εὕρημα* TVVM, cujus typum mecum benignissime communicasti, nemine mortalium dignius erat, quam TE tanto Thesauri Diptychorum Goriani patrono, ut merito TIBI gratuler, mihi gaudeam. TIBI in primis quoque gratulabitur, sibique gaudebit Praepositus, Florentiae suae decus et ornamentum, Ant. Franc. GORIVS noster. Videor enim mihi videre, quanto illustriora et expressiora TVA in rem quoque antiquariam merita sint futura, quum tantum laudis iis porro iam sit accessurum ex Diptycho antiquo, recenter ex tenebris a TE in lucem producto. De quo his me literis TEcum agere omnino decet, si volo is esse, quem TV me esse voluisti.

Ludos exhiberi *Circenses* inferiora eboris TVI docent, quam quae maxime. Omnium enim oculis sistunt Circum, in eoque medio Obeliscum magnum inter utrasque metas, ita ut in utravis earum tres obelisci minores ex una surgant basi, et circa hasce metas quadrigarii curribus feruntur celerrime, iique quattuor. Puto, quod quattuor olim erant agitatorum *factiones*, colorum distinctione quadrifariam divisae: *prasina*, *russata*, *albata*, et *veneta*. Vid. Cassiod. *Variar.* III. 51. p. m. 118.

Quod si scriptoribus Graecis posterioribus, seu Imperii demum Orientalis, fides tuto adhiberetur, ex certisque eos auctoribus antiquissimis in sua id scripta derivasse constaret; harum *factionum* quattuor origo ad ipsum Romulum, Romani imperii conditorem primum, referri deberet. Vid. *Chronic. Paschale* pag. 110. D. et p. 112. B.; quo Cangii volumine egregio, aeque ac Wilthemii libello, carebam, quum mea de Areobindi Diptycho altero abhinc anno operi QVIRINIANO de diptycho Boëthii adiunxi.

Ex factionibus his quattuor postea labente imperio *prasinam* et *venetam* solas eminuisse, et a *prasina* quidem factione *albatam*, a *veneta russatam* esse absorptam autumat Wilthemius pag. 24.; qui si Diptychum

TVVM quattuor quadrigarum Circensium vidisset, ex Diptychorum suorum, Leodiensis et Bituricensis, equis nonnisi duobus, quantum coëgit, non confecisset. Duo equos istos ad ludos Circenses spectare haud negem: at Factionum numerum eosdem imminutum docere non facile dem. Malim ego quidem certe duo Diptychorum Wilthemianorum equos explicare ex his Senatoris *Variar.* loc. cit. verbis: *Equi desultorii, per quos Circensium ministros missos denuntiant exituros, Luciferi praecursorias velocitates imitantur.*

In Diptycho Veronensi itidem duo eiusmodi equi spectantur, *Mus. Veron.* pag. CXI.; quod Diptychum non Consulis incerti, ut putabat editor inlustris, sed eiusdem omnino Anastasii esse, cuius duo Diptycha dederat Wilthemius, ad TE, Eminentissime QVIRINE, Brixiam, antequam serenissimae Reip. Venetae, almae matris TVAE, legationem Romanam susciperes, et ad Iol. Marchionem MAFFEIVM Veronam, anno superiore scripsi, quum primum ad me Museum eius esset adlatum.

„Aedificia autem Diptychi Leodiensis videntur esse stabula factionum. Victor in IX. regione Vrbis, dicta *Circus Flaminius*, posuit *stabula* IIII. *factionum.* Credibile est ut Romae, ita etiam Constantinopoli fuisse factionum stabula, quae hic duo sunt, forte quod duae essent tantum factiones, ut supra dictum." WILTH. p. 25. Nonne vel Victoris locus ab ipso Wilthemio datus quattuor Romae *factiones* superfuisse testatur? TVVM autem Diptychum Romani seu Occidentalis consulis esse deinceps videbimus.

Constantinopoli aliter rem se potuisse habere possum concedere, et duo aedificia de duarum tantummodo *Factionum*, Prasinae et Venetae, stabulis explicantem tanto facilius fero, quod Wilthemiana Diptycha Anastasii a. Cti. 517. consulis sint Constantinopolitani, non Romani. Iuvat hanc coniecturam *Chronicon Paschale*, quod a. Cti. 532. seditionem Constantinopolitanam referens *factionum* nonnisi duarum, Prasinae et Venetae, facit mentionem pag. 336. C.

Ad quem annum in notis suis Cangius pag. 593. extr. antiquum adfert lapidem, *quem*, inquit, *ex Bullingero describemus, quia deest apud Gruterum:* itane vero? primum pro *Iulio Caesare* BVLENGERO Iesuita, *Henricum* BVLLINGERVM nominat, sacrorum Ecclesiae Turicensis Antistitem secundum, Huldrici ZWINGLII successorem. conf. Clerc. *Bibl. chois.* T. VI. p. 251. et P. Burmanni *Gazett. menteur* p. 224. Deinde ignorare Cangius non debebat, Bulengerianum lapidem iam fuisse apud Grut. 338. 2. in notulaque edit. Grut. Amstel. recte *Bulengerus de Circo Romano* adducitur.

Diptychon TVVM Occidentalis, non Orientalis Consulis esse, quae in summo Diptycho restant literae, docent:

AMPADIORVA

quod ubi primum vidi, statim putavi integre legendum esse LAMPADIORVM ad annumque Christi 530., qui ambo consules in Occidente habuit, nos duci arbitror: quia in Fastorum veterum libris, *Lampadius* consul nullus occurrit, nisi quo anno dictum modo est, *Orestis* collega; quique *Lampadii et Orestis* consulatum excipiebant anni duo, Cti. 531. et 532., quod suos sibi consules ordinarios neque Constantinopoli neque Romae habebant, notis for-

mulis *post consulatum Lampadii et Orestis* notati sunt, et quidem ann. Cti 531. ἁπλῶς *Post consulatum eorum*, et ann. Cti 532. *iterum post consulatum eorum.* unde etiam in aliquot lapidibus priscis, ad hosce tres annos adligandis, supersunt huius consulatus, horumque postconsulatuum, *Lampadii et Orestis*, memoriae.

Quid? quod et annum Christi 533. eadem numerandi ratione, *tertium post consulatum Lampadii et Orestis* in Occidente insigniri continuatum esse, doctissimus MAFFEIVS, quo nemo aetatis nostrae peritius lapides antiquos interpretatus est, et utinam plures interpretaretur, se primum putavit docere posse. *Mus. Veron.* 180, 5.

B N M
HIC REQVIISCET IN
PACE SCEM PREBITER
VRBANVS QVI VIXET
IN HOC SECVLVM AN
NVS PLMN XXX ET FVAE
PRSB ANVS IIII ET M
VIII DEPOSITVS SD VI
NONAS OCTOB PC IT
AQVE IT LAMPADIO
ET ORESTO VVCC
IND XI

„Nova formula heic habetur, quae Urbanum presbyterum depositum „docet sub die VI nonarum Octobrium *post consulatum iterum atque iterum* „*Lampadii et Orestis;* hoc est anno DXXXIII, ut addita indictio undecima „extra dubitationem ponit. Fastorum auctores hoc anno Iustinianum sine „collega Consulem exhibent; sed marmor nostrum perspicue docet, in Italia „subsignata aliter fuisse monumenta." Haec inlustris Marchio: quem miror ad marmoris sui verba VI. NONAS. OCTOB. animum serio non advertisse: scilicet a. Cti 533. undecimam Indictionem mense Augusto finitam, et duodecimam ab eiusdem anni mense Septembri iam coeptam esse. Vid. *Epp. Epigraph.* pag. 542. lin. 26., et quem ibi citavi Norisium.

Monumenti Maffeiani formula nova, PC IT AQVE IT, ut reliqua epigrammatis, barbariem spirat, et IT AQVE IT ταυτολόγως garrit pro simplici ITerum, ut extra dubitationem ponit versus ultimus IND. XI., quae a. Chr. 532. mense Octobri omnino procedebat, non amplius *decima.* An rudis marmorarius ITerum AtQVE ITerum dedit, quia non unum tantum, sed duo consules collegas erat incisurus? An suspicabimur, quadratarium hunc non Marcellini, sed Victoris more annos postconsulatuum ita supputavisse, ut ipsum consulatus gesti annum adnumerarit? *Post Consulatum iterum atque iterum Lampadii et Orestis*, id est, ut Victor extulit, *post consulatum Lampadii et Orestis anno tertio:* qui annus in Marcellino Comite

IND. X. *item* PC. *Lampadii et Orestis Coss.*

scriptus, vitiose *item* habet pro *iterum:* ut emendat Maffeius in *Mus. Ver.* p. 180, b. ante med. et ante eum alii; in hisque Relandus *Fastor.* p. 707.

ibidem e vestigio de more Victoris a Marcellini more annos postconsulatuum numerandi diverso agens, nec non monens, annos duo 531. et 532. ἀνυπάτους in Alexandrino seu Paschali Chronico sic signari, ac si Lampadius et Orestes consulatus tres continuos gessissent:

530. ΙΝΔ. Η. Υπ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου.
531. ΙΝΔ. Θ. Υπ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ β'.
532. ΙΝΔ. Ι. Υπ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ γ'.

Quae contra MAFFEIVM debui disputare, inlustrantur et confirmantur ex alia etiam inscriptione, quae primum a Fabr. p. 757. num. 631. producta, deinde in praeclaro opere Doniano Class. XX. num. 25. p. 529. repetita est cum hac GORII nostri adnotatiuncula: „Aliquantulum inemendatam produxit Fabrettus *Inscr. Ant.* cap. X. n. 631. Vide et Relandi „*Fastos Consulares* pag. 703." Deest in Fabretto vocula prima HIC. Vbi Fabrettus OBI . . id est OBI*it*, Donius habet OR . I., i. e. *h*OR*am* I.(unam) aut *h*OR*as* II. vel III.; nam unitati relictae forte iunctae erant aliae, in versu marmoris quarto extremo abruptae.

Haud infrequens est vocabulum *horae* sine adspiratione scriptum, in primis in titulis Christianorum, ut ORAS VI in eo, quem, quod ad rem nostram tanto magis facit, in exemplis horarum etiam in senum epitaphiis enumeratarum adfert Fabr. p. 182. n. 390. et ut ineditum habet Mur. ad a. Chr. 402. (T. I. p. 398. loc. 1.) ob consulatum Honorii Augusti quintum: quum tamen typus iste Muratorianus, magisque Fabrettinus, ostendere videantur, post V. unam atque item alteram unitatem abscissam, adeoque titulum quinto Honorii consulatu seriorem esse. Cuius in Fastis suis tacendi Relandus hanc ipsam, ni fallor, caussam habuit, quod, cui Honorii consulatui eum adligaret, nesciebat.

Eadem τῆς *orae* orthographia interdum quoque in tumulis ethnicorum. v. g. Mur. 1775, 5. ORIS VII. et 1199, 10. ORA pro HORA, ubi hi versus elegiaci quattuor habentur:

Iter septem annis ego iam fatale peregi:
Nunc rapior tenebris, et tegit ossa lapis.
Desine soror me iam flere sepulchro.
Hoc etiam multis regibus ORA tulit.

Post *me* si legeretur *inlatum*, aut alia si adferretur medicina, hexameter posterior staret, quem uno pede claudicare ex marmorarii incuria observat MVRATORIVS: at de initio prioris hexametri, *iambum* pro *spondeo* male habentis, neglexit monere.

Saxum Fabrettino-Donianum etsi lacunosum sit, ad implendum tamen est facillimum, et a Bimardo in Mur. *Proleg.* pag. 125. E. non modo recte

SVB. DIE. PRID. IDIBVS. *Decembris*
INDICTIONE. VN*deci-*
MA. ITERVM. POST. *consulatum*
LAMPADI. ET. ORES*tis*
V̄. V̄. C̄. C̄.

suppletum, sed etiam optime ad a. Cti 532. est adligatum, quod anno illo, post Consulatum Lampadii et Orestis secundo, pridie Idus Decembres, Indictio Vndecima decurrebat, a Septembri eiusdem anni numerari coepta.

Hoc Fabretti et Donii saxum recoquit ceu ineditum Mur. 422, 6. *ex Petro Saxio.* Puta ex eius *Pontificio Arelatensi*, quod ob miram libri raritatem ex editione Aquis Sextiis 1620, 4. vulgata accurate recusum est in Io. Burchardi MENCKENII Scriptoribus rerum Germanicarum, praecipue Saxonicarum, Lips. 1728. Fol. Tomo I. loco V. pag. 107—379. In volumine hoc Menckeniano pag. 167. B. sic exhibetur, *sepulcralis inscriptio Thaumastae, e ruderibus his annis proxime elapsis eruta, quae talis est:*

HIC IN PACE REQVIESC-
BONAE MEMORIAE
THAVMASTA QVAE V-
XIT ANNOS LX ET ORI
- SVB DIE P. R. IDIB-D
INDICTIONE. VN
MA ITERVM POST
LAMPADI. ET. ORES:
V̅ V̅ CC.

Collata Muratorii ἐκδόσει videbis non modo ANNOS L̅X̅ Mediolani in ANNOS X̅L̅ esse corruptos, sed praeterea Muratorium ORI sine indicio mutasse in OBI, versumque quintum cum tribus sequentibus eundem de suo ita explesse, ut, quae in Saxii libro aderant lacunae, in Muratorii Thesauro nullae appareant.

Si SAXII typus in Menckeniano Tomo accurate recusus est, versum quintum sic integrabimus:

D. SVB. DIE. PR. IDIB. DEC

id est, D*eposita* SVB. DIE PR*idie* IDIB*us* DEC*embris.* Quod nisi SAXIO, tamen, ni fallor, αὐτόπτῃ, de lacunula initio versus quinti tuto credi possit, ut ibi Fabretti et Donii typi ante SVB quidquam excidisse non indicant, id tamen exemplis discimus, tritissimam siglam D*eposit.* interdum incidi omissam esse, v. gr. Fabr. p. 759. num. 645.; quod monendum duxi, ne τῷ OBI*it*, si D*eposita* excludatur, opus esse existimetur; ne nunc dicam, diem obitus seu mortis eundem diei depositionis non fuisse, ut quidam putarunt, non observantes, depositionem seu sepulturam uno aut altero die post mortem esse factam.

Bene Muratorius saxum SAXII Arelatense retulit ad a. Cti 532. Gorius vero in sua adnotatiuncula, quam supra vidimus, iussit videri Relandi *Fastos* p. 703., id est ad a. Chr. 531., seu *primum post Consulatum Lampadii et Orestis*, ad quem quidem certe annum Relandus pag. 705. extr. 706. init. haec habet: „Fabrettus *Inscriptt.* pag. 757. POST . . . LAMPADI. ET. ORES . . . V. V. C. C.": sed profecto non decebat Relandum omittere τὸ ITERVM ante POST, ne de mense dicam Decembri, et indictione X̅I̅., quae omnia atque singula Relandum, Inscriptionem Fabrettinam ad a. Chr. 532. certissime referendam esse, docuissent.

GORIVS in Doniano indice suo consulari

« V. C. 1282. P. C. 530.
« LAMPADIVS ET ORESTES COS.
« XX. 25. 72.
« XX. 100. P. C. eiusdem XX, 104."

postrema haec linea XX, 100. *P. C. eiusdem XX*, 101. loco vero mota ad VOLVSIANVS COS. est retrahenda. De XX, 25. satis dictum ad a. Chr. 552. pertinere: idemque dicendum de XX, 72. p. 539. nam sic desinit: ITERVM P. C. LAMPADI. ET. ORESTIS. V. V. C. C. CONSS.

Relandus ad a. Chr. 531., qua dixi pagina 706., sic pergit: „Ex corpore inedito inscriptionum Marquardi Gudii P. C. LAMPADI. ET. „ORESTIS. VV. CC. CONSS." Inscriptiones ex MS. Gudiano depromptas Relandus *Fast.* p. 7. acceptas refert viro clari in rep. literaria nominis, Francisco HESSELIO, qui eas iam tum parabat edere, et multos post annos tandem edidit: ex editoque Inscriptionum Gudianarum *Syntagmate* 371, 4. inscriptionem, cuius ultimam tantum particulam dederat Relandus, eandem Donianae XX, 72. esse vidi, eademque opera cognovi, male et hanc Relandum ad a. Chr. 531. adtulisse, iterum omissa voce ITER*um* ante P. C. LAMPADI; quo nomine notatus merito est ab Hesselio in indice Gudiano 22. seu Consulum, pag. LXVI. a. lin. 6. „Lampadius et Orestes VV. CC. „371, 4. [*Illud notandum est*, iter PC. LampadI et Orestis VV. CC. „Conss. *Nam* iter, *hoc est*, iterum, non video in Fastis Relandinis animadversum.]"

Hanc Gudiano-Donianam inscriptionem ex Donio repetitam Muratorius 422, 5. retulit ad a. Chr. 532., ad quem eam annum haud dubium est referri debere.

Sed a saxis consularibus *Lampadii et Orestis* ad eorundem diptycha ut pergam, nondum sum oblitus, quam Diptychi *Orestis* epigraphen mecum communicarit praestantissimus Antiquarius, GORIVS noster, operis mei, TVIS editi AVSPICIIS, pagina CLXXXVI. Cuius ego diptychi praestantiam hanc esse dixi pag. CLXXXVIIII., quod ORESTIS, cum *Lampadio* a. Chr. 530. Consulis, nomina priora tria antea ignorata nos edoceat,

RVF*ii* GENN*adii* PROB*i* ORESTIS.

Vtinam TVVM, Eminentissime QVIRINE, Diptychum alterius eiusdem anni Consulis, LAMPADII, nomina nobis omnia servasset! Ita enim demum fieret, ut sciremus, in LAMPADII nominibus nomen POSTVMI vel POSTVMII an quoque fuisset; quod adhuc cogimur nescire, licet Fastorum scriptores recentissimi, Almeloveenius, Relandus, Muratorius auctum hoc POSTVMI nomine LAMPADIVM extulerint: ille *Postumium Lampadium*, hi *Postumum Lampadium* vocantes.

POSTVMI nomine Lampadius hic primum dici coeptus est a Panvinio: in cuius Fastis editionis Venetae 1557. pag. 135. par consulum a Chr. 530. sic occurrit,

POSTVMVS LAMPADIVS V. C.
FL. HORESTES. V. C.

at in eiusdem editionis indice consulum *Lampadius*, *V. C. praenomine Postumius* legitur. In altera, quam nuper mihi emi, Panvinianorum Fastorum editione, Veneta quoque, 1558. libro III. pag. 65. consules a. Chr. 530. his nominibus sunt scripti,

Postumus Lampadius V. C
Fl. Orestes V. C

et in commentario in libr. III. Fastorum p. 425. eiusd. edit. *Lampadii*, inquit, *mentio est in vetusta inscriptione Neapoli sic*

POSTVMVS LAMPADIVS
V. C. CONS. CVRAVIT

at in Appendice alteri huic editioni suffixa pag. 12. consules anni Cti 530.

Postumius Lampadius *Fl. Orestes*

dicuntur.

Saxum Neapolitanum, quo uno nixus Panvinius consuli *Lampadio* a. Chr. 530. nomen, seu, ut ipse vocat, praenomen modo *Postumi*, modo *Postumii*, dedit, in prima inscriptionum collectione Apiani et Amantii, *edit. Ingolst.* 1534. fol. CX. loc. 1. sic habetur

POSTHVMIVS LAMPADIVS
V. CONS. C. A. MP. CVRAVIT

qui typus etsi in nonnullis Panviniano inferior sit, eidem tamen praestat, quod inter CONS. et CVRAVIT quattuor has literas C. A. M. et P habeat, quae si, ut par est, congregentur, optime exit, non CONS*ul*, quod Onuphrio Veronensi imposuit, sed CONS*ularis* CAMP*aniae*. Consularitatem autem Campaniae Consulatum ordinarium Romae gestum non involvere, monui in *Epist. dedicator.* ad Nobiliss. BLAVRERVM pag. (78.) lin. 22.

Panvinianum saxum legitur quoque, post Smet. 13, 13., apud Grut. 193, 1.

POSTVMIVS
LAMPADIVS
V. C. CONS. CAMP.
CVRAVIT

„Capac. l. 1. *Hist. Neap.* c. 3. lapidem istum primum omissa tamen voce „CONS. Neapoli ad DIVAE MARIAE Rotundae conspici dicit, item hunc e „regione POSTVMIVS. LAMPADIVS. V. C. CAMP. TEMPLA. CLIVOS. „ET. PLATEAS. NEAPOLEOS. RESTITVI. CVRAVIT." Quod nisi in hac editionis Gruteri secundae notula operae Amstelaedamenses peccarunt, peccat posterior Capacii titulus omisso CONS. ante CAMP., ut priorem eiusdem eandem vocem CONS. non habere notant, qui notulam hanc editioni Gruteri repetitae intulerunt.

Quae ut inedita datur Inscriptio apud Don. II, 42. pag. 77. et ex Donio apud Mur. 482, 4., eadem est Gruterianae, omisso male versu secundo LAMPADIVS.

Est et alia apud eundem Don. V, 65. pag. 177., a Muratorio neglecta: quam et ipsam si non eandem priori, eidem tamen similem, et eiusdem certe hominis esse, nemo non videt. In indice nominum Doniano a GORIO relatus est voc. *Postumius:* „M. Postumius Lampadius. V, 65." ubi praenomen Lampadii precarium M. (*Marcus*) non tolerandum, sed tollendum est.

Si Donianae Classis V. inscriptionem 65. diversam esse a 42. Classis II. placeat magis, non dissentiam. Nihil enim est, quod obstet, quo minus existimemus, ab eodem Lampadio, consularitatem Campaniae sustinentem, plura opera et aedificia publica curata, statuendaque ordinata esse: cui titu-

lus sit erectus, REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM, legendus in Grut. 459, 1. et post Gruterum in Spon *Misc.* 160, 2. et Fabrett. p. 598. n. 286.

In Gruteri ed. sec. adnotant, Fabrettum LANPADIO habere, ut saepe N ante labiales, non in M mutatum, sed retentum invenimus in saxis et Graecis et Latinis, his tamen longe paucioribus, quam Graecis. Neutra nunc adnumerandi tempus est. Cur vero hi adnotatores tacent, in Fabretto POSTVMO esse pro Gruteri POSTVMIO?

Fabretto *calido sub pectore fervida bilis*
Intumuit, quam non exstinxerit urna cicutae:

Sponium nonnisi ut corrumperet, *Miscellaneis* suis commiscuisse. Maluit Fabrettus iram suam omnem evomere in Sponium, hominem Gallum, quam invehi in hominem Italum, Capacium, ex quo Sponius Neapolitanum lapidem desumpserat: vixque dubito, non Sponium, sed Capacium culpae proximum inventuros esse, quibus Capacii liber est ad manus.

„Videtur hic idem, qui Cos. fuit A. Chr. DXXX. cum Flavio Oreste, „idque in Occidente. Postumii huius et mentio fit CDLIX, 3. (leg. „459, 1.) Almelov." Haec Holth. in *Add. Grut.* T. IV. p. 324. a. ad Grut. 193, 1., quae bene conveniunt cum iis, quae Almeloveenius ipse in *Fastis* suis *consularib.* T. II. p. 135., extr. de Lampadio consule a. Chr. 530. adnotavit: *an hic? qui memoratur apud Gruter. Inscr. p.* 459. *n.* 1.

Quod sine ulla adfirmatione, dubitanter, ut vides, Almeloveenius dixerat, id sine cunctatione admissum adfirmatumque video ab Holtheno, qui utrumque Gruteri saxum 193, 1. et 459, 1., ad Lampadium a. Chr. 530. consulem putavit pertinere: quippe qui indici nominum Scaligerano hoc scripserit supplementum: *Lampadius V. C. Cos. Camp.* 193, 1. 459, 1. 1059, 3. 1060, 7. *A. V. C.* 1282. *post C. N.* 530.

Sic et Relandus morosa sine cogitatione existimasse est existimandus, *Fastorum* suorum pag. 703. ad a. Chr. 530. initium dans saxi, editi a Fabr. p. 598. Grut. 459. Spon *Miscell.* 160.

Lampadium vero, Consularem Campaniae, demum sexto post C. N. seculo floruisse, eique ordinem (scil. summum, i. e. senatum) Capuensem voti et obsequii sui pignus locavisse, animum inducere vix possum: magisque quartum, quam sextum, seculum redolere saxa Lampadii, consularis Campaniae, videntur, unde mihi non displicet coniectura Sponii, qui *Misc.* pag. 160. extr. *Lampadius*, inquit, *iste videtur idem esse, qui anno Christi* 366. *sub Valentiniano I. Praefectus fuit urbis Romae, et antea Praefectus Praetorio, de quo Ammianus Marcellinus lib.* 27. *cap.* 2. (3.) *et Lacarry in historia Christiana sub Praefectis Praetorio.* Quam memorat Aegidii Lacarry historiam, aeque atque alteram eiusdem, Historiam coloniarum a Gallis in exteras nationes missarum, et ab exteris nationibus in Gallias deductarum, olim mihi quaesitas, nondum vidi.

Vnum hoc addo, hunc Praefectum Vrbi Lampadium Panvinio minime ignotum fuisse, ut patet ex eius commentario in librum III. *Fastor.* ad annos V. R. C. 1117. et 1118. p. 415. init., ut non temere suspicer, nisi in mancum Neapolitanae Inscriptionis typum, qui CONS. pro CONS.

CAMP. habebat, Panvinius incidisset, eum Lampadium, consularem Campaniae, non de Lampadio Consule sexti seculi, sed de Lampadio Praefecto Vrbi a. Chr. 366. potius fuisse interpretaturum.

Neque coniicere non licet, Lampadium quarti seculi, quamvis consulatum nunquam consecutum, unum proavorum Lampadii a. Chr. 530. consulis fuisse. Hancque LAMPADIORVM familiam veterem et inlustrem sexto seculo inprimis claruisse, tandem vel ex eo coniecerim, quod in Diptycho TVO πληθυντικῶς

LAMPADIORVM

legatur, non ἑνικῶς LAMPADII. Cuius pluralis numeri, in Diptychis ante TVVM invisitati, rationem etsi non facillimum sit expedire, audaculi notam vix effugiturus, quid mihi de hoc numero videatur, brevi ante, quam finiam, QVIRINO exponam meo, ut, si minus veri similia dicere videbor, certiora ex TE, Cardinalis Eminentissime, idemque PATRONE Eruditissime, cognoscam, veroque ipso cognito errores possim deponere meos.

Consuli TVO forma augustiore expresso adsunt viri duo minore forma exsculpti, ad dextram alter, alter ad sinistram. Tribus his viris tres subsunt sellae, quarum media ab reliquarum duarum forma nonnihil differt. An interpretari licebit de Lampadiae familiae munerariis tribus? De Lampadio consule, Orestis collega, a. Chr. 530., deinde de Lampadiis duobus aliis, qui eodem anno magistratibus consulatu minoribus, fortasse praetura alter, alter quaestura, fungentes dederint ludos. Non modo enim consulatui, sed etiam urbanae praeturae, et quaesturae, edendorum onus ludorum incubuisse constat. Vid. vel Symmachum *Libr.* IV. *epist.* 59. et 60.

An, qui ad dextram Lampadii consulis expressus est, frater, ad sinistram filius fuerit; an filius uterque Lampadii consulis, in tanto antiquitatis de familia Lampadia silentio decernere temerarium esset: in primis quia periit altera Diptychi TVI tabella: quae si superesset nobis, fortasse illius, quam curae TVAE et operae debemus, literas certius interpretaremur, genitivique pluralis, LAMPADIORVM, rationem et syntaxin melius cognosceremus.

Quare modum nunc facio hariolandi, et quod hodie mihi restat temporis, FLORAE QVIRINI, digne apud nos edendae, TE ita volente et iubente, do, dico, dedico.

VALE, Eminentissime PRINCEPS, et mihi favere perge.

Turici Helvetiorum ad diem VIII. Idus Maias.

MDCCLI.

X.

V. Cl. Io. Augustus ERNESTI Nonis Maiis 1750. ad Breitingerum. (Respondet Breitingeri epistolae a Tittmanno editae (in *D. Ruhnkenii* (sic) *L. C. Valckenaerii ad I. A. Ernesti epistolis* Lips. 1812. pag. 78.)

Nondum legeram, quum epistolam tuam acciperem, quae de Hagenbuchii epistolis dicta sunt in Actis Ioecherianis. Sed admonitus demum a

Te legi: neque sine indignatione: adeo frigide multa et inepte dicta sunt. Fortasse non aberras a vero, quum Reiskium eius excerpti auctorem coniicis. Sed nihil certi habeo. Ioecherum ab illo tempore non vidi: alioqui facile ab eo auctorem comperissem. Leichius NOSTER mirandum in modum exagitatus, vehementerque castigatus est a Dorvillio in commentario ad Charitonem, eadem de caussa, propter quam Hagenbuchio vestro vapulavit. Neque tamen ille desinet sibi placere, sibi plaudere. Ἔνδον φρονεῖν ἥδιστος ὁ βίος. Neque minus propterea ille Professor Graecae linguae fiet, quam Winclerus, qui non ita multo ante, quam illam professionem acciperet, interrogatus in Schola Thomana a puero quodam, quare ἄνθρωπός (τις) duos accentus haberet: Bene facis, respondit, quum interrogas; bene de te spero; cras tibi dicam.

XI.

Viro celeberrimo

IO. IACOBO BREITINGERO

S. D.

IO. AVGVSTVS ERNESTI.

Accepi epistolam Tuam cum adiunctis muneribus literariis, quae mihi tanto iucundior fuit, quanto erat longior. Etiam poëmata illa grata fuerunt: etiamsi ingenue fateor, aures meas nondum adsuefieri potuisse isti generi versuum, qui ὁμοιοτελεύτοις carent, quae mihi videntur esse in versibus nostris necessaria, tamquam vicaria numerorum, quibus Graeci Latinique versus commendantur auribus. Quod si pedes veros adhiberent istius rationis auctores, non modo ferrem istos versus, sed etiam vulgaribus praeferrem Atque id fieri posse arbitror. Nunc mihi meram prosam legere videor. Sed haec tu melius cum Bodmero Tuo. Heumanni ἑρμηνείας et κρίσεις numquam probavi. Invita ille Minerva in his rebus versatur, meliusque fecisset, si se literariae historiae finibus continuisset. Versio N. T. Germanica mirabile opus est. Si in versione fas est Ebraismos servare, etiam ubi argumenti ratio, aut aliae legitimae causae non desiderant, cur non potius tenebimus Lutheri versionem? si pure scripta versio desideratur, talis Heumanniana non est: neque bonus ille vir hoc consecutus est, ut possit ubique Ebraismos agnoscere, quod propter assuetudinem Ebraicogermanicae versionis Lutheri legendae et audiendae, paucissimi consequuntur. Et tamen ille, ut mihi Gesnerus scripsit, ita sibi in his placet, ut admonentium voces ferre non possit. Itaque nihil melius est, quam a disputatione omni cum eo abstinere. Sed quando Tibi invidiam facere voluisse videtur, bene fecisti, quum eum repulisti. Quae de Hagenbuchianis Epistolis scripta sunt in Actis Ioecheri, non sunt a Leichio, sed a Reiskio, qui famem suam et

miseriam solatur aliis ridendis et perstringendis.*) Dubitare non sinet amplius Hagenbuchium V. Cl. Res est certa. Perlata ad me est ante paucos dies Apologia Carmeli Itali contra eundem Reiskium: nam idem auctor est illius recensionis, qua et Euripides et eius interpres Carmelus perstringuntur. Indignor interdum homini, sed magis miseret me eius. Atque ita animatus sum in Trillerum. Contra eius coniecturam de loco Suetonii (*Aug.* C. 80.) *confirmabatur remedio harundinis et arenarum* scis esse scriptam epistolam a Medico Springsfeldio, et quidem humanissimam. Eam putat esse scriptam instinctu meo, sive potius totam a me: quod ego possum liquido iurare falsum esse. Itaque non modo in illum Springsfeldium scripsit asperrimam epistolam, sed in ea etiam in me, quamquam parcens nomini, impetum fecit: idque, ut mihi aliquis dixit, instinctu Gotschedii, narrantis ei de amicitia, quae mihi Tecum intercedit. Etiam Hypercritici Alpini in ea mentio fit. Sed ego potius credo ei accidere, quod lupis, qui saeviunt maxime, quum maxime esuriunt. Nam misera est hominis conditio, non habentis, unde suos honeste alat, eaque de causa etiam Vitembergae misere irascentis.**) Spicius ad me non venit. Neque opus est ea in re consilio meo. Nam ipsum credo scire, Gotschedium per Magistratum academicum adigendum esse, ut iuratus dicat, unde illum libellum acceperit, eique hoc nomine, quod permiserit exscribi typis, actio iniuriarum impingenda, si velis eum ulcisci.

Codices Callimachi, quorum collationes desidero, sunt Venetiis in bibliotheca D. Marci, in Ambrosiana et in Florentinis; si has per Te consequi possem, longe gratissimum foret. Nolo perire lucubrationes meas in hunc poëtam, quem etiam nova versione donabo: eaque iam parata est. Leidenses Graevianam recoquere volunt, cupiuntque meas notas et versionem addere. Xenophontis libellos quos velitis edi, nescio. Nam ab initio nullos edere volui, nisi qui per me et Bachium editi sunt. Alias in nullo scriptore Graeco libentius laborarem, quam in Xenophonte. Passus sum me induci, ut Taciti cum Lipsii et Gronovii notis edendi curam susciperem, et aliquid etiam de meo adderem. Nollem factum, sed non potui resistere auctoritati eorum, per quos id a me petebatur. Interea venient fortasse Callimachia subsidia ex Italia. Opusculum de interpretatione N. T. non

---

*) Hic si quis margini adscriberet.

Hic nigrae succus loliginis, haec est
Aerugo mera — quot quantisque opprobriis exciperetur!

Et merito fortasse. Non enim homines illos nunc penitus novimus. Alia rursus de Ernestio tecte significantur in Reiskii libro de vita ipsius acta. Neque tamen hic repetere iuvat Ariosteum illud, cuius in Maffeii et Hagenbuchii epistolis perlegendis saepenumero in mentem mihi venit:

Oh gran bontà de' cavalieri antiqui!
Eran rivali, eran di fè diversi,
E si sentian degli aspri colpi iniqui
Per tutta la persona anco dolersi;
E pur — — ORELLIUS.

**) Pudet me paene Ernestiani nominis, talia, in quibus de esurientibus inimicis propemodum laetatur vir alioqui magnus, describere. „*Sed fiat iustitia, et pereat mundus!*" Tempora illa talem ferebant μικροψυχίαν.

est properandum. Descriptio quidem operis et institutio facta est: sed res constat maxime observationibus minutis, quae non simul occurrunt. Ceterum non dimittam ex oculis et animo rem institutam, donec ad maturitatem aliquam redegero. Wetstenii novum Testamentum audio esse absolutum, et spero id propediem ad me perlatum iri. Novi aliud nihil habeo, quod Tua intersit scire. Prolusionem subito scriptam aequi bonique consules. Vale, decus literarum, et mihi favere perge. Scr. Lipsiae d. XVI. Maii MDCCLI.

P. S. Hanc epistolam, quum ad mercatorem, per quem Tuam acceperam, misi, ecce ille eodem die iam abierat. Itaque dum aliam occasionem eius mittendae exspectavi, ἕωλος facta est. Sed incidit aliquid, propter quod eam per publicos cursores mittere decrevi. Totus iam sum in Tacito expoliendo atque illustrando. Paucas notulas adspergere in animo habui. Sed dum opus aggressus sum, materiam largiorem datam reperi notarum; praesertim quum apparatus non spernendus librorum mihi daretur. Accepi enim codicem MS. e bibliotheca Guelferbytana, editionem primam Spirensis, qua nemo interpretum adhuc usus est, eamque e bono codice auctam. Comparavi etiam alias editiones, Venetam Puteolani, Beroaldi Romanam, primam Rhenani: unde intellexi nondum in crisi hac adhibitam esse iustam diligentiam: saepe pro coniecturis proponi, quae iam sunt in antiquis libris, vitia typographica esse propagata per multas editiones, et super iis criticas coniecturas proferri cet. Itaque id egi, ut in notis historiam et quasi genealogiam lectionum indicarem, et in praefatione historiam editionum accuratiorem scribere decrevi. Sed vehementer desidero editionem Romanam, quae Sec. XV. prodiit, quum libri priores sex nondum essent inventi. Eam nusquam potui reperire. Lipsius eam bis terve laudat: editorum reliquorum nemo vidisse videtur. Saltem nemo laudat. Ex ea videtur Veneta a. 1498. per Franc. Puteolanum fluxisse. Igitur magni refert scire, quid ille hinc sumpserit, quid mutarit. Venit mihi in mentem sperare, eam editionem in terris vestris, quae Italiae sunt propinquiores, fortasse reperiri. Itaque Te rogo, ut si iste liber apud vos reperiri possit, eius mihi copia ut fiat cures, et proximo mercatu per mercatores mihi mittas. Redibit magna cum gratia. Etiam Mediolanensi a. 1516. careo. Sed aequius, quod illam non dubito totam ductam esse e Romana Beroaldi a. 1515. edita. Si non in tam angustum tempus me concludi passus essem, propterea, quod id meo consilio, quod ab initio erat, sufficere putarem, adiissem Em. Quirinum per literas, ut excerpta Codd. Vaticanorum consequerer, qui a Norisio in Epochis Syromacedonum laudantur. Nunc ei rei tempus non sufficit: et satis habebo per editiones veteres et codicem Guelf. utcunque Tacito consuluisse.

Wetstenii Testamentum iam perlustrandi facultatem habui: nescio an et vos Helvetii, quando ille suo sumptu edidit, eaque de caussa mercatores librarii nulla exempla in tabernis habent. Vidi in Prolegomenis, quae valde mutata et aucta sunt, multis verbis narrari, quae in Helvetia in eius caussa acta sunt: eius narrationis initium a Tuo nomine fieri: totam esse vehementius scriptam. Ceterum vereor, ut bonus vir ex illo opere multum

lucri faciat. Longe aliam eius rationem fore conceperam animo. Sed fortasse Tu iam ipse vidisti, eaque ego frustra Tibi narro. Vale, Vir celeb. et mihi favere perge. Scripsi prid. Kal. Sept.

XII.

Viro celeberrimo atque eruditissimo
IOANNI CASPARO HAGENBVCHIO
S. P. D.
IO. IAC. REISKE.

Communicavit nuper mecum celeberrimus Kappius noster literas, a Te, vir laudatissimi nominis, ante biennium fere ad Cl. Leichium exaratas, in quibus vehementer adversus auctorem, Tibi tunc temporis ignoratum, nunc autem notum, recensionis Epistolarum Epigraphicarum, quae in libello vernaculo, *Zuverlaessige Nachrichten*, prodiit, inveheris magnumque ipsi malum minaris. Legi quoque specimen illis literis adiectum refutationis, quod prolixam illam et operosam et calidam fore prodit. Novi quoque tandem Tibi non latere, recensionis illius, quae bilem adeo Tibi movit, me auctorem esse. Quisquis id ad Te, sive hinc Lipsia, sive e Belgio, retulerit, vera retulit. Caussam hinc et argumentum ad Te, vir celeberrime, scribendi sumpsi, veniamque a Te eorum rogandi, quae mihi forte exciderunt non animadvertenti gloriae tuae iniuria. Post sedatum, qui me tunc scribentem tenebat, fervorem intelligo, potuisse quaedam dissimulari, alia mitius efferri, denique me lapsum hinc illinc fuisse inscitia, aut praecipitatione. Tot autem ea, et tam gravia et indigna esse, atque tu existimas, vix putem. In eo certo certius fallcris, et toto caelo a vero abes, si putas (audio enim te putare) me ab Helvetiis tibi male cupientibus subornatum esse. Iniuriam et mihi facit, et tuis civibus tam iniqua suspicio. Nempe non nosti me, cui neque venalis calamus, neque animus factiosus est. Amori odiove, parum meis, inditis omnino nihil tribuo. Laudo vel in ipsis inimicis, si qui mihi sunt, sed sunt oppido pauci, et reprehendo in amicis, quos, factionum osor, non sane multos habeo, quae mereri laudes aut reprehensionem videntur, praesertim in publico loco. Intelliges huius mei moris rationem ex iis, quae nuper ad arrogantis Itali Carmelii nugas in Actis Eruditorum respondi. Quidquid in commendationem tuam, aut secus, dixero, domi, crede, natum fuit, non aliunde subditum; veritatis amor, non animi vitium aliquod, a me exegit et impetravit. Parturienti (reddo Tibi vocem Tuam) nemo mihi adstitit Helvetius Saxove; de consilio meo, antequam executus fuissem, nemo vivus mortuusve novit. Id sancte tibi affirmo, eaque, quae virum honestum decet, fide. Refutationem edere si institues, (moliris enim, ut fama fert) non intercedo, non deprecor. Liceat tibi me nominatim aggredi. Sed id velim tibi dictum habeas monitumque, quibuscunque tan-

dem me modis excipias, responsurum me nihil esse. Contentiosus et tricator non sum, neque opinione mei turgeo. Carius meum mihi venit otium, quam ut in minutiis et rixis ingloriis aeque atque inutilibus consumendum putem. Satis mihi est sententiam meam, ut occasio fert, eruditis in medio ponere, eorumque, utcunque cadat, iudicio submittere. Doceat, qui meliora novit, et lubens amplectar. Importunos autem, quorum vis et facetiae in crassis sitae sunt conviciis, Suburra dignis, impotentis animi indiciis, rideo mediusfidius et contemno. Non illi mihi, sed sibi nocent, invidiamque concient, et bonae, si quam forte tuentur, caussae irarum et verborum intemperantia detrahunt penes eos, qui quos conviciis pugnare vident, protinus, ut sibi diffisos, damnant. Si prava sunt, et iniqua, et imperita, et, si vis, scurrilia, quae aut contra Te, aut alium quemcunque scripsi, evanescant ipso senio, et ipse primus agnita damnabo, et nulla erit aetas, quae sponte non damnet. At proba et aequa perstabunt, quibuscunque tandem machinis et armis petantur. Ut Tua fama, vir celeberrime, a meo meique similium iudicio labem non contrahit, sic neque mea a Tuo periclitabitur. Id quoque Te velim perpendere, quod, si talis sum, qualem refutatio Tua me pingit, nimium honoris eam publicando in me collaturus sis. Homo tam vitiis onustus, tam undecunque absurdus, atque tibi visus fuit auctor recensionis, circa quam nostra lis versatur, contemni meretur, non refutari. Alias Tuum de illo iudicium sycophantiae suspectum reddes, eoque id magis, quo magis illum conviciis oneres. Videor mihi quaedam in Te notasse, quae cives Tui Tibi vitio fortasse verterunt. Vide ne de nihilo sit ille consensus hominum tam dissitorum, et nulla consuetudine iunctorum. Imaginis quam pinxi Tuae, colores ipse Tu mihi, nemo alius, subministrasti.

Tantum et Tua et mea et rem literariam (*sic*) interesse autumabam ne nescires. Vale, vir celeberrime atque eruditissime, et mihi, si potes, ignosce, et utere me, si qua in re Tibi utilis esse potest homo ingenuae frontis. Nunquam erga Te malo animo fui, neque ero, qualemcunque Te mihi praestes: sed doctrinam Tuam et egregia in bonas literas merita summopere qua par est, venerabor. Scrib. Lipsiae d. 8. Febr. 1752.

XIII.

Cl. et doctissimo Viro

IOAN. CASP. HAGENBVCHIO

S. P. D.

IOAN. FRANCISCVS SEGVIERIVS.

Ut autem, cl. Hagenbuchi, melius intelligas, quanam de causa indicis mei publicationem in aliud tempus differam, et in tuam sententiam prorsus non adducar de methodo, qua usus sum, deque iis, quae nunc addenda

forent, heic iterum verba facere necessarium esse putavi. Et primum quidem de praemissis: Praefatio nostra in tres partes praecipue dividitur, in quarum prima de necessitate conficiendi inscriptionum indicis et de adminiculis quibus usus sum dissero: in altera de libris atque auctoribus omnibus, quorum in indice fit mentio: in tertia vero indicis rationem trado. Duplex index praefationem excipit; unus chronologicus Auctorum omnium, ex quibus antiqua monumenta excerpsi; alter vero eorundem alphabetico ordine digestus, in quo librorum tituli, et laudatae editiones accurate describuntur. His confectis, a Graecis inscriptionibus exordior; Latinae sequuntur. Index uterque bifariam partitur. Romanorum lapides prius, Christianorum posterius recensentur. Utrorumque primus versus apponitur, maiusculis literis exaratus; tum ratione temporis habita auctorum quorumcunque loca subtexuntur, qui eosdem retulere. In indicem hunc etiam refero breves illas inscriptiones, qui in anulis, sigillis, gemmis, vasis, in statuarum basibus, et in similibus sculptae sunt; nec separatim, ut primum facere decreveram, sed suis locis, qui librum nostrum evolvet, omnes inveniet. Eae vero, quas ex antiquis auctoribus elicui, cum illis tamen non confundentur: separatus indiculus omnes suppeditabit. Post Graecas Latinas trado eodem instituto ac methodo, nisi quod a siglis vel numeris incipientes in calcem coniicio, quoniam earum initia diversimode interdum legi possunt, diversasque sedes inde requirunt. Verum tamen ut totam constructionem melius assequaris, exempla quaedam hic subiiciam. A Graecis exordium.

ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ ΣΩΤΗΡΣΙΝ.

Smet. 28, 13.
Grut. 68, 5.
Gualter. I.
Trist. Com. Hist. T. 1, 467.
Patin. Imp. Rom. Num. 179.
Fabrett. 119. n. 5.
Caryoph. Th. Herc. 85.
Mur. Th. 18, 1.
Marm. Taur. T. 1, 227.
Pirro Not. Sic. Eccl. T. 1, 345. Latine
Paciaud. Ant. di Ripatr. in Misc. Ven. T. 6, 128. Latine.

Ὁ ΔΗΜΟΣ ΘΕΑ ΡΩΜΗ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΩ.

Kyriac. Epigr. n. 72.
Fabric. Rom. 16.
Grut. 105, 9.
Mems. d' Arch. T. 7, c. 9.
Patin. in M. Art. 392.
Saubert. de Sacr. Vet. 100.
Vand. de Orac. 618.
Vand. Diss. 416.
Cors. Fast. Att. T. 1, 42.
Pass. Th. Gem. Astr. T. 3.
Berthald. de Ara. c. 17. qui extra ordinem ponitur, quia prima edit. nondum ad manus.

Latinarum exempla quaedam, ex iis praesertim, quas Stumpfius vester attulit.

DEAE AVENTIAE ET. GEN. INCOLAR. T. IANVARIVS FLORIANVS.

Stumpf. Chron. 535.
Glandorp. Onomast. v. Ianuarii.
Guill. de reb. Helv. 85.
Pat. Rél. Hist. 331.
Et. et Dél. de la Suiss. 2 361.
Breval. Remar. I. T. 2, 40.
Grut. 110, 2.
Plantin Helv. Ant. 58.*)
Scheucht. it. alp. 505.
Bochat. mém. de la Suiss. 2, 438.

*) utor edit. an 1735, quae habetur in *Thes. Hist. Helv.* Prima tamen laudabitur, si aliquando nanciscar.

DEAE AVENT. T. TERTIVS TERENTIVS SEVERVS.

Apian. 454.
Stumpf. Chron. 536.
Guillim. de reb. Helv. 85.
Grut. 110, 3.
Chifl. Vesont. 156.
Vrsat. Mon. Pat. 19.
Plant. Helv. Ant. 58.
Patin. Rél. Hist. 330.
Et. et Dél. de la Suisse. 2, 362.
Breval Remar. I. T. 2, 40.
Scheuchz. it. Alp. 419, 501.
Bochat Mém. de la Suisse. 2, 497.
Ciantar. Diss. 22.

DONATO CAES. AV... SALVIANO.

Apian. 455.
Stumpf. Chron. 536.
Smet. 168, 18.
Guillim. de reb. Helv. 103.
Grut. 593, 9.
Plant. Helv. Ant. 58.
Patin Rél. Hist. 331.
Breval Remar. I. T. 2, 44.
Scheuchz. it. Alp. 503.
Bochat Mém. de la Suisse. 1, 375.

GENIO PAG. TIGOR. P. GRACCIVS PATERNVS.

Stumpf. Chron. 535.
Guillim. de reb. Helv. 39.
Grut. 111, 4.
Breval Remar. I. T. 2, 37.
Scheuchz. it. Alp. 503.
Bochat mém. de la Suisse. 2, 437.

OTACILIAE FAVENTINAE VXORI.

Stumpf. Chron. 535.
Grut. 446, 5.
Plant. Helv. Ant. 58.
Vrsat. Marm. Er. 154.
Kavin. Favent. rediv. 113.
Breval Remar. I. T. 2, 45.
Bochat mém. de la Suisse. 2, 494.

DEAE EPONAE M. OPILIVS RESTIO.

Stumpf. Chron. 497.
Lips. Auct. 28.
Guillim. de reb. Helv. 376.
Grut. 87, 4.
Chifl. Vesont. 155.
Tomas. de Donar. c. 32.
Plant. Helv. Ant. 59.
Rein. ep. ad Rup. 85.
Vrsat. de not. R. 281.
Reland. Fast. 138.
Et. et Dél. de la Suisse. T. 3, 73.
Martin Rel. des Gaul. 365.
Breval Remar. I. T. 2, 52.
Cellar. Not. Or. Suppl. T. 1, 4.
Caryoph. Th. Herc. 53.
Bochat Mém. de la Suisse. 2, 507.

D. M. FL. SEVERIANAE:. *)

Stumpf. Chron. 497.
Guillim. de reb. Helv. 378.
Grut. 912, 3.
Plant. Helv. Ant. 60.

*) tria illa puncta hic et in similibus denotant, inscriptionem absolutam esse, et nihil desiderari.

L. VEGNATIO POL. MAXIMO DO. FOR. COR.

Stumpf. Chron. 479.
Guillim. de reb. Helv. 25.
Grut. 567, 2.
Plant. Helv. ant. 61.
Manzon. de episc. Imol. 5.
Et. et Dél. de la Suisse. T. 2, 195.
Bochat mém. de la Suisse. 1, 389.
Mur. Th. T. 4. in app. p. 6. n. 10.

M. IVNIO M. F. VOLT. CERTO VIEN. VETERAN.

Stumpf. Chron. 408.
Guillim. de reb. Helv. 35.
Grut. 548. 7. 571. 10.
Plant. Helv. Ant. 64.
Et. et Dél. de la Suisse. T. 3, 137.
Bochat mém. de la Suisse. 1, 383.
Mur. Th. T. 4. in app. p. 6. n. 9.

Ex his statim vides, quantum tibi debeam pro Stumpfii locis, quibus adhuc carerem, nisi tu summa cum benignitate inscriptiones omnes ab illo relatas, et manu tua diligentissime descriptas ad me misisses, qua de re plurimum tibi devincior. Tum facile percipis Indicem nostrum hoc modo

concionatum antiquariis omnibus admodum utilem fore ad easdem inscriptiones invicem conferendas. At in tanta literarum luce vix haec hodie sufficiunt. Nonne, te iudice, satius foret, varias lectiones annotare? vitiosa loca, interpolata? in eas doctorum virorum illustrationes, et explicationes? malas verborum aut siglarum interpretationes? num mutilatae vel integrae sint? num spuriae, num dubiae, aut genuinae? num quis pericopen excerpserit ad alicuius auctoris illustrationem? num id genus alia? quae omnia nunc paro et partim in adversaria iam relata habeo. Nonne te defraudarem, si doctissimas lucubrationes tuas in inscriptiones a Muratorio vel ab aliis prolatas aut non indicarem, vel prorsus omitterem? Uno verbo dicam, mihi in animo est; quaecunque a doctis viris in quoscunque lapides annotata fuere, lectorem monere; et alia insuper adiungere, quae genuinae monumentorum interpretationi inservire possunt, et a falsa avertere. Dissertationibus autem nullis utar, brevibus solum annotationibus contentus, rem totam expediam; et, ni libris plurimis adhuc carerem, vel opus intermisissem, alienissima studia consecutus, negotium forsan esset confectum. Porro quum ab his nunc sim plane liber et otio fruar, pro viribus agam, ut indici meo finem imponam: faxit D. O. M., ut prospera valetudine fruar, quae mihi tamen saepissime imbecilla. Haud equidem diffiteor, quin sit opus immensae molis, difficillimumque *praegrande volvere saxum:* at si tardius id in lucem emittam, quid inde damni? utilius profecto erit, si differatur: sat cito, si sat bene. Quod laboriosissimum erat, nempe auctorum omnium loca unicuique inscriptioni subiungere, iam confectum est: ex iis, quae restant, tametsi periculosum negotium et aleae plenum, experimentum faciam; et quum ad finem tota res perducta erit, librum nostrum virorum doctorum iudicio, tuo praesertim permittam; si probant, edetur, sin autem carbone notabunt, perpetuo damnabitur. Tu interim, si quid potes (potes autem quam maxime), conatibus nostris fave, et quaecunque promes ex adversariis tuis ad rem nostram facientia, si mecum communices, iucundissimum erit, debitasque grates tibi referam.

Pocockii inscriptiones antiquas anno 1752. fol. editas nondum novi; curabo, ut habeam: titulum descriptum rogo, vel Gesnero nostro, quem bene valere iubeo, tradas, qui mecum communicabit. Mirum haud esse tibi debet, Corsinium librum hunc ad manus non habuisse, quoniam multa docta volumina in Italia adhuc desiderantur. Maittairii Marmora Oxoniensia nunquam viderat, antequam Scip. Maffeius illi commodasset. Nunc vero ordini suo praepositus vitam Romae degit, et libris omnibus affluit: at vereor, ne ob negotiorum multitudinem inscriptionum volumine, quod promiserat, adhuc carere cogamur. In *Inscript. Attic.* XIII. pag. 62., ipse legit non TARCARI ut tibi videtur, sed LE ARCARI i. e. ET ARCARI, ita ut Sagaris fuerit Amianthi Aug. servus verna, et Arcarii provinciae Achaiae vicarius.*) At recte contra eum censes, Ascanium fuisse Philoxeni, Ti. Claudii Caesaris servi, vicarium Arcarium, ut iam in Epist. Epigr. dixisti, et malam interpretationem huius inscriptionis, quae Scaligerum torsit, redarguisti.

*) Inscriptionem, de qua loquitur, vide in Capite *de servis*. N. 2821.

Inscriptiones, quae a siglis D. I. M. incipiunt, etsi omnes antiquarii interpretentur, ac si diductis verbis scriptum esset DEO INVICTO MITHRAE, (sic autem legendum in Murator. 2051. 2.) ne tamen siglarum interpretationem heic declarare videar, ab iis, quae absque siglis eadem verba proferunt, seiunctim reposui.

Drummondi volumen primum propediem exspecto; num in illud referat monumenta, quae collegit, an in sequens coniiciat, adhuc incertus sum. Sed maius in Hispaniis nunc paratur opus, in quo inscriptiones omnes illius regionis adhuc exstantes, et ex fide lapidum descriptae, tum etiam, uti ferunt, aliae, quae in editis libris continentur, comprehendentur. Alex. Xaver. Panelius, Soc. Iesu, hanc provinciam in se suscepit; iam munere functus praeceptoris filiorum Regis, et plurimis stipendiis donatus, huic negotio totis viribus incumbit. Quantum utilitatis hinc inde percipiam, omnino vides: nam librorum in Hispaniis editorum magnum me desiderium tenet, et ab amico, qui nunc Mantuae Carpetanorum vitam degit, excerpta plurima exspecto.

Miscellanea *erud. antiq.* Sponii lubenter Zachariae commodassem. Haud ignorabat, penes me esse: nec iis, ut animadvertis, carere poterat, quam a Polenio recusa sint, et in Italia maxime obvia. Brevi tamen erit illi librorum magna supellex, nam Bibliothecae Principis Mutinensis praepositus, proximis Kal. Nov. hoc munere fungetur. Siglarum interpretationem M. P. damnas equidem rectissime, eamque itidem explosi statim ac vidi.

Cl. Compagnonio, ut probe scis, antequam esset Praesul Auximatensis, Bibliothecae Barberinianae cura demandata fuit; eidem Carolus Moronius olim praefectus, unusque e Compagnonii decessoribus, qui iussu Francisci Cardinalis Barberini senioris, Cyriaci Anconitani epigrammata anno 1660. ediderat. Haud credo hanc syllogen Compagnonio non notam fuisse, quum ille liber rarus Romae nunquam fuerit, et nuper ex illa urbe Venetias exemplaria plura missa sint, apud Albritium bibliopolam prostantia, quibus tamen librarii titulum, qui prius desiderabatur, praefixere.

Cl. Maffeii *Observatt. Litter.* volumina duo V et VI quae desideras, lubens offero; accipies statim ac occasio sese praebebit. Epistolis tuis epigraphicis adhuc careo, licet saepissime exemplar evolverim, quod olim Maffeio obtulisti: num adhuc Turici venales? Bonadae volumina duo veneunt Romae Floren. $4^1/_2$. In classes tributa epigrammata: unicuique classi dissertatio, quae ad rem facit, praeponitur: carmina Graeca versibus Latinis redduntur: annotationes ad ea breves: interdum malae. Hanc accipe. Vol. 2. p. 386. inscriptionem Virii Severini adfert:

Q. VIRI SEVERINI.
ATTIA SEVERINA Q. VIRIVS
O. NESAS PARENTES cet.

in annot. *NESAS pro NEFAS vox frequenter obvia* cet. Nonne haec tibi videtur lepidissima? Sunt alia multa, quae annotavi, quae nunc transcribere non vacat.

Brevi prodibunt Inscriptiones Beneventanae, una cum aliis eiusdem urbis antiquitatibus. Romae eduntur folio maximo; nam multi sunt hodie,

qui opera sua vaegrandibus voluminibus edere conantur, quod tamen omnino improbandum. Gorius Diptychorum Thesaurum parat, immo propediem exspectamus, si programmati promulgato fides adhibenda. In illis vero symbolis, quas Romae ipse edit, Tom. IX. selectae inscriptiones XVIII. ex CIƆ. et amplius excerptae ex vetusto codice continentur; tum Tomo X. Diatriba Epistol. Zachariae de IV. Illiberitanis vetustis lapidibus, sed non est ut his immorer, quum eae ad te forsan iam sint delatae. Dissertationum Academiae Cortonensis volumina VI. iam cusa sunt, fortasse VII. prodiit, nam sub huiusce anni initium sub praelo sudabat.

Vale, vir doctissime, et salutem tuam cura diligenter. Veronae a. d. VIII. Kal. Sept. MDCCLIV.

P. S. Nondum vidi Breitingeri Commentationem in antiqua monumenta in agro Tigurino anno 1724. eruta, quae habetur in Tom VII. *Amoenit. Liter.* Schelhornii, quapropter huiusce loca in superioribus inscriptionibus non laudantur. Itidem Wildii *Apologia Aventic.*, Historia Salodurensis et Hottingeri opusculum, in quibus de iisdem agitur, adhuc a me desiderantur.

Doleo Bochatium supremum diem obiisse, virum doctum et optime de literaria re publica meritum.

XIV.

IO. FRANCISCO SEGVIERIO

Viro nobilissimo ac doctissimo

S. P. D.

IO. IACOB. STEINBRYCHEL GRAEC. LITT. APVD TVRICENSES PROF. P.

Quod ex Io. Gesnero nostro, Viro celeberrimo, audio optare Te rationem ac formam eorum indicum cognoscere, quos olim quum in Gruteri, tum in alia Inscriptionum Syntagmata parasset ὁ πάνυ Hagenbuchius, cuius bibliotheca schedaeque omnes ad me pervenerunt; nolui tuae, virorum praestantissime, petitioni huic ac voto, pro summa mea in Te observantia deesse. De iis igitur sic habeto. Indicem inscriptionum universalem, qualem a Te, Herculeo labore, confectum audio, nunquam ne molitum quidem esse Hagenbuchium, falsumque in eo olim fuisse Gorium, quem *Symbolarum Litt.* Vol. VIII. p. 104. vastissimum eiusmodi opus ab eo paratum dixisse nosti, maleque persuasit etiam aliis, ut Seb. Donato, quem idem ad Schmidtium Bernatem scripsisse reperio. Et Gorii quidem error ille natus videtur inde, quod ipsum quum alia saxa scire cupientem, num edita essent, tum illud HI CIPPI IN PEDATVRA cet. Hagenbuchius statim expedire potuit, sed sine eiusmodi subsidio. Igitur quum istam suam persuasionem, quaerere pergens, amicus Florentinus aperiret nostro, ad Gorianarum literarum marginem adscripta ab eo illa invenio: „qui tibi dixit? Utinam vera diceres! Me occupatissimum multa mihi excusant; spero et aliis."

Vides igitur, Vir celeberrime, quantopere de Indice universali citra Hagenbuchii culpam, viri a vana omni ostentatione alienissimi, docti homines erraverint. Quid? quod, quo sensu vulgo dicunt, Inscriptionum indices (praeterquam ad Reinesium Cognominum, tum eius Caput XXV.) plane nullos conscripsit, literarum atque elementorum ordine digestos. Sed primarium eius opus ad Gruterum pertinet, estque ipse ille, sed correctus, varieque intextis quum propriis, tum aliorum observationibus ac supplementis locupletatus et auctus Scaligeri index, ordine non literarum, sed inscriptionum, ita ad earum quamque collectus et contractus, ut ubi et quomodo Scaliger singula cuiusque verba laudarit, oculo simul obversetur et pateat. Cui labori quantum sit tribuendum, Tute, nobilissime Seguieri, quem omnium minime fugit, perpetui instar commentarii esse indices, intelligis, ut Te melius alter nemo: quantum tribuerit ipse, iuvabit fortasse ipsis Viri doctissimi verbis cognoscere. Igitur ad amicum quendam suum, quem amabat in paucis, scribens, „Harduinus, inquit, in suis ad Plinium notis T. 1. *Ed. Basil.* p. 143. n. 28. ad verba Plinii: *In conventum Cluniensem*, haec paucula notat: „Ambr. Morales fol. 70. EX CLVNIENSI. Subintellige, conventu." Amo hanc Harduini observatiunculam. Sed praeter Moralem, qui mihi ad manus non est, mallem Gruterum citasset. Quo enim Gruteri loco hoc saxum exstet, ex indicibus Scaligeri frustra investigabis. Silet enim index Scaligeri 10. Habet vero Gruterus, nec semel. Nisi opus meum, quod XII voluminum ex Scaligeri indicibus, auro contra caris, iudicio non minore, quam eruditione amplissima vastissimaque confectis, duro fastidiorumque omne genus plenissimo labore mihi paravi," eo nunc et in posterum mihi iucundiore, quo pluribus devoratis taediis tandem peractus ad umbilicumque perductus a me est omnis ille labor. Opus illud nisi mihi aperiret, quoties in Scaligeri indicibus saxi huius, quibusque in locis indicum singulorum, mentio fieret, quomodo EXCLVNIENS acceperit Scaliger, aeque nescirem, ac Harduinus nescivit."

Sed fortassis etiam exemplum operae requiris; dabo igitur et hoc: nec enim vel Seguierius celari quidquam debet, nec verebor ne acumini Tuo diffidisse videar. Evolventi igitur opus, ut ferebat fortuna, offert se mihi Gruteri p. CXV. Inscr. 7. *Iuxta fontem Timavi*, *non longe ab Aquileia*.

* S. A. S. † PROSAT.
† AQVILINI
VILLICI. † AGG.
ET. TITI. IVLI
AQVILINI
IVLIA
STRATONICI
V. S.

Grutero Verderius.

° SAS. Iovit. Rapit. SACrum Rein.
† PROSSAI Iovita Rapicius. Sed Scaliger vere coniecit PRO. SAL. Gr.
† v. DCVI, 9
† AVGG. bene idem Scaliger. Gr.

HAGENBVCHII index:

?	S. A. S. 115, 7. (Scal. *Ind.* 20.) v. Mur. 90, 8. et ibi me.

115, 7. Habet, ut ineditum Phil a Turre *de Diis Aquil.* p. 37. T. VI. P. IV. *Thes. Ital.* in hunc modum: (p. 320. *Ed. Rom.*)

S. A. I. PROSAI
AQVILINI
VILICI. AVGG
ET. TITI IVLI
AQVILINI
IVLIA
STRATONICVS.

In Add. et emend. pag. ult. admonetur v. 1. esse edendum

S. A. P. PROSAI

Mihi collatis Gruteri typo et notis videtur ita constituendus hic lapis: *Serapi Augusto* (v. Fabr. p. 469. et quem ibi citat Grut. 84, 8.) *Sacrum:* ni malis S. A. ♂. PRO SAL*ute* AQVILINI VILICI. AVGG. ET. TITI. IVLI. AQVILINI IVLIA. STRATONIC*e* *Vot. Solvit.* His iam ita constitutis inveni saxum hoc, ut ineditum, optime dari in Don. VII. 205. Egregie ibi omnia, in primis v. 1. SAR. PRO. SAL. i. e. SArapidi. At ind. 1. omisit Gor. v. 4. TI. i. e. TIberii. v. Ind. Helvet. *extense scripta.* At ind. 23. Gorii *Ti. Iulii Aquilini VII.* 105. male pro 205. eodem errore numeri dat *Aquilini*, item *Iulia Stratonice.* v. 7. in Donio duos constituit planissume

STRATONICE
V. S.

Ad Don. l. c. cito et Mur. 888, 6. nescium et ipsum iam legi in Grut. Post Turrium et Grut. dat Bertol. *Ant. d'Aq.* p. 111. n. 97. v. Hultmann. *Serv. binom.* p. 28. 29., ubi eadem nostris hic pridem datis invenies.

115, 7. Iovita Rapinus, habet PROSSAI. item versu tertio AVGG. bene ultimum istud; at primum profecto mutandum in PRO. SAL. id est, *pro salute.* Add. Grut. Iovitam citat Grut. in *Add.* ad 102, 3. Rapiciumque vocat; non Rapinum, ut hic utraque editio Gruteri male habet.

Aquilinus Villicus 115, 7. Scal.
T. Iulius Aquilinus 115, 7. Scal.
Aquilinus. 115, 7.
Iulia Stratonici 115, 7. Scal.
Stratonicus. 115, 7.

Ceterum huius operis simillima alia in Reinesium, Donium, Fabrettum, Muratorium cet. esse confecta a viro χαλκεντέρῳ vel ex isthac eius adnotatione intelligis.

Vale, ac vive diutissime. Scripsi Turici. Kal. Martiis MDCCLXXVIII.

* * *

HAGENBVCHII Epistola ad Quirinum (nobis nona) inserta iam est GORII *Thesauro vett. Diptych.* T. 2. p. 26. seqq.; id quod sero vidi. Damnum, quod hinc accepisti, benevole Lector, alibi compensabo.

* * *

Artis criticae lapidariae Supplemento insere pag. 31.:

ARCVCIVS (*Io. Baptista*). Hic quoque referendus inter eos, qui a falsariis decepti sunt, vel ipsi veteres Inscriptiones confinxerunt. Videantur *Cl. Italorum et Ger-*

manorum Epistolae ad P. Victorium: *ed.* A. Mar. Bandinius. *Florentiae* 1758. 2 Vol. 4.; quem librum nunc demum comparare mihi potui, T. 1. p. 122.:.

Ex Epistola *Io. B.* ARCVCII ad Victorium:

„Antiqua etiam illa inscriptio, quam *Variarum Lectionum* libro XXXVII. cap. VIII. dicis adcepisse ab illustri viro *Mario Columna*, Neapoli visitur in aedibus adfinis mei *Hadriani Gulielmi Spathuphori*, bonarum literarum studiosi: eius exemplum summa adhibita diligentia descriptum, libuit heic adponere, quod multa in hac nostra inscriptione longe aliter, quam in tua sint, se habere perspexerim. Bene vale, mi suavissime *Victori*, animae meae dimidium.

Neap. III. Non. Mart. MDLIX.

DIS. MAN.
C. IOCVNDO C. F. ESQ. QVI XII. AN. VIX.
ET SEPTIES SPECTANTIB. PVB. 1) IMPP.
SER. GAL. OTH. 2) SIL. 3) A. VIT. 4) ET P. 5) R.
SALTAVIT CANTAVIT ET PLACVIT
PRO IOCIS QVIB. 6) CVNCTOS OBLECTABAT
SI QVID OBLECTAMENTI APVD VOS EST
MANES INSONTEM REFICITE ANIMVLAM
FAVSTVS NVNC INFAVSTVS 7)
PATER 8) ET SIBI FEC. 9) —"

1) Pub. omittit Victor. 2) Galba. Othone. 3) Silvio. 4) Vitellio. 5) Populo. 6) Quibus. 7) „Haec paronomasia veterem inscriptionem non sapit." BANDINIVS. 8) Pater filio. 9) Dedi hanc inscriptionem ego quoque N. 2605., ibique contra expressum Lipsii testimonium, eam suspectam mihi esse notavi. Vides iam mecum facere Bandinium.

Idem ARCVCIVS in alia Ep. ad Victorium l. l. T. 2. p. 44.:

Quod scribis in postrema parte epistolae placuisse tibi diligentiam, qua sum usus in describenda antiqua illa inscriptione *C. Iocundi* pueri, quae est apud *Hadrianum Gulielmum Spathuphorum*, fuit mihi gratissimum: ideoque hasce tres alias ex nonnullis, quae in eiusdem aedibus adservantur, ad te mittere volui; nam quum veterem illam redoleant elegantiam, tibi omnium elegantiarum parenti, spero fore iucundissimas. Bene vale, mi *Victori*. Neap. XV. Kal. Maii MDLXIX.

I.

D. M.
INIICE. SI. PIETAS. VSQVAM. EST. SVSPIRIA. ET. IMPLE
MECVM. HOSPES. LACHRIMIS. MARMORIS. HOC. VACVVM
NAM. FORMAE. EXEMPLVM. PERIIT. CVM. OBIIT. MEA. LYDA
QVAM. PERIERE. HOMINES. VEL. PERIERE. DII.

II.

VERNA. PVER. PVER. O MI. VERNA. QVIS. AH. QVIS. AB. AVRA
IN. TENEBRAS. RAPVIT. PERDITVS. HEV. MORERER
NI. TECVM. ASSIDVE. LOQVERER. NI. SAEPE. IOCANDO
FALLERER. HINC. TE. DVM. CONTINVO. INSPICIO
SEMPER. ERO. TECVM. ETSI. ME. SOPOR. OCCVPET. VMBRAM
TE. VMBRA. PETAM. ERGO. VNQVAM. NE. METVE. ABS. TE. ABEAM 1)

III.

D. M. S
C. AELIO QVI SI TANTIL*lum*
QVERELARVM IN CONVBIO
LIQVISSET LACHRIMAR
TOT IN MORTE NON
FVDISSET CRISPA CON.

1) Hae duae inscriptiones non ea, qua nunc prodeunt diligentia, nuper recusae sunt a Francisco Maria Bonada in libro, cui titulus Carmina, ex antiquis lapidibus cet. Romae MDCCLIII. Tom. II pag. 407 BANDINIVS.

Etiam hae tres inscriptiones manifesto sunt subditiciae. Primam post Reinesium Cl. XIV. N. 105. p. 752. aliosque edidit P. Burmannus in *Anthologia Latina* T. 2. p. 221., alteram, post Gruterum *Spur.* p. XVII, 1., idem Burmannus *ib.* p. 261., ut sinceram vindicans. Sed alia haud pauca sunt in Anthologia Burmanniana Sec. XV. et XVI. poëmatia, in quibus reiiciendis futuri alicuius editoris acumen atque sollertia sese exerceri debebit. Tertiam quaerere distuli. Gruterus certe non habet. Vides interim ex his quoque quattuor exemplis, falsarios nil pensi habuisse, quominus inventa sua tabulis marmoreis incidi curarent, neque solum de iis dubitandum esse, quae e schedis duntaxat afferuntur.

Ne pagellae hac vacarent, hic addidi Legem regiam de Vespasiani imperio ex editione Broterii *Tacit*. T. 5. p. 40. Cfr. Grut. p. 242.

FOEDVSVE. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG.
TI. IVLIO. CAESARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CAESARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. SENATVS.
CONSVLTA. PER. RELATIONEM. DISCESSIONEMQVE. FACERE. LICEAT.

ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG. TI. IVLIO. CAESARI. AVG. TI. CLAVDIO. CAESARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV. MANDATVVE. EIVS.
PRAESENTEVE. EO. SENATVS. HABEBITVR. OMNIVM. RERVM. IVS. PERINDE.
HABEATVR. SERVETVR. AC. SI. E. LEGE. SENATVS. EDICTVS. ESSET. HABERETVRQVE.

VTIQVE. QVOS. MAGISTRATVM. POTESTATEM. IMPERIVM. CVRATIONEMVE.
CVIVS. REI. PETENTES. SENATVI. POPVLOQVE. ROMANO. COMMENDAVERIT.
QVIBVSQVE. SVFFRAGATIONEM. SVAM. DEDERIT. PROMISERIT. EORVM.
COMITIS. QVIBVSQVE. EXTRA. ORDINEM. RATIO. HABEATVR.

VTIQVE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CVM. EX. REPVBLICA.
CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. TI. CLAVDIO. CAESARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. QVAECVNQVE. EX. VSV. REIPVBLICAE. MAIESTATE. DIVINARVM.
HVMAMARVM. PVBLICARVM. PRIVATARVMQVE. RERVM. ESSE.
CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE. IVS. POTESTASQVE. SIT. ITA. VTI. DIVO. AVG.
TIBERIOQVE. IVLIO. CAESARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CAESARI.
AVG. GERMANICO. FVIT.

VTIQVE. QVIBVS. LEGIBVS. PLEBEIVE. SCITIS. SCRIPTVM. FVIT. NE. DIVVS. AVG.
TIBERIVSVE. IVLIVS. CAESAR. AVG. TIBERIVSQVE. CLAVDIVS. CAESAR. AVG.

GERMANICVS. TENERENTVR. IS. LEGIBVS. PLEBISQVE. SCITIS. IMP. CAESAR.
VESPASIANVS. SOLVTVS. SIT. QVAEQVE. EX. QVAQVE. LEGE. ROGATIONE.
DIVVM. AVG. TIBERIVMVE. IVLIVM. CAESAREM. AVG. TIBERIVMVE.
CLAVDIVM. CAESAREM. AVG. GERMANICVM. FACERE. OPORTVIT.
EA. OMNIA. IMP. CAESARI. VESPASIANO. AVG. FACERE. LICEAT.

VTIQVE. QVAECVNQVE. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. ACTA. GESTA.
DECRETA. IMPERATA. AB. IMPERATORE. CAESARE. VESPASIANO. AVG.
IVSSV. MANDATVVE. EIVS. A. QVOQVE. SVNT. EA. PERINDE. IVSTA. RATAQ.
SINT. AC. SI. POPVLI. PLEBISVE. IVSSV. ACTA. ESSENT.

S A N C T I O.

SIQVIS. HVIVSCE. LEGIS. ERGO. ADVERSVS. LEGES. ROGATIONES. PLEBISVE. SCITA.
SENATVSVE. CONSVLTA. FECIT. FECERIT. SIVE. QVOD. EVM. EX. LEGE. ROGATIONE.
PLEBISVE. SCITO. S. VE. C. FACERE. OPORTEBIT. NON. FECERIT. HVIVS. LEGIS.
ERGO. ID. EI. NE. FRAVDI. ESTO. NEVE. QVIT. OB. EAM. REM. POPVLO. DARE. DEBETO.
NEVE. CVI. DE. EA. RE. ACTIO. NEVE. IVDICATIO. ESTO. NEVE. QVIS. DE. EA. RE. APVD.
*se a*GI. SINITO.

ERSTES

SUBSCRIBENTEN-VERZEICHNISS

AUF DIE

INSCRIPTIONES LATINAS SELECTAS.

EDIDIT

IO. CASP. ORELLIVS.

	EXEMPL.
Aachen.	
Herr J. A. Mayer, Buchhändler	1
Altona.	
Herr Carl Busch, Buchhändler	1
Amsterdam.	
Herren J. Müller u. Comp., Buchh.	7
Baireuth.	
Die Grau'sche Buchhandlung .	1
Basel.	
Die Schweighauser'sche Buchhandlung, für:	
Herrn Hanhart, Prof. Gymn. .	1
Berlin.	
Herr H. Burchhardt, Buchhändler	1
Bern.	
Herr C. A. Jenni, Buchhändler	7
Bonn.	
Herr Marcus, Buchhändler, für:	
Herrn Professor Dr. Walter . .	1
Herr Eduard Weber, Buchhdlr.	2
Coblenz.	
Herr Hölscher, Buchhändler .	1
Cöln.	
Herr J. P. Bachem, Buchhändler	1
„ DuMont-Schauberg, Buchh.	2
Copenhagen.	
Herr Brummer, Buchhändler .	2
Die Gyldendal'sche Buchhandlung	3
Herr Reitzel, Buchhändler . .	5
Danzig.	
Herr Sam. Gerhard, Buchhdl. .	2
Darmstadt.	
Herr C. W. Leske, Buchhändler	1

	EXEMPL.
Erlangen.	
Herr Carl Heyder, Buchhändler	1
Gießen.	
Herr Ferber, Buchhändler . .	1
Göttingen.	
Herr Rud. Deuerlich, Buchh., für:	
Herrn Dr. G. H. Lünemann, Rect. Gymnas.	1
Halberstadt.	
Herr F. A. Helm, Buchhändler .	1
Hamburg.	
Herren Hoffmann u. Campe, Buchh.	1
Herr Nestler, Buchhändler, für:	
Herrn Justizrath Dr. Jasper in Schleswig	1
Hannover.	
Die Hahn'sche Hofbuchhandlung	2
Die Helwing'sche „	1
Heidelberg.	
Herr Winter, Buchhändler . .	1
Heilbronn.	
Herr Carl Drechsler, Buchh., für:	
Herrn Advokat Dr. Kleinmann .	1
Leipzig.	
Herr W. Engelmann, Buchhdlr.	1
Die Hinrichs'sche Buchhandl., für:	
Herrn Prof. Dr. Otto	1
Herrn Ernst Klein's liter. Comptoir	2
Herr J. Sühring, Buchhändler .	1
„ W. Vogel, „ . .	2
Leyden.	
Herr J. Luchtmanns, Buchhdlr.	6

	EXEMPL.
London.	
Herren Black, Young et Young, Buchhändler	2
und auf Schreibp.	1
Lüneburg.	
Herren Herold u. Wahlstab, Buchh.	4
Mainz.	
Herr Kupferberg, Buchhändler	1
Nürnberg.	
Herren Bauer u. Raspe, Buchhdlr.	1
„ Riegel u. Wiefsner, „ für:	
Herrn Rector Roth	1
Die Gymn. Bibliothek	1
Rudolstadt.	
Die Hofbuchhandlung, für:	
Die Fürstl. Bibliothek	1
Sanct Gallen.	
Herren Huber u. Comp., Buchhdlr.	1
Schaffhausen.	
Die Hurter'sche Buchhandl., für:	
Die Löbl. Stadtbibliothek . . .	1
Wien.	
Herr Heubner, Buchhändler .	3

	EXEMPL.
Wolfenbüttel.	
Herr Albrecht, Buchhändler .	1
Zürich.	
Die Gefsner'sche Buchhandlung	2
Bey der Verlagshandlung unterzeichneten:	
Herr Beckh, Pfr. in Reichenbach	1
„ Bluntschli, Stud. jur. . .	1
„ Fäsi, Professor L. H. . .	1
„ Gutmann, Pfarrer in Meilen	1
„ Keller, Dr. jur.	1
„ Keller, Stud. im Hof . .	1
„ Landolt, Finanz-Secretair	1
„ H. Meyer, V. D. M. . .	1
„ Müller, Stud., in Frauenfeld	1
„ Ulrich, Chorherr und Stiftsverwalter	1
„ Ulrich, Prof. und öffentlicher Ankläger	1
„ Vögeli, Pfarrer	1
„ Wurstemberger, Rathschr. in Bern	1
„ Wyfs, jun., Prof. in Bern	1
„ Zeerleder, Alt - Oberamtmann in Bern	1
„ Zellweger, J. C., in Trogen	1



